Gc
929.738
Ok5o
v.3
1686469

REYNOLDS HISTORICAL
GENEALOGY COLLECTION

ALLEN COUNTY PUBLIC LIBRARY
3 1833 00860 7795

ORBIS POLONI TOMVS III.

v. 3

I N Q V O

Antiqua Sarmatarum Gentilitia & Arma Quæcunque à litera S, vſque ad finem Alphabeti ſuam incipiunt & recenſent denominationem, continentur & dilucidantur.

A V T H O R E

A. R. P. F. SIMONE OKOLSKI Sacræ Theologiæ Profeſſore, Priore Conuentus Tyſmienicenſi Ordinis Prædicatorum Prouinciæ Ruſſiæ.

C R A C O V I Æ,

In Officina Typographica Franciſci Cæſarij.


615

Digitized by the Internet Archive
in 2010 with funding from
Allen County Public Library Genealogy Center

http://www.archive.org/details/orbispolonvssple03okol

IN PERANTIQVVM STEMMA Illuſtriſsimæ Gentis OSSOLINIÆ.

1686169



Antiquum mediis, quod nam ſit Nomen in armis,
ASCIA Sarmaticis monſtrat in agminibus.
Hac duce barbariem noſtris abraſimus oris,
Candoremq; bonis ſculpſimus ingeniis.
ASCIA iura dedit Roſtris, Martemq; dolauit,
Nunc quoq; Roſtra regit, nunc quoq; Caſtra regit.
Hanc fugiunt rapidiq; Scythæ, rigidiq; Geloni
Huius ab arbitrio, ſors rata quæq; manet.
Fama vetus, ſeu fama recens compleuerit Orbem,
ASCIA iam titulos neſciet ipſa ſuos.

M. Ioan. Cynerski Rachtamou ad S. Annæ Decanus.

Illuſtriſſimo, & Excellentiſsimo Principi

DOMINO,

D. GEORGIO

DVCI IN OSSOLIN,

S. R. I. PRINCIPI, COMITI A TĘCZYN

OSSOLINSKI

SVPREMO REGNI POLONIÆ

CANCELLARIO,

Bydgoſtienſi, Lubaczouienſi, Lubomlenſi, Adzelenſi, Ricenſi, &c. &c. CAPITANEO.

DOMINO ET PATRONO

Perpetuam Felicitatem.

ORbis cæli, qui mortalium piè occupationi & menti præordinatus eſt ab alto, monuit animum religioſum, vt niſi mentis Regiæ & Regni Supremo Cancell: atq; grauiſſimi Senatus, vero belli & pacis tempore cuſtodi Orbem Polonum, fauoribus lætus ſupponerem. Neq; ſolùm quia virtus excellēs poſſeſſoribus ſuis authoritatem, miratoribus verò reuerentiam pariat conferatq́;. Verùm etiam, quia id, quod ſummum diuinus Plato computabat, ipſiq́; naturæ re-

rum pro collatis ſibi, immenſas laudes referebat, ampliſsimo exẽplo author naturæ Deus, in Illuſt: Excell: Veſtra abundè cumulaſſet. Gratias Superis, inquiebat Plato, quod me hominem marem, Græcum, Athenienſem, & Socratis tẽpore naſci voluiſſent. Quali dicto, vitam animalium, ſexum debiliorem, Barbariem ferocẽ, Thebanorum genia, & Pædagogorum inſolentiam refellebat. Eam ſortem, non quidem dii vani, ſed ipſe Vnus Trinuſque Deus, ſeminator conſilii ſani, conſeruatorq; Chriſtiani nominis, ſuppoſito Illuſtr: Excell: Veſtræ, non ſimpliciter ſed ſuperexcellenter conceſsit. Hominem namq;, vt naturæ præcipuis donis, ingenio, prudentia, conſilio, ſapientia, facundia, fortitudine ditauit, ita nobiliſsimum genere, perantiqua in Regno Familia, ſplendidis in Senatu ſucceſſoribus, cõtinuis in caſtris triumphatoribus, aboriginem naſci voluit. Nec marem ſolùm, ſed omnibus his, titulo, præeminentia, prærogatiua, vel coequauit, vel antepoſuit. Nec Græcum, qui à Diuo Paulo reprehenſionẽ meruerunt, ſed Catholicum Mæcenatem progenuit, vt Sancta Eccleſia defenſorem, fundatorem, ampliatorẽ nominaret, fides verò, blaſphemiæ extirpatorem cognoſceret. Polonum verò naſci ordinauit, ſed quem nedum Patria, Senatus,

tus, Rex, deſideraret, verùm cæteræ gentes & nationes ſuum eſſe, ceu alterum Homerum contenderent, laborarent. Tali verò tempore natum, quo Socrates cum Demoſthene ori indicem ponerent, atq; vni & tibi honores referrent. Nec infeſtò ſermone perfricare auditum cupio, ſed obruor ſummorum Dynaſtarum orbis gratiis & honoribus. Inde etenim Pont: Max: & Vicarius Chriſti VRBANVS VIII. Ducem in Oſſolin tabulis & coronis Ducum inſcripſit, Sac: Cæſ: Maieſt: FERDINANDVS II. inter Principes Rom: Imp: Te Principem nominauit & fecit. Sereniſſ: Reges Pol: SIGISMVNDVS III. & VLADISLAVS IV. (quem Diuinà clementia protegat & conſeruet) Supremum Cancell: Regni Pol: fieri indixit. Neq; erit, dicenti iam qui opponat, cùm res, tempus, locus, edoceāt, actum perſonamq; Superis conformem extitiſſe, atq; Maieſt: Regiæ nomen, famam, conſilio, legationibus ſupportaſſe. Tantæ igitur Illuſt: Excell: V. Orbem Polonum hunc, qui toga ſagoque in Martis & Palladis virtute eminet, auſpiciis ſuppono, atq; in Dominum & Patronum Sacri Ordinis, & meum ſuſcipio & amplector. Cracouiæ Die 18. Iulii. Anno Domini 1645.

Illuſtriſſimæ & Excellentiſſimæ D. V.
exorator ante Dominum & ſeruus humilis.

Fr. SIMON OKOLSKI, S. Th. Profeſſor, Ordinis Prædicat.

 Commiſ-

Commiſsiones & Approbationes.

Fr. Hieronymus Grocholski S. Th. L. Prouincialis electus, ac Vicarius Generalis Prouinciæ Ruſſiæ Ordinis Prædicatorum.

Authoritate Officij Noſtri tenore præſentium, Tibi A. Reuerendo Patri Fratri Simoni Okolski, Sacræ Theolog. Magiſtro, Priori Tyſmienicenſi, concedimus licentiam adeundi Cracouiam ad videndum ea quæ per te Typis ſunt mandata: In nomine Patris, & Filij, & Spiritus Sancti. In quorum fidem. Dat: Leopoli die 14. Nouembris 1644.

A. R. P. V.

Conſeruus in Domino

Fr. Hieronymus Grocholski
S. Th. L. Prouincialis Ruſsiæ Electus.

Facultas Reuiden. Tertium Tomum Orbis Poloni. Data ab Adm. R. P. Fr. Hyacintho Ginczeuio S Th. Mag. Priore Conuent. Bochneñ. & Viſitatore Generali Prouinciæ Pol. Ordinis Prædicat.

REquiſiti fuimus ab A. R. P. Fr. Simone Okolski, S. Th. Magiſtro, Priore Tyſmienicenſi Prouinciæ Ruſsiæ eiuſdem Ordinis, vt Authoritate Noſtra deſtinaremus Reuiſores Tertij Tomi Orbis Pol. à præfato A. R. P. Magiſtro Fr. Simone Okolski editi: Cùm verò indignum fore exiſtimemus, vt aurum ſub terra contegatur, & lucerna ſub modio abſcondatur, Lucubrationeſque quæ nedum Orbi Polono, ſed & Toti vniuerſo maximam lucem adferre poſſunt, tenebris inuoluantur, libentiſsimè poſtulatis præfati Adm. R. P. Magiſtri annuimus, idque muneris Adm. R. P. Fr. Gregorio Othonouio Priori Conuent. Crac: Fr. Camillo Iaſinski, Fr. Conſtantino Morski Regenti Studij Generalis Crac: Magiſtris committendum duximus, & de facto Tenore præſentium, noſtróq; authoritate officij committimus, quatenus aurum hoc de gleba terræ Orbis Poloni erutum, purgatum, ſeptuplum, communi vſui redderent, lucernamque eximiam virtutum Illuſtriſsimorum Heroum ſuper totius Orbis candelabrum ponerent. Lucubrationes deniq; immenſi laboris præfati Adm. R. P. Magiſtri huius operis authoris, ex tenebris in lucem prodirent. Seruatis ſeruandis, inſiſtendo ſancitis, præſertim S. Conſilij Tridentini Canonibus. In quorum fidem his ſigillo officij Noſtri munitis manum propriam appoſui Cracouiæ in Conuentu Noſtro SS. Trinitatis, die 3. Iulij. 1645.

Fr. Hyacinthus Ginczeuius, Mag. Comiſſ. ac Viſitator Generalis Prouinciæ Pol.

Tomum Tertium Orbis Poloni, à Reuerendo Patre Fratre Simone Okolſki, S. Theolog. Magiſtro Ordinis Prædicatorum, Priore Tyſmienicenſi Prouinciæ Ruſſiæ editum, qua potui diligentia percurri, legi, perlegi, hauſi, non exhauſi: in quo nihil deuium ab Orthodoxa Romana Fide, nec bonis moribus obuium percepi, quin plurima ſapientiſſimorum virorum lucernis digniſſima. Quid enim in illo emineat an ingenium? an labor, an eruditio, diſcriminari impoſſibile vel difficillimum, hoc vnum certum, nullos non æquat, a nemine vincitur. Eapropter non ſolum tutam & debitam Approbationem huius Tomi Tertij, vt potè qui inoffenſo pede graditur iudico vt omnium manibus & oculis teratur, primo in lucem emiſſus, & cum ſummo fructu & voluptate à gente Sarmatica legatur. Cracouiæ. die 12. Iulij. Anno 1645.

Frater Gregorius Magiſter
Prior Cracouienſis.

EX Commiſsione A. R. P. Hyacinthi Ginczeuij Magiſtri, Prioris Bochnen: ac in Prouincia Poloniæ Ord: Prædicatorum Viſitatoris Generalis, Tomum Tertium Orbis Poloni, in quo Teſſeræ Gentilitiæ peruetuſtæ Nobilitatis Polonæ recenſentur, & plurimis ſententijs ac Priuilegijs exornantur à R. P. F. Simone Okolski Magiſtro, dicti Ord: Priore nunc Tyſmienicēſ: in Prouincia Ruſsiæ eruditè deſcripti, Ego Fr. Camillus Iaſinski Magiſter eiuſdem Ord: accuratè etiam ſingula verba expendendo ſumma cum animi voluptate legi, & nihil in eo Fidei Catholicæ aut bonis moribus aduerſum deprehendi, quin potiùs ad Nobilitatis Polonæ ſplendorem magis illuſtrandam & ad eius ſucceſſorum exempla imitanda excitandorum deſeruiat reperi: quapropter dignum vt Typis mandetur iudicaui præſentibus datis Cracouiæ. die 8. Iulij. Anno 1645.

Idem qui ſuprà. m. p.

Tomum

TOmum Tertium Orbis Poloni, ſumma cura ab A. R. P. Simone Okolski, S. Th. Doctore, ac Priore Tyſmenicenſi Ordinis Prædicatorum elaboratum, ex Commiſſione A. R. P. Magiſtri ac Viſitatoris Generalis Prouinciæ Poloniæ Fratris Hyacinthi Ginczeuij, qua potui diligentia vidi, nullumq; ibi næuum in rebus orthodoxæ Fidei vel morum deprehendi, ſed omnia tuta & digna vt publici iuris fiant iudicaui. Cracouiæ in Conuentu SS. Trinitatis, die 8. Iulij. Anno 1645.

Sic cenſeo Ego Fr. Conſtantinus Morski S.Th. Magiſter ac Regens Studij Generalis Ord: Prædicatorum. m. p.

M. Laurentius Smieſzkowic Medicinæ Doctor & Profeſſor, Almæ Academiæ Cracouienſis Procancellarius, ac interea Generalis Rector.

QVi Nobilium familiarum decora Gentilitia perſcribunt, ij poſteris earundem viua ob oculos exemplaria ponunt, quibus ad res præclarè gerendas, veluti domeſticis ac hæreditarijs monitoribus, iurè meritò incitentur, atque maiorum ſuorum gloriam, ſerie magnarum virtutum continuantes, quoad fieri poteſt in hoc theatro mortalitatis immortalitatem æmulentur. Quocirca non poteſt non vehementer collaudari conatus & labor hic animoſus, ac in Rempublicam egregiè pius Adm. R. P. Fr. Simonis Okolski, Sacræ Th. Magiſtri, Prioris Tyſmienicenſis, Ordinis Prædicat. Prouinciæ Ruſſiæ: quem idcircò etiam S. R. Maieſtas Dominus noſter Clementiſsimus, approbatione ſua dignari voluit. Cùm verò præterea grauiſsimorum virorum teſtimonia promeruerit, (quæ in fronte cuiuſque Tomi patent) quòd nihil Eccleſiæ Orthodoxæ moribuſque bonis aduerſum; imò potiùs vt res ipſa docet, quod ad virtutes quaſque ſplendidas & magnanimas, atque ad pietatem in Deum & Patriam fortiter præſtandam neceſſarias, Nobilium animorum incitamenta in ſe contineat. Proindè ego quoque perlibenter ſubſcribo, vt poſt Primum & Secundum Tomum, iſte Tertius in lucem feliciter exeat; cupioque vt is laudatiſsimus ocij Religioſi partus præclaris quibuſque Politicis ingenijs, ad ſimilia monimenta, magno labore ac induſtria ſingulari ex antiquitatis chao eruenda, lampadem præferat. Datum ex ædibus meis 15. Iulij Anno 1645.

ORBIS POLONI TOMVS III.

STARZA alias TOPOR, Latinis ASCIA.



DELINEATIO & ORIGO.

MVltis non immeritò depinguntur figuris Arma Starzonum, ſed ab antiquo hic modus ſeruabatur vnus. Aſcia quaſi iam ad ſecandum inclinata in inſigne fuerat. Hunc modum vſque in præſens traditio & diligens obſeruatio Sacroſanctè obſeruat Monaſterium Sieciechouienſe, in qua Religione vſus obtinet vt ſui Fundatoris inſignijs, Acta Monaſterij ratificentur. Eundem video modum in cupro efformatum ad ſepulchrum Tarlonis Leopoli in Eccleſia PP. Dominicanorum. Modernis temporibus Aſciam figurant in rectum diſpoſitam coloris argentei, manubrium eſt au-

reum, intra Aſciam lunæ medium cum circulis ponitur, campus eſt ſanguineus, ſuper coronam arma Topor ceu infixa coronæ inferiori acumine. Aduertit hic *Paprocius* in 2. Opere, quod differens ſit Familia Topororum, alij vocantur Starzones & hi vtuntur Toporo in campo ſanguineo. Alij verò Kolkones, & hi vtuntur in campo vel cæleſtino vel flauo. Ab illis *(inquit)* Ecclesia eſt Sieciechouienſis fundata, & illorum primordia in Regno impoſsibile eſt ob antiquitatem aſsignare, ſed vnâ cum Lecho vt Cathalogi referunt in has oras venerunt. Iſtorum autem iam poterint inueniri tempora. Equidem Topororum Familia, quæ in Oppolienſi Ducatu tempore Pauli Epiſcopi Crac: remanſit, decreto aliorum Dominorum Topororum mutauit campum. Alij erant adſciti ad arma, diuerſa quoque retinuerunt in formatione camporum arma.

Habent præterea aliam delineationem arma Topor, ſed ex additione prægrandi exurgentem. Carolus Imperator ſemper Aug. Aquilam Cæſaream integram adiunxit Aſcijs Tenciniorum, Ferdinandus autem Imperator Romanorum addidit his Tecinſciorum armis, leonem in parma ad medium quadrati, ſuper coronam autem leoni coronato, ad medium ex corona eminenti Aſciam anterioribus tractare pedibus decenter, commendauit & præcepit. Originem verò armorum, ob tàm impercomputabilem annorum ſeriem non eſt poſsibile inueſtigare. Dicent omnes Hiſtorici hoc vnum de Toporo: Arma illuſtriſsima ſunt magnis virtutibus, meritis, actibus perſpicua, ſummam meritorum præmiorumque ſinceritatem referentia, amorem Patriæ, obſeruantiam Regum, Senatus celſitudinem ſpirantia: ſed originem nullus indagabit. Tentabat quidem Paprocius in primo Stemmatum Opere, ſed fortè ſuperficialiter arma conſpiciendo. At quantum aberrauit à vero, ipſemet in ſecundo Opere veniam præcando teſtatus eſt.

ANTIQVA ANTIQVITAS.

TOpororum Gentem Illuſtriſsimam, non annis nec ſeculis, ſed æuo & æternitate menſurandam exiſtimo. Quid namque antiquius in omni Senatu Pontificio & Ciuili veteribus populis Aſcia eſſe potuit? Quod primis nobilibus in Gentilicium prius, quàm Aſcia ceſsit? non ſolùm ad probandum propoſitum, præſto mihi eſt in Teſſeris Gentilicijs *Petra Santa è Soc: Ieſu*, qui colligit Aſcia vtentes pro armis nobilitatis Familias in Gallia, Fremororum, Remliorum; In Miſnia, Gorliſiorum, Mutiſcheniorum; In Franconia, Streteniorum; In Bauaria, Leſcheniorum. Sed firmant propoſitum antiqui Reges Lydiæ, *de quo Pierius*, Reges Romanorum, *de quo Plut:* Reges Tunediorum, *de quo Ariſtot.* aſſerit, & de Græcorum Rep. docuit, ſed ſuperant probationem verba Pſalmi 74. *In Securi & Aſcia.* vbi interpres in bipenni & malleo, ſecurim malleum vocat ab effectu & amputatione, ſed fortè aliam antiquitatem attentio expectat Topororum in Regno antiquitatem,

tatem, ipſa inchoatio numeri annorum in Republica prima in Regno demonſtrabunt. Hinc enim Topori & Toporei, Starza & Starzones, hinc Comites Magni ſeu inter primos Comites primi nuncupati exiſtunt. Inter leges duodecim Tabularum apud antiquos Romanos vna fuerat dicens: *Regum Aſcia ne polito.* Quid cauſæ obſecro, ſi reuerentiæ cuiuſdam in aſciam? magnum eſt, prohiberetur enim à fetido contactu & pollutione. Sed aliud intendebat lex, ſicut Dempſterus lib: 8. Antiquitatum Romanarum habet: *Solebant* (inquit) *Romani nimio faſtu & ſumptu pyram & ſepulchra ſtruere:* Dicit ergò lex: *Hoc amplius ne facito, Rogum aſcia ne polito.* Iam antiqui licet Pagani, & Gentiles Paganiſmum expolliebant, & eradicare intendebant. Aſcia profectò Polonorum cum Paganiſmo ſumpſit initia, & prima paganiſmum eliminauit. Hinc poſt decurſum primæ Familiæ Monarchi Graci, inter duodecim Palatinos Toporum fuiſſe, ne dum literarum monumenta adſtruunt, nedum antiquæ picturæ Topor ad portas vetuſtate conſumptas Vauelnenſes edocent: ſed ipſa quoq; ampliſsima circumcirca Cracouiam Topororum bona vel ante illis hæreditaria, vel nunc etiam retenta, primos etiam fuiſſe inter duodecim apertè ſuggerunt. Hinc orti ſunt Starzones Magni Comites, hinc Comites in Panigrodz, Comites in Pereginia, Comites in Kziaz, Comites in Tenczyn & Oſſolin, Pilca & Iablonna, &c. Procedunt namque à Toporo per Starzos & Strazones, ad Setegios, Othones, Zegotas, & inde ad Nauogios, Oucas, Iaſcones. Et me hercule non aliter ordo rerum Polonicarum expoſtulabat, niſi vt inter Lechica gentilicia primas Aſcia poſsideat palmas. Nam ſicut architectura omnis varios præſupponit artifices, nec ſine illis ars ſua quicquam proficua eſt, ita alijs gentilicijs arma Topor præcedere neceſſum fuerat. Aſcia namque fabrorum materiariorum dolabra eſt, qua ad aſpera ligna polienda vtuntur, ſecreto igitur conſilio ſuo altiſsimus conſtruendo Lechicum Regnum id effecit, vt Toporum Familia dignitate, honore, adminiſtratione, à primæuo anteiret, vt verò antiqua hæc antiquitas quæ vſque in præſens Polona in Republica proficit & floret, æuiternè floreat, antidotum ſubminiſtrabo. *Iulius Cæſar Cappacio lib: 2. Impreſſ. refert:* Quod in quodam templo apud Saitos erat ſculpta conditio vitæ humanæ. In marmore apparebat infans, ſenex, accipiter, piſcis, & Hippotamus. Quaſi dicerent, naſcimur, ſeneſcimus, viuimus, morimur, naturæ diſsidio. Iſtæ namque effigies dictæ, liquidò ex ſua natura commonſtrant, optimæ certè vitam perſonarunt mortalem. Reddam igitur immortalem his ſubſcribendo: *Dominum Deum non lædas.* Magna quidem eſt miſericordia Dei in peccantes, & maior quam vis aquæ maris, de quo dicitur;

Et quid ſcis quantum ſuſcipiat ſceleris!
Suſcipit ò Gelli, quantum non vltima Thetis,
Nec genitor Nympharum abluat Oceanus.

Antidotum igitur erit ſalutare æternitatis, Dominum Deum non lædatis, Deus vos non lædet.

 SVM-

SVMMVS HONOR.

ASciæ forma & figura, ad primos ſummoſq; fuit deſignata honores. Illa ante Senatores Romanos præferta maieſtatis & iuſtitiæ erat prognoſticon. Illa in Republica Tenctidiorum legis iuſtæ verum teſtimonium. Dum enim illorum Rex legem tuliſſet, vt in adulterio deprehenſi eodem ſupplicio vterq; ſubijcerentur, filium contemptorem legis puniuit, atq; nummum vt in vna parte fieret aſcia in altera capita duo humana, ſculpſit. Hinc non modicus honos Aſciæ, dum etiam inter trophea numiſmatum aſsignetur. Sed altius quid referam. Antiqui Romani Aſciam inter flagrum & mitram ſeu Albogalerum Pontificium in ſuis Medaglijs efformabant. *Docet lib.* 1. *Iul. Cæſ. Capaccio.* Quid cauſæ rei, *Summus honor.* Flagrum etenim erat antiquorum Regum inſigne & ceu ſceptrum, vt in hiſtoria Darij Perſarum & Attilæ Hunnorum Regis legimus. Mediat igitur inter antiquum ſceptrum Regum & Tyaram Pontificum Aſcia, vt magni honoris ſummiq; indicium. Arma Topororum dum inſpicio, non aliud à tot ſeculis intueor in viris illuſtrantibus arma, niſi ſummum honorem. Ab ea namq; temporum reuolutione qua initia Lechiæ fuerunt, non fuit Senatus ſine conſilio Topororum, non Caſtra ſine Duce, non commodum Reip. ſine authore, non fælicitas patriæ ſine illorum triumphatore. Et quibus nil optabilius fuit quàm recte viuere in Patria, nil verò ſpecioſius quàm fortiter occumbere pro Patria, Supremi quoque officij decus virtute parauerunt. Vnde proceſsit, vt ad eorum arma Topor, Leo excubet, eaque leo demulcet. Cimbri pro Symbolo fortis animi & pectoris ſecurim in alabardum conuerſam leoni tractandam iudicarunt. Erant enim profectò tam fortes & bellicoſi, vt miretur Lector non ſine ratione, eorum lectitando Hiſtorias. Equidem familia Topororum non diſsimilis fuit, Verſa eſt illorum aſcia in alabardum, dum ſinceri, ſolertes, vigileſq; cuſtodes, Regum, Patriæ, legum fuerunt. Verſum queq; alabardum in Aſciam, dum feroces hoſti, vltores patriæ, Reipublicæ defenſores, iurati proteſtatiq; manſerunt. Quis igitur honos negabatur illi, cui Deus, Rex, patria, vita, primaq; cura fuit? Quam digne laudatur *à Val. Max. lib.* 5. Africanus poſterior. Expugnata (inquit) Carthagine ornamenta templorum ſuorum à Penis rapta recuperauit, atq; priſtinis ſedibus repoſuit. Puerum, quem illi Quæſtor ab illis qui ſub haſta vendebantur miſerat, cognito quod fuerit Regis amici populi Romani Maſiniſſæ, illum datis annulo, fibula aurea, veſte laticlauia & equo ornato, ad Maſiniſſam remiſit. Ratus (*inquit*) ille maximos fructus victoriæ, ſi Diis templorum ornamenta, Regibus ſanguinem reſtitueret. Enimuero illuſtriſsimorum Starzonum Magnorum Comitum in hoc ampliſsimo Lechico Regno, ordiamur à primis vſq; ad præſentes, eorumq; fidem & fidelitatem in Regem & Regnum ſpeculemur, animaduertemus ſubitò,

innatum

innatum fuiſſe mentibus ipſorum Dijs templa, Regibus ſanguinem conſecrare. Ego extrema templa pono, vos media colligite, quanto ſumptu & prouentu fundata exectaq; ab antiquo Sieciechouienſis Abbatia. Quanto quoque ſplendet apparatu & fabrica, recenter excitatum ſubleuatum fundatumq; Ordini ſacro Prædicatorum Climuntouienſe Monaſterium. De ſanguine verò inter hoſtes pro patria mente alacri fuſo, atq; ipſa Regia pro Maieſtate ſæpius dato, Sethegij, Zegotæ, Nauogij, Tecinij, Oſſolinſcij, Koricinſcij, Tarlones, Zaklicæ, cæteræq; Almæ huius Topororum familiæ, triumphis, caſtris, titulisq; ſuis, latè clareq; acclamant. Inter Romanas antiquitates conſpicio Commodi Imp. ſymbolum, clauam Herculeam viridi lauro circum coronatam, & mox Antonij Pij annectitur aliud: Caduceus nempe ſed ad medium durus ſecans apponitur cultrax. Datur inter alias intellectus rationes. Aliquos eſſe patriæ ciues qui dominio, potentia, fortitudine firmant ſtatuuntq; deſiderabilem cunctis amicitiam & pacem, aliquos verò, qui pacis vincula ſcindunt, lacerant, abſorbent. Hoc ſemper decorata fuit Topororum familia, vt hoſti darent gladium, patriæ palmam: Hoc eſt, Semper defenſores nunquam violatores publicæ pacis patriæq; boni. Non Aſciam contra pacem, ſed aſcia tollebant malum, aſcia radicabant bonum. Vnde ominari domui Illuſtriſsimæ Topororum iam plurimum debeo. Vt qui ſicut ex arduis conſeruant perpetuum nomen, eos quoq; ardens euehat ad æthera virtus.

PROPVGNACVLA SALVSQVE PATRIÆ.

IN antiquis monumentis magnorum virorum ponebatur ſculpta Aſcia, *inquit Pier. Valer. lib*: 42. cum hac ſpeciali ſubſcriptione: *Sub aſciam dedi vetuit*. Paucis verbis rem exponebant ingentem, dicebant: Erat propugnator, ſaluſque Romanorum. Non poſſum non mirari, quod Demoſthenes in magnæ fælicitatis præſagium Athenienſibus recitet verſum Solonis.

Noſtra quidem ciuitas nunquam fato Iouis,
Neq; Deorum arbitrio immortalium peritura eſt.

Vnde velim tàm læti ominis originem habent? Referunt: Noctuam quæ ominis mali ſignum eſſe perhibetur, illis victoriæ nota fuit. Cùm enim hoſtes oppreſsiſſent ante partam victoriam, noctua à muris vbi ſemper latitabat auolauit, quo ceu ſigno certo ſe potituros breui hoſtes cognouerunt. Hinc nedum illis natum prouerbium: *Noctua volauit*, ſed etiam ſacram Mineruæ noctuam voluerunt. Ego quidem Topororum armis inſpectis, multò veriùs illos propugnacula ſalutemque Patriæ fuiſſe affirmabo. Illi enim fuerunt ſuntque qui hanc Patriam noſtram dare ſub Aſciam, & exterminium fortiter vetuerunt. Sint velim ob oculos Reipublicæ huius bella omnia ceu ante ſpeculum facies hominis poſita, omnibus & ſingulis Toporei non defuerunt. Dices: Quoniam alta ſatis lataque per Regnum eſt proſapia,

ſapia. Et hoc dico eſt, quod Patriam iuuat, Rempub: delectat, Senatum firmat, Regem ſubleuat. Inde tot centena bellatorum mox inter eos conſurgunt, mox ante ſeptem vexilla illorum numerata, iam multo plura numeranda veniunt, & ſcribent de Patria in vexillis, *Sub Aſciam non dabo.* Non modicum *Stobæus ſerm.* 88. ad hoc argumentum deduxit teſtimonium ex Euripide, inquit enim;

Non parum adfert momenti, ſi nobilis
Exercitus dux fuerit, & glorioſa fama inſignis.
Honore enim afficitur, & animo ſuo reuoluens
Patris nobilitatem, ſuis moribus proficit.

Vobis igitur Illuſtriſſ. Toporei, quorum fortia piaque bella læti dij aſpexerunt, vnicum conſiderandum apprimè inducam. Moſchorum magnus Dinaſta Iuanus Waſielcuicius, auditis nuntijs Tartarorum Perecopſcenſium, qui violenti manu ab ipſius regno dona muneraque expoſtulabant, atque perpetuo danda diffiniebant, non verbis ſed re reſpondit: *Vt ſciatis libertatem me tueri in meo Regno velle, abſcindentur vobis naſi, aures & labia.* Quo facto, porrexit illis Aſciam dixitque: Duci veſtro reddite dicendo: *Tollet Aſcia caput. Stricouius lib: 25. cap: 2.* Eſt crudele factum, ſed tyranno reciprocum, libertatem adimenti, vita demetenda. Vt verò ad propoſitum meum reducam calamum, non alio prætextu fineque ab Illuſtriſsimis maioribus veſtris Aſcia vobis in inſigne nobilitatis tranſijt, niſi vt libertatem Patriæ, dignitatem Senatus, maieſtatem Regis, iudicio, pectore, manibus, proſtrando hoſtes, dilatando Patriam ſtabiliretis, retineretis. Et quoniam hoc egregium apud vos manet, fortiter hoſtem abijcere, & infelicibus ſcire miſereri: nullis iam obliterabitur ſepulchris, illuſtris Familiæ Topororum, lucidum ſplendenſque cum fama nomen.

MANEBIT IN ÆVVM FÆLIX.

IOcundum reliquit Ariſtot: axioma: *Melius* (inquit) *eſt eſſe quàm non eſſe.* Si ſermo de hominis exiſtentia eſt, magnum quidem eſt hominem eſſe, ſed multò maiùs meliùſue eſt bonum, ſapientem, virtuoſum, immortalem eſſe. Quapropter ominabor Toporeis, non tantùm in æuum manere, ſed etiam feliciter manere. Arborem in altum creſcere vna res efficit, Aſcia, dum ſcilicet in ramos diſtendi prohibet. Hinc Iſaiæ 37. *Mittet radicem deorſum, & faciet fructum ſurſum.* Neque alia produci poteſt durationis in æuum ratio, ſed ea ſola: *Aſcia prohibere ramos diſtendi.* Eo vno meliores fructus attendet, eoque ipſo, vnam ſperabit ſalutem. Quocirca Clemens Alexandrinus Oratione ad gentes ait: *Planta cæleſtis cùm ſit homo, vt cæleſtes quoque virtutum fructus ferat, inutiles vitiorum ſtolones pœnitentiæ ferro circumcidat.* Et S. Gregorius Papa aliud nutrimentum æui propoſuit: *Intentioni animæ ſi exterior euagatio clauditur, interior receſſus aperitur, quia*

& in

& in altum creſcere arbor cogitur, quæ in ramos diſtendi prohibetur. Nam cùm animus diuiditur ad multa, fit minor ad ſingula, tantoq; ei in vna qualibet re ſurripitur, quantò latiùs in multis occupatur. Et S. Bernardus ſerm: 58. in Cant. nutrimentum æui diuerſum ab iſto ponit: *Non poteſt virtus cum vitijs pariter creſcere, ergo vt illa vigeat, iſta creſcere non ſinantur.* Tolle ſuperflua, & ſalubria ſurgunt, vtilitati accedit quicquid cupiditati demis, demus operam putationi, putetur cupiditas vt virtus roboretur. Perfectio nulla cupiditas præter illam: *Cupio diſſolui & eſſe cum Chriſto.* Quoniam vero hæc omnia quæ ſub luna viuunt à Deo, Dei & propter Deum ſunt, in ipſo æuum ſperandum, & ex ipſo immortalitas vera. Dicebant antiqui: *Quercus Ioui, lucus Dianæ conſecratus eſt.* Quare de illa Q. Catull.

Montium Domina vt fores,
Syluarumq; virentium,
Saltuumq; reconditorum,
Amniumq; ſonantium.

Veſtrorum ergo erit cum ſit ceu congenita vobis Aſcia, in æuiternitatis tempora fæliciter, vt refloreſcendo floreatis, ramuſculos inſipidos aſcia amputabitis. Hoc equidem medio de Familia Topororum ille mirabiliter conſeruatus à natiuitate Epiſcopus Vladiſlauienſis Matthias permanentem in æuum domum Aſciarum præmonſtrauit. Nam dum inter duodecim infantes vno partu editos ipſe ſolus poſt baptiſmum ſuperuixit, ne dum fæcundo virtutum ſuarum fructu ſpem inutilis maternæ fæcunditatis ſolatus eſt, verùm etiam, abſciſis quibuſcunq; fortunæ virgultis ſpiritualem vitam ſibi elegit. Sed quia virtus ſupernatans ceu oleũ aquæ eſt, & lucerna in abditis tenebris ſemper lumen refert, ad Epiſcopatum Vladiſlauienſem electus, abuſus plurimos in adminiſtranda iuſtitia ſuſtulit, flagellantium abſurda deleuit, ipſe quoq; ſenio confectus dum ſe rectè iam minus poſſe Epiſcopatum adminiſtrare perſenſit, liberè alteri eligendo & electo viuẽtis Epiſcopi munus reſignauit, rarum ſed ſanctum exemplum, plus animabus Chriſti quàm proprio commodo deſiderauit. Vnde de illo in Vitis Epiſcoporum Vladiſlauienſium R. D. Canonicus Steph. Damalewicz inter alia dixit:

Pontificis iuſtos Matthias implet honores,
Et quos cuiq; ſuus dabat labor ille ferat.
Auguſtum cæloq; ferens faſtigia templum,
Et binas arces nobile ſtruxit opus.
Condidit obſcuro huic cineres Sacriſtia buſto,
Matthia, quantus paruule Præſul eras?

LINEA

LINEA FAMILIÆ STARZA, ſeu TOPORORVM.

STarza *erat ille, cui primùm hoc cognomen attributum fuit. Eſt enim Familia Starzarum in Regno antiquiſſima præſtantiſſimaque, & ab ipſis primis erectoribus Regnorum Czechi & Lechi nomen ſuum dignitatiſque authoritatem in Polonia retinens. Dicere enim licet, quod ſicut Straconis nomen & genus magnum inuiolatumque fuit Alexandro Magno dicente* Trogo Pompeio lib: 18. *Ita Lechitis ſeu Polonis Starzarum genus & nomen ſemper celebre & obſeruandiſſimum fuit. Et quia peruetuſta conſuetudo antiquorum Lechitarum fuerat, non à poſſeſſionibus, ſed ab armis & ſignis Gentiliciis cognomina deſumere: Parens Toporeorum, primo Topor, & demùm ob primatum & ius dicendi inter nobiles, Starza nuncupatus erat. Nec difficile eſt in Priuilegiis & diplomatibus nobilitati & Eccleſiis à primordiis Regni conceſſis, Topor cognomen inuenire, dum ipſimet Hiſtorici Regni pluries Toporeos nominauerint. Nomen quoque hoc Starza ab antiquo tempore vſum dicendi & conſeruandi morem retinet, dum occurrente aliqua obſidione & violentia in bonis Topororum. conuocabant & conuocant populum vociferando Starza, Starza, quod non aliunde exiſtimandum erit, niſi à cognomine nobilis ſic primitus dicti Starza, vt ſcilicet Domini ſui officijque eius memores, nomen bonaque illius defendere concurrant. Starzon, eſt nomen deductum à Starza, expoſcit enim quandoque modus dicendi, vel expreſſioris rei gratiâ, vel politioris ſermonis aliquod adiunctum & additum ad nomen. Strazon, hæc duo cognomina fuerunt antiquitus Topororum docet Anonymos, de quo* Cromer. lib: 3. fol: 32. *ait: Anonymos vetuſtus rerum Polonicarum adnotator. Hic ergo innominatus author ponit in quæſtionem:* An nobiles armorum Topor Starzones vel Strazones vocandi? videntur enim ab armis Starza (quo nomine antiquitatem immemorabilem Topororum ſignificamus, atque primum Parentem armorum prædictorum in Regno innuimus) fore vocandi, ſed vſus appellandi Strazones iam nuncupandos edocuit. *Hæc ille. Crediderim tamen ego imò aſſirmo, quod ſicut nomen Starzon à Starza nomine deductum fuit, nec aliud dicat additum, niſi explicat authoritatem & defert Euphoniā, ita nomen Strazon ex officio digniſſimo in Regno, præcipuè quod cuidam Topororum Starza, cura cuſtodiaque Regni ab hoſtibus commiſſa fuiſſet, ortum accepiſſe. Antiqui etenim cuſtodes finium & prouiſores Strazones & Strozones cognominati fuerunt, ſicut etiam* Dlugoſsius *ſub Anno* 1021. *innuit. Et quoniam in tam perantiqua Topororum Familia, vnum de illis fuiſſe in numero Palatinorum duodecim, quibus adminiſtratio Regni commiſſa fuerat per annos centum poſt Vandæ deceſſum, imò affirmat* Paprocius in 2. Opere *ſtemmatum ſe vidiſſe ſigilla ad antiqua priuilegia Eccleſiarum affixa Toporum, vbi vir cataphractus ſuper aſſidendo equo manuclauam erigit, & bipennem*

ad equi

ad equi dorſum deſert, in aliis verò ſigillis ad pedes equi bipennem conſpexit: iam inde colligere licebit, Toporeum nedum inter illos Palatinos Regni præſentem fuiſſe, ſed etiam quendam adminiſtratorem Regni ſupremum extitiſſe. Iuuat intentum Sarnicius, qui lib:4. Annalium fol:182. *deſcribēdo prædictos 12. Palatinos inquit:* Proinde ille duodecimuiratus inter bellorum tumultus vnum aliquē inſigniorem virum è medio ſui eligebat, quem vniuerſis copijs veluti dictatorē præficiebat. *Iuuant & priuilegia Wagrouicenſis Monaſterij à Toporcis A.1153. erecti, vbi Starzones & Strazones ſubſcribūt cum Zbiluthis. Non ergo corruptio exiſtimāda eſt ſermonis Starza in Strazon: ſed ab officio cuſtodis Confiniū Regni deriuatio. Hinc proceſſerunt Toporeorū Illuſtres & eminentiſſimi Tituli Magnorū Comitū de Panigrodz & Luknia; de Denaborz &c.*

Strazon Comes Magnus de Panigrodz, in multis antiquis priuilegiis legitur, cuius filius Petroslaus Strazon Comes Magnus de Panigrodz villam Ianuſowo Trzemeſienſi Monaſterio donauit. Petrus autem filius Petroslai Strazon Comes Magnus de Panigrodz, Seciechouienſi Eccleſiæ à Toporeis in fundo proprio per Regem Sereniſſimum erecto, & ab anteceſſoribus ſuis poſſeſſionibus aucto, villas ſex, quas Papr. in 2. Opere *enumerat, inſcripſit, & donauit. Zbyluta Comes de Panigrodz & Luknia, hic vnà cum fratribus & conſorte ſua Slawnikowna, erexit & fundauit Monaſterium Ordinis Ciſtercienſium in Wagrowiec Anno 1153. quod poſtmodum reparauit Miecislaus ſenex 1200 ſub Eugenio III. Papa, Conrado III. Imper. præſentibus Ianiſlao Archiepiſ. Gneſnenſi armorum Griff, Stephano Epiſcopo Poſnanienſi gente Rolicio, Raduano Comite Prædislao cum filio Hebda, Preduogio Comite, Brodislao Comite, Georgio Prandota & Petro germanis fratribus conſortis Zbylutæ, ex quibus ſinguli ſingulas quoque villas inſcripſerunt. Concludendo autem fundationem prædictam, dicunt:* Superni iudicis ſententiam ſine miſericordia incidat, infernus eum viuum niſi reſipuerit abſorbeat, qui fundationem hanc noſtram violauerit. *Quorum ſubſcriptiones ibi hæ leguntur. Zbilutij Comites de Panigrodz & Luknia atque hæredes, Hæredes de Danaborz filij Starzonis & filij Strazonis.*

Zbylutham Pal. Gnieukou. referunt Priuilegia antiqua. Erat enim antecedentibus temporibus arx Gnieukouia nominis in Regno nō poſtremi, quapropter antequā Prouinciæ caput Breſtiam translatū eſſet, Palatini Gnieukouienſes nuncupati fuerunt. Refert etiā Cathalogus Eccleſiæ Cracou. Zbylutas, vnum qui Rachelini Epiſcopi Cracouień. fratri donauit bona Wśćieklice, à quibus bonis poſtmodum filij ipſius Nicolaus Canonicus Cracouień. & Domarathus Vexillifer Cracouienſis notabant Familiam ſuam. Alterum, qui bona Zbylitouice à ſuo nomine dicta, Wierzbiętæ armorum Ielitá donauerat, eius Wierzbiętæ poſteri, Iacobus & Petrus Canonici Cracouienſes ab Epiſcopo Zula Toporeo creati, familiam ſuam cum fratribus à Zbylitouice inſignire voluerunt, & notauerunt: Tam magnifica Familia Zbylitorum per plurima centenaria an-

norum deſcendens, ſummos Reipub. Senatores & Patriæ ciues produxit, qui ſingulari opera & prudentia, pectoribus ſirmitatem Patriæ, pietate profectum Eccleſiæ propagarunt & ſtabilierunt. *Inſuper, nomen Zbylutorum ceu veri ſucceſſores & propagines, re & appellatione in ſe retinuerunt, & conſeruarunt. Teſtatur hoc Epiſcoporum Vladislauienſium Author, dum Zbylutas Toporeos recenti calamo ad Annum* 1326. *expreſſit, & Golanczewios deſcripſit. Ait namq; : Matthias Epiſcopus Vladislauienſis ordine & numero vigeſimus ſecundus de armis Aſciarum vulgo Topororum Golanceuius, Patre Slawniko Caſtell. Naklenſi natus, vnus de duodecim fratribus vno partu enixis remanſit, & fœcundo virtutum ſuarum fructu ſpem fœlicitatis ſolatus eſt in parente. Anno* 1323. *à Ioanne* 22. *Auinione Epiſcopus Vladislauienſis creatus fuit. Hic, cùm Vernerus Magiſter Pruſſiæ plurimos nobiles & Plebeios in ſeruitutem ex arce Raciazenſi abduxit, ſolutis quadringentis marcis à Magiſtro redemit, & in libertatem aſſeruit. Qui cum poſt Annos* 42. *oculorum officio deſtitutus eſſet, in fauorem Zbylutho de Golancza Præpoſiti Vladislauienſis Nepotis ſui, ex Zbylutho Caſtellano Poſnanienſi nato Toporo, Caſimiro Rege conſentiente & Vrbano V. confirmante, ceſſit Epiſcopatus munere & dignitate. Obiuit Zbyluta Toporus Epiſcopi Vladislauieñ. officium, ſed morte ſubſequente Epiſcopi, non ceſſat Zbylutorum Familia: ſuperfuit enim Drogoſius de Choberz Capitaneus Siradienſis, de eadem familia & ſtirpe, qui licet non neceſſaria contentione apud Capitulum inſtabat, vt Nicolaus de Choberz Cantor Vladislauienſis germanus ſuus, (cuius pueritiam Matthias & Zbylutus Epiſcopi Vladislauienſes educarant, Sacrisq; miniſteriis addixerant) Pontifex Vladislauienſis renuntiaretur.*

Sethegius ſeu Sytheus, noſtris Sieciech, quem Dlugoſ. *ſub A.* 1010. *virum fuiſſe nobilem, & ſub A.* 1023. *militem Regium de Domo bipennium, & ſub A* 1025. *Signiferum Regium adnotauit.* Crom: autem lib: 3. fol: 40. *hæc de illo: Monaſterium Sieciechouienſe in tractu Sendomirieñ. Benedictinis Sodalibus Boleslaus Chabri conſtruxit, conferente patrimonij ſui partem Sieciecho Palatino Crac. & Magiſtro militiæ Polonæ ex gente Topororum, à quo Monaſterium id nomen accepit. Sereniſſimus autem Rex Caſimirus Magnus confirmando Sieciechouienſe priuilegium Anno* 1352. *dicit : A Comite Magno Sytheo ipſius clauſtri fundatore, à quo & nomen accepit ſitus hic & villæ duodecim traditæ, &c. Compendioſe igitur de Sieciecho ſcribendo dicimus. Erat Sethegius ſeu Sytheus & Sieciech Topor, Comes Magnus Starza, Starzon, Strazon, ex validiſſimo milite & Rothmag. Tribunus copiarum, Magiſter exercituum, Palatinus Cracouienſis, & Supremus copiarum Poloniæ, de quo omnes Hiſtorici Regni ab Anno* 1010. *clarè retulerunt.*

Lacza Comes de Sieciechow, qui eidem Monaſt. villas 13. *adſcripſit, vt priuilegia acclamant. Martinus Comes in* Iablonna, *nepos Sieciechi, qui etiam villam huic Monaſterio contulit, ſicut* Miechou: lib: 2. *refert.* Papr: in 2. Opere *adijcit pri-*

cit priuilegium Regium, prædicti Monaſterij gratiarum, exemptionum & libertationum folio 12. de Data 999. Ex his eorumq́; poſteris plurimi extiterunt clariſſimi in Senatu & bellicoſiſſimi in caſtris viri. Quorum lineam interruptam, dum ob antiquam antiquitatem, dum per longum atq́; ad amuſſim omnes perſtringere calamo poſſibile non videtur, hos ceu indices præcedentium, ducere in medium conſultum habeo.

Stephanus Archiep. Gneſnen. gente Toporeus, vt Ianicius *in deſcriptione Archiepiſcoporũ Gneſ. &* Bielſc *poſt eum aſſerit, maior enim indagatio erat Archiep. Cathedræ Gneſnen. in deſcribendis ſuis Archiep: eorumq́; Familiis per Ianiciũ quàm Dlugoſſij, qui de hoc Archiep: ad finem A. 1038. diſſeruit. Cum verò ſub Anteceſſore ſuo Boſſuta Gneſnenſis Eccleſia ſpoliata fuiſſet à Duce Bohemiæ, (nam cum ſacro corpore Gaudentij, ſucceſſoris S. Adalberti, atque corporibus SS. Martyrum quinque Fratrum, Ioannis, Benedicti, Iſaac, Matthæi & Chriſtini, imaginem quoque Crucifixi de puro auro per Boleslaum primum Pol: Regem fabrefactum & trecentas habentem libras, item tabulas tres ex puro auro, & variis lapidibus precioſis, gemmiſq́; ſuperbis ab eodem Rege donatas, atq́; cæteras res, vaſa & clenodia rapuerat) ad Benedictum Papam IX. zelo compulſus, legatos conquerendi & recuperandi gratiá, direxerat. Ille Caſimirum Monachum, & filium illius Boleslaum Audacem, in Reges conſecrauerat. Ille idola atq́; paganiſmum è Regno funditus extirpauerat, Quapropter Ianicius de illo :*

Fatidicos Stephanus Patriæ Pythonas ab Orbe
Depulit, antiqui priſcaque feſta Iouis.
Tunc perijt Phœbe perijt cum Caſtore Pollux,
Reliquiæ veteris numina vana mali.

Lampertus cognominatus Zula, primus Epiſcopus Cracouienſis, Polonus Toporeus, vir doctrina præcelſus, imò ob doctrinam poſt diſſenſionem in electione per biennium inſtitutus fuit. Sed quia non petijt ab Alexandro II. Pontifice Max. inſignia Archiepiſcopalia, neſcitur quo ſidere, vt addit Dlugoſſ: *ideo Metropolis Cracouienſis in Suffraganeam permutata ſtetit. Inter cætera quæ præſtitit Patriæ, Eccleſiæ, & Regno Lampertus, hoc ipſum prædicatur, quod in Eccleſia Caſimirień. fundauerit 10. Canonicos nobiles, & decreto interpoſuit, ne in eam dignitatem plebeij aſſumerentur. Inter hos Canonicos ab illo fundatos erat Stanislaus Szczepanowſki, poſtmodum Epiſcop. Crac: Sanctus & Martyr. Aſſumptus fuit Lampertus Anno 1061. mortuus 1071. De illo* Kantleius *Archiep. & Epiſcoporum Cracouień collector hæc reliquit:*

Crux potiorque perit titulus me Præſule primum,
Cùm petere à ſummo differo iura Patre.
Siue meo vitio factum, ſeu ſortis iniquæ,
Parce precor verbis Lector amice malis.

Sieciechus ſecundus, linea recta procedens, ex Comitibus Magnis Starzijs,

 & Stra-

& Strazonibus Dominis arcis Sieciechow, Palat: Crac: Præfectus Generalis Exercituum Regni, ſub Vladislao Hermano atq; filio ipſius, vir honore, titulis, authoritate ſummus, nullumq; in Regno parem habens, vt potè cuius nutu Reſpub. & Regnum ſic volente Rege gubernaretur. Maxima hic prælia cum Vladislao Rege fæliciter confecit in Pomerania & Pruſſia, ad Drenum vbi ab vtrinq; aduerſis pectoribus vulnera mortemq; excipiebant, ad Naklum obſidendo & profligando Bohæmos. Quando verò Sereniſſimus Vladislaus Rex, alteram expeditionem contra Bohæmos ratione Pradislai, ob aduerſam valetudinem pedum perficere non valeret, Sieciechum miſit & Boleslaum filium nouennem, ad belli initia iam affectantem, eidem Sieciecho reddidit. Hanc præclaram expeditionem dum ex animo Patriæ cum Boleslao continuauit, aliam cum eodem Principe contra Pomeranos & Caſſubitas aſſumpſit & finiuit. Sed cùm hæc aliaq; his nobiliora tantus Dux exercituum atq; grauiſſimus Senator Regni toga & ſago teſtatus Patriæ fuiſſet, aliqui nobilium & militum, præcipuè qui legibus militaribus ſubeſſe & iuſſis Supremi in Caſtris parere non annuebant, aliisq; præmia paucis ſuis meritis eripere ſatagebant, graue odium contra ipſum concitauerunt, atq; inſuper Sbigneum nothum Vladislai è Monaſterio euocatum, contra Regnum Vratislauiam hoſtiliter adduxerunt, filium quoq; Regis Boleslaum, in aduerſum Sieciecho diris excogitatis rebus crudeliter oppoſuerunt. Inde perſecutus in ſuo caſtro à Boleslao & Sbigneo, (ó mutabilem fortunam) conſilio Primatum Regni & Regis exul in Ruſſiam diſceſſit, qui licet poſt annos plures placato Boleslao ad arcem Sieciechow rediſſet, nunquam tamen ad gradum dignitatis priſtinum peruenire potuit. Cromerus de illo lib: 5. fol: 70. Bielſc. *ſub Vladislao Hermano. Fortè non immeritò quidam præmonebat Regum Aulicos:*

Vitam, animum, operam, ſumptus impendimus aulis,
Præmia pro meritis quæ retributa? Nihil.

Woislaus Toporeus, proximus in ſanguine Sieciechi, hunc amoto à Curia Sieciecho, & in Ruſſiam tranſeunte, Vladislaus Rex in cuſtodem, curatorem, Magiſtrum & Pædagogum aſſignauit Principi Boleslao, & dignitatis maioris gratiâ Præfectum Vratislauienſem inſtituit, ſed rerum mundi citò occurrit variabilis fortuna. Obiecta quaſi ex propoſito conſpiratione cum Sieciecho, à Boleslao ex Sbigneo exuitur Præfectura, & quia ipſi excuſandi prohibitum tempus, conſulendo vitæ, magnis itineribus atq; citato curſu ad Sereniſſimum Regem Vladislaum peruenit. Cromer: à fol: 68. ad 71. Bielſc. *vt ſupra. Sanè rectè Ouid: Faſt. 3.*

Viue tibi quantumque potes prælustria vita,
Sæuum præluſtri fulmen ab arce venit.

Vloſto Comes Xiazneſis. Hic pagum à nomine proprio denominatum Wloſtow in propagationem diuini cultus Eccleſiæ Trzemeſenſi, & magnam partem lacus Goplenſis obtulit. Teſtantur ibidem priuilegia Stephanum Palat.

Craco-

Cracouienſem, Comitem in Xiąż, priuilegia Andreiouien: Monaſterij referunt. *Petrus Włoſtowicz ſeu de Wloſtowice, Comes Xiaznenſis, vir magni ingenij & conſilij, vt dicit* Cromer: lib: 5. *ſub Anno* 1128. *Hic maximo ſinceritatis erga Rempub. affectu commotus, Iaropelcum Kiouienſem & Vlodimirienſem Ducem, caput rebellionis Ruſſorum contra Sereniſſ. Regem ad menſam in villa cum ingenti periculo vitæ ſuæ, comprehendit & conſtrinxit eúq́; ad Vladislaum Regem deduxit, vnde nonniſi auri & argenti pondere à Woiſlao fratris ſui filio redemptus, ad Ducatum rediјt.* Miechouius lib: 3. Stricouius lib: 5. *ſub Anno* 1134.

Stephanus Caſtellanus Cracouienſis, Comes de Præginia. De hoc priuilegium Monaſterij Tremeſenſis teſtatur 1145. *Velim hic Lector aduertat duas Præginias fuiſſe, vnam arcem Scalenſem de qua* Cromerus refert folio 138. *alteram quam in arcem Tecinenſem Nauogius conuertit. Comites Toporci ſunt de Præginia ſecunda, non enim poſſibile eſt, quod tàm ampliſſimæ ſyluæ Topororum, quas Præginias vocitabant, ſine curia & arce fuiſſent. Ex hac igitur Præginia Caſtellanus Crac: Stephanus notabat Comitatum ſuum, per decurſum ætatis pars Pereginiæ Topororum conuerſa fuerat in aliud quoq́; Caſtrum à Palatino Sendomirień. Nauogio, qui ibi Oppidum cum iure Teutonico & arcem Tencinenſem, per Sandonem ſuum Camerarium condidit & erexit. Quod paulò inferius patebit.*

Ianuſius Palat: Crac: Hunc Boleslaus Pudicus cognominatus, ad Belam IV. Hungar. Regem, Legatum vnà cum Clemente Clementouio, Caſt: Crac: miſerat, vt vel noua fœdera cum illo conſtituerent, vel antiqua firmarent denium vt Kingam ſeu Cunegundam filiam Belæ, in conſortem & Reginam Boleslao diſponerent & deducerent. Annus rei 1239. Ianuſius *quod fuerit Toporcus, &* Clemens Griffius, Bielſc. *ex alijs Hiſtoricis habet.*

Zegota & Otta, Hi eodem tempore ſuperuixerũt, vt notat Dlugoſ. *ſub Anno* 1271. *eoſq́; de bipennibus fuiſſe affirmat. Verùm alios & magni nominis viros Zegotham & Ottam, à quibus vt conſtat Familiæ Topororum plurimæ profluxerunt in Regno atq́; ad præſentia tẽpora durant cõmemorare intentum manet. Zegotha Palat: Crac: Generalis Exercituum Regni Dux contra Pruthenos & Lituanos. Hic dum pro Conrado Duce Maſouiæ temporum infauſta colluuie pugnauit, poſtmodum vt Sereniſſimus Rex Pudicus, poſt ruinatum Regnum per Bathi in ſedem rediјt, pro Rege ſuo pugnam bellumq́; ſuſtinuit.* Cromerus de illo ab Anno 1242. vſque ad Annum 1285. *Reliquit filios Zegotha Zegotham, à quo deſcendunt Zegothæ.* Nauogium, *à quo ſunt Tęczynſcij & Oſolinſcij, Ottonem Dominum in Pilcá, Andream de Pilcá, hæredem in Iáblonna, à quo progeniti ſunt Korycinſcij. Setegius tertius Iudex Curiæ, qui notabat Familiam ſuam de Subin, de illo Monaſterium Tremeſenſe in Anno* 1287. *vbi plurimi Subinij ſubſcripſerunt. Biſtricus de Subin Theſaurarius Regni. Albertus de Subin Succamerarius Regni.*

Sandiuogius de Subin Palatinus Caliſienſis & Generalis Cracouienſis, filius Alberti Succamerarij Regni, quem fundatio notabilis Monaſterij Tremeſnen. Anno 1343. *refert Generalis Exercituum Cracouien. & Sandomirien. Palatinatuum contra Lituanos & Rutenos Anno* 1376. *Graboucum, Horodlo, & Seuoloſſam octo dierum curſu ademit,* Cromer. lib. 14. Micchouius lib. 4. *Huius inter ſeptem vexilla Topororum in bello cōtra Vallachos* Dlugos Tomo 2. *Anno* 1376. *meminit. Hic compeſcuit prædonum latrocinia in Polonia maiori* 1374. *Idem à Rege Ludouico, qui Budæ morabatur inter Triumuiros Iudex omnium iudiciorum Regni Generalis inſtitutus fuit ſimul cum Zauiſſa Epiſcopo Cracouien. & Dobesluo de Kurozwank Anno* 1381. Micchou. lib. 4. Bielſc. lib. 3. *In Hungariam Magni Legati officio functus eſt à Repub. ad Heliſabetam Reginam pro filia eius Heduigi in Reginam petenda* 1383. Cromer. lib. 14. Micchou. lib. 4. *Hic ex Iadera ciuitate Vngariæ* 60. *milliaria Cracouiam intra* 24 *horas confecit in equis diſpoſitis.* Bielſc. lib. 3. Dlugos Tom. 2. *Domus eius ornatiſſima in platea Caſtren. Cracouiæ ab Heduigi Regina pro Collegio Iuriſtarum eſt coëmpta Anno* 1392. *Huius filia hæres Subin. & aliā maxima bona & poſſeſſiones ad Nalecios tranſtulit, vt literis Czarnkowſciorum teſtantur.*

Otta de Sczekarzowice Toporeus Crom: *ſub Anno* 1351. *Ab illius fratre Familia clariſſima reddens Patriæ illuſtria merita vſq; in præſens Tarnouij & Zaklicorum prouenit, vt ibidem habet* Crom: *& alij Hiſtorici Regni. Hic velim conſideret benignitas Lectoris, quod Topororum Familia hic à nobis à temporibus Lechi deducta, vſq; ad A.* 1351. *innumerabiles ſurculos ex diuerſis ramiſculis eiuſdem arboris & ſtipitis protulerit, quos ſingulos enumerare vt longum eſſet, ita tempus edax omnium ſub luna rerum impoſſibilitatem opponit. Hoc tamen certo certius eſt plurimas Topororum familias emanaſſe, quorum nec memoria haberi poteſt, nec liber comprehendere. Hinc profluxerunt Plazij, Starikonij, Nezandij, Zawiſij, Daniborſcij, Iakubowſcij, &c. à quibus aliæ quoq; diuerſæ Familiæ profluxerunt, & diuerſis cognominibus appellatæ fuerunt. De quo ſunt literæ Caſimiri in Anno* 1366. *Iagellonis in Anno* 1428. *quodq; antiqua ſepulchra & inſcriptiones commonſtrant. Nauogius Comes in Præginia Palat: Sendomir: &c. Conditor Tencini Anno* 1319. *filius Zegothæ Palat: Cracouienſis, quod ex ipſa computatione annorum colligitur. Nam ſi Zegota Palat: Crac: & Dux Generalis creatus fuit circa Annum* 1281. *& Nauogius iam creatus Palatinus, conditor factus Tencini* 1319. *vt Priuilegium Sandoni Adminiſtratori fabricæ conceſſum teſtatur, in tempora eadem incidiſſe vtroſque videmus.*

Priuilegium verò fuit huius tenoris.

Proinde nos Nauoijus Palat. Sendomir. &c. noſtra bona in vſus meliores cupientes commutare, ac etiam inſpectis fidelibus ſeruitijs diſcreti viri Sandonis noſtri fidelis Camerarij, quæ nobis multipliciter exhibuit, & adhuc in poſterum tenebitur exhibere ſiluam noſtram in Præginia iure hæreditario nos tangentem,

Tencinq

Tencino vulgari nomine nuncupatam, de mera ac libera voluntate conſilioq́; ſalubri indulſimus & conceſsimus extirpandam, ac ibidem villam iure Teutonico, quo Ciuitas vtitur, quæ nouum forum in Sileſia nuncupatur collocandam &c. Si quis hominum propter aliquod commiſſum in villam prædictam aufugerit, ſine cuiuſuis impedimento duabus ſeptimanis tranquillitate pacis Domini Ducis Cracou. & noſtra perfruatur. Actum publicè Cracouiæ 1319. in die Aſcenſionis Domini, Præſentibus Comite Adam Iudice Cracou. Comite Petro Vexillitero Crac. Comite Petro Iudice de Polonia. Nicolao Krzywoſąd, Gregorio de Piſary. Dat. per manus D. Venceſlai Capellani D. Nauogij. *Sigillum appenſum in cara* TOPOR.

Conſtat ſecundò, quod bona Zegothæ Palatini Cracouienſis erant Pereginia, Pilcza, Iablonna, Morâwicá, Balice, & alia circumcirca Cracouiam, quæ dum ad Tencinios, qui ſunt vnum cum Oſſolinſcijs, & Pileccios peruenerunt, ex Zegota deſcendiſſe Nauogium, cuius filiis Præginiam vulgò Tencinum dictum diuiſione ceſſit cum Balica & Morawica, deſcendiſſe & Ottonem cum fratribus, quibus Pilcá, &c. obuenerat, clarum erit. Nauogio erant filij 3. Andreas qui a Tencino arce erecta Tęczyuſki nuncupatus fuit. Iaſko ſeu Ioannes, cognominatus ob ſinceritatem & præſtantiam morum Owcá, Ianuſius hæres in Morâwicá, qui ſteriliter deceſſit. Hos autem fuiſſe germanos fratres demonſtrat Priuilegium Caſimiri Cracouiæ Anno 13 6. Datum poſt Feſtum S. Galli Confeſſoris, præſentibus D. Petro Nieorza Palat: Sendomir. Wilczkone Caſtell. Sendomir. Grotkone Caſtell. Lublineñ. Derslao Dapif. Cracoueñ. Mſcugio Succamerar. Crac: Suiatopelco Ketardowſki, Ianuſio Cancellario Cracouienſi, per cuius manus datum eſt.

Tenor Priuilegij eſt.

Nos Caſimirus Dei gratia Rex Poloniæ, Cracouiæ, Sendomiriæ, Syradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Pomeraniæ, Ruſſiaq́; Dominus & hæres. Notum facimus præſentibus quàm futuris notitiam præſentium inſpecturis. Quia veniens ad Noſtram præſentiam Regalem Nobilis Iacobus Koznicki Camerarius D. Andreæ Wawrowſki Iudicis & Subiudicis Curiæ Noſtræ, pronunciauit & manifeſtauit coram Regia maieſtate Noſtra, quia Cmetones D. Ioannis Plazæ, & D. Zauiſſiæ, & D. Ioannis Necandæ de Grzegorzouice fuerunt citati per Ciues de Lelouia pro quodam facinore ad præſentiam D. Andreæ Wawroſki Subiudicis & Iudicis Curiæ noſtræ. Tunc D. Plaza ſtetit, & interceſſit pro prædictis Cmetonibus iure ſuo, quia omnes Bipenni & antiqui Equi eſſent, & proceſſiſſent de vno Auo & de vna progenie, & quod haberent ab antiquo vnum ius omnes, itaq́ue nemo hominum haberet iudicare eorum Cmetones & ſeruitores, nec ipſe Dominus Rex, nec Iudex, nec Subiudex, nec vllus Iudicum, nec D. Palatinus, nec aliquis Dominus, nec aliquis iuſtitiarius, niſi ſoli DD. Bipenni & antiqui Equi, & eorum legitimi ſucceſſores habeant iudicare omnia iura & omnes vitiones, & omnia iudicia cum eis facere & exercere. Et hoc legitimè probauit idem D. Plaza, cum teſtibus fide dignis, videlicet cum D. Andrea Palatino Cracouienſi D. Iaſcone Owca fratre ſuo vterino hærede de Morauica, D. Ianuſio ibidem de Morauica D. Gniewomiro hærede de Miedzwiec D. Thoma dicto Srzebiec de Miedzwiec, & alijs quàm plurimis fide dignis. Tunc D. Ioannes Plaza ſtetit, & petiuit Noſtram Regiam M. vt dignaremur confirmare eorum ius prædictum, quod ab antiquo habuiſſent à ſuis antiquis progenito-

genito-

genitoribus, & quod pro nunc probauit cum teſtibus fide dignis. Nos igitur inſpeximus fidele ſeruitium D. Ioan. Plazæ & præſentium ſuorum prædictorum teſtium dignum teſtimonium, & ipſius dignam petitionem donamus & confirmamus omnibus in genere bipennis & Antiquisequis, & eorum legittimis ſucceſſoribus prædictum ius in omnibus bonis eorum, vbi pro tunc habent & in poſterum habebunt; ita, quod nec Nos Rex, nec vllus hominum, nec Iudicum noſtrorum, nec Palatinus, Dominus, Iudex, Iuſtitiarius non habet iudicare eorum Cmetones nec ſeruitores, niſi ipſi ſoli D. prædicti Bipenni & Antiquiequi, & eorum legittimi ſucceſſores omnia iura, nec non omnes vltiones cum ipſis facere & exercere. Iſta omnia ſingula iura donamus confirmamus Noſtris ſigillis Regalibus & perpetuamus perpetuis temporibus duratura 1 3 6 6. *Quod Priuilegium confirmauit Vladislaus Iagello in Solec 1 4 2 8. præſentibus Reuerendiſſimo D. Stanislao Epiſc. Plocen. Sendiuogio de Oſtrorog Palat: Poſnanien. Ioanne de Szczekocin Lublinen. Domaratho de Kobylany Biecenſi Caſtellanis, Pomálá de Taczow Dapifero Crac: Nicolao de Chrzaſtow Gladifero Crac: & alijs. Datum per manus Ven. D. Ioan. Decani Crac: Regni Cancellarij, & Vladislai de Oporow Regni Vicecancellarij.*

Andreas Nauogij Comitis in Præginia Palatini Sendomirienſis Conditoris arcis Tenczyn filius, qui primus a Tenczyn notare Familiam ſuam, & Tenciniſcium ſe nominare voluit. Hic poſt maxima & laude digna merita, poſt alios honores & titulos in Caſtris & Senatu, Palatinus Cracou: intitulatus, creatusq; à Sereniſſimo Rege Caſimiro fuit. Hoc apertè refert adductum priuilegium pro Plazis datum 1366. *Ab iſto linea recta Tenciniorum in Tenczyn ortum ducens, iam accepit periodum in linea maſcula, per terminum vitæ Ioannis Palatini Cracouienſis. Iaſco filius Andreæ Palatini Cracou. Caſtell. Woynicenſis, cuius progeniem dum* Cromerus pronunciauit fol: 237. *illius ſimul orationem in Comitiis Syradienſibus tempore interregni poſt Ludouicum Poloniæ & Vngariæ Regem proſequitur dicens:* Vnus homo oratione ſua mox omnium voluntates conuertit. *Iaſcus is fuit ſiue Ioannes Tencinius Caſtell. Woynicenſis Andreæ, qui fuit Palat. Cracouienſis filius, qui impetrato ſilentio verba feciſſe in hanc ſententiam dicitur:* Non equidem conſenſum iſtum & iudicia veſtra reprehendo Proceres, nec à Zemouito alieno ſum animo, ſed videte ne quam infamiæ labem nomini Polono aſpergamus. Ego ſi integra ea nobis res eſſet liberaque prorſus ſuffragia tamen de re tanta conſultantibus ampliùs deliberandum eſſe cenſerem. Periculoſa eſt enim in re qualibet inconſulta feſtinatio, & præceps conſilium ferè pænitentia ſequitur. Nunc verò cùm mortui Regis Ludouici Filiæ fidem noſtram obſtrinxerimus, perpendite cum animis veſtris diligentiùs, an ea præterita rectè nobis Regem creare poſſumus. Equidem fallendi iuſiurandi nunquam vobis fautor ero; Quod ſi quiſpiam eſt in hoc cætu, qui religionem illam iuſiurandi ſanctiſsimum ſocietatis humanæ vinculum paruipendat, ab hoc mihi liberè diſſentire liceat. Neque enim ego ita ſum inſtitutus, vt aut homines fidem meam ſecutos mentiendo, aut Deum mentium inſpectorem, quem volens ſcienſque iuſiurandi teſtem adhibui,

peierando

peierando ſallam. A vobis quoque Patres, & à genere noſtro talem mentem, ſeu veriùs amentiam Deus vt auertat precor, &c.

Nauegius ſecundus filius Andreæ Palatini Cracouienſis, hic in bello Valachico vnà cum Sbigneo Oleſnicio, in clade ad Poloninas per Petrum Waiwodam Valachiæ occubuit Anno 1360. *vt* Cromer: lib: 12. fol: 217. *adnotauit. In hoc bello integrum Vexillum Familiæ Topororum fuerat, ibidem* Cromerus.

Ioannes Tenczynſki laſconis ſeu Ioannis Caſtellani Woynicenſis filius. Qui dum in Patriam & Rempublicam maiorum exemplo animum fortunamq; belli ac pacis tempore ſanguine & fide proteſtatus fuiſſet, altiora præmia conſecutus fuit. Creatus namq; Caſtellanus Cracouienſis, Sereniſſimæ Reginæ Heduigis teſtamenti pij & vltimæ voluntatis executor extitit, & cum liberaliſſima Fundatricæ Academiæ Cracouienſis fieri confundator meruit, de illo Cromerus ſub Anno 1399. ſol: 257. *Reliquit filios quinque Andream, Sbigneum, Gabrielem, Stanislaum, & Nicolaum, & filiam Odrouazij conſortem. Obijt* 16. *Iulij Anno* 1407. *Sepultus in Kraſnik, cuius pius affectus ad Chriſtum Saluatorem & Beatiſſimam Virginem Mariam, ibi loco Epitaphij exprimitur.*

Mundi fortuna, Regni curæque labores,
Et mortalis honor, gloria, lauſque fugax.
Solicitent alios: me me bone, me pie Chriſte,
Me tua conſeruet gratia me foueat.

AD B. VIRGINEM MARIAM.

Cæleſtis planta præcioſior omnibus vna,
Quæ fructum ferre digna ſalutis eras.
Hanc animam refice fructu ſemper benedicto,
Ventris Virginei fauſta MARIA Parens.

DEINDE ad AMICOS.

Eſtê mei memores, mea pignora ſitis amici,
Suffragium lachrymæ ſint, pietaſque, preceſque.

Andreas Tenczynſki primus filius Ioannis Caſtellani Cracouienſis. Qui dum ſequeretur intentum morem actus & exempla anteceſſorum, rumore infauſto a penetralibus maieſtatis Regiæ, vix alienus non ſuccubuit, ſed virtus ceu oleum ſupernatauit, innocentia ipſius ſole clarior ſletit. Cromerus de illo ſub Anno 1008. ſol: 262. *obijt ſterilis.*

Zbigneus 2. *filius Ioannis Caſtell. Crac. Hic ceu alumnus Martis qui in Familia Tenciniorum clauam regiminis fixerat, poſt trophæa bellica officio Succamer. Crac. honoratus fuit A.*1465. *vt* Papr. in 1. Opere Stemm. *adnotauit. Reliquit filios Andream & Ioannem, & filiam Eliſabeth Ducis Ratiborienſis conſortem. Gabriel tertius filius Ioannis Caſtell. Cracouienſis. Qui nefandum exiſtimando eſſe degenerem à maioribus poſt liberales in Academia occupationes, rigida palæſtra in campis & Caſtris occupauit animum, Regni demum conſtitutus Senator, quod commune Topororum & quaſi innatum fuerat, reliquit factorum illuſtrium imitatores filios Ioannem, Andream, Stanislaum, & filias tres, Palatini Ruſſiæ Firley conſortem, quæ Ioannem Palat. Crac. Supremum*

Marſchalcum Regni genuit, cuius poſt filia Anna Zbignei Oſſolinſki Palatini Sendomirien. conſors Myſkowſcij coniugem, quæ progenuerat Nicolaum Caſtell. Woynicen. & Andream Caſtell. Lublinen. & Wapenſcij conſortem, cuius filij erant Stanislaus & Andreas Caſtell. Præmislienſis, qui tempore Coronationis Henrici Regis, a Samuele Zborouio vulnere affectus, in arce Cracouienſi obijt. Quod Zborouiorum Familiæ, atq; ipſi Samueli plurimum laudi obſtitit, atq; domui non immodicum detrimentum attulit. Ab hoc Gabriele filij ad nomina ſua & Gabrielis nomen apponebant, vt patet in Epitaphiis in Kraſnik. Stanislaus quartus filius Ioannis Caſtell. Crac. Hunc auita virtus maiorum in tantum deduxit culmen authoritatis; quantum prudentia ſua atq; fortitudo promeruerat. Contracto matrimonij vinculo filias reliquit, Barbaram conſortem Tarlonis, Eliſabetham Mieleccij Caſtell. Zauichoſten. coniugem, ex qua progeniti fuerant Ioannes Palat. Podoliæ, Sebaſtianus Caſt. Cracouiæ, & Valerianus Succamerarius Sendomirienſis, Dorothea Oſſolinſcij conſors, cuius neptis ex filio erat conſors Ioannis Zamoyſki Supremi Cancell. Regni, Generalis Cracouienſis, vltima filia erat Beata nomine. Nicolaus quintus filius Ioannis Caſtell. Cracouienſis, Qui cum in bello ſummam laudem & in Repub. inſignia pro meritis præmia conſecutus fuiſſet, Palatini Belzenſis Senatoria ornatus, ſuprema maiorum aſſequi conſilio, prudentia, & fortitudine deſiderauit, quocirca in Palatinum Ruſſiæ promotus breui remanſit. Ex matrimonij vinculo ſuſcepit eximiam prolem, Ioannem & Stanislaum filios, & filias Barbaram Tarnowſcij Caſtell. Crac. conſortem, alteram Szydlowieccij Theſaurarij Regni coniugem, tertiam Opalinſcij de Brin maritatam.

Andreas Tenczynſki, primus Zbignei ex Ioanne filius. Hic ob ingentem gloriam quam ex prudentia, iudicio, & fortitudine, tàm in Regno, quam in Imperio Romano collegerat, & à Sereniſſ. Rege Pol. poſt alios titulos & honores Palatinatu Cracouienſi honoratus fuit, & a Carolo V. Imperatore, Primus Comes, Sac. Rom. Imp. renunciatus, Familiæ ſuæ perantiquæ & poſteritati, mirificum ſplendorem attulit; & vetuſtum innouando claritati adiunxit. Non enim ipſi ſibi, ſed etiam germano fratri, & quatuor fratribus patruelibus, cum eo ſimul contra Orthodoxæ Fidei hoſtes pugnantes ad Comitatum Sac. Rom. Imperij promoueri & ſuſcipi occaſio meritis fuit, Anno 1527. In cuius rei notitiam pono Priuilegium illis conceſſum, atq; adaucta honorificentia plurima arma illorum & gentilicia Topor.

CAROLVS Quintus Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus ac Rex Germaniæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Nauariæ, Granatæ &c. Ad perpetuam rei memoriam. Deus Optimus Maximus genus humanum vario multiplicique graduum & Ordinum diſcrimine ſeiungens hoc præcipuè Imperatoribus & Regibus veluti peculiare ac proprium munus eſſe voluit, vt ſubditorum commodis atq; incremento aſſidua cura perennique ſtudio inuigilarent & omnes conatus omnemq; potentiam ad illorum dignitatem qui reliquis præſertim virtute & ſanguine præſtant, & veræ laudis ſectatores clariſſimorumq; facinorum æmuli exiſtunt, augendam illuſtrandamq; conuerterent, cùm nihil ſcilicet

aptius

aptiùs nihilq́; accomodatiùs ad retinendam amplitudinem Imperiumq́; propagandum conſtitui poſſe videatur, quàm ſi hi quibus Regnorum habenæ moderaminaq́; committuntur in quam plurimos eoſdemq́; de rebus humanis quam optimè meritos liberalitatis & munificentiæ partes exerceant: nam tantò clariùs libertatis fulgor eluceſcit, quantò eius inſignia latiùs patentiùſque extenduntur. Quapropter conſiderantes Spectabiles ſincerè nobis dilectos, Andream de Tenczyn Palatinum Crac. Ioannem de Tęnczyn illius Succamerarium Cracouień. fratrem germanum. Ioannem de Tenczyn Gladiferum Cracouień. Ioannem de Tenczyn Caſtellanum Lublineń. Staniſlaum de Tenczyn Succamer. Sendomirień. & Andream de Tenczyn iuniorem omnes fratres, Patrueles, quàm ſtrenuè contra hoſtes fidei pugnando, fortiterq́; militaria facta quamuis difficilia obeundo ſibi immortale decus & ſplendidum nomen comparaſſe, cùm deniq́; tanta merita generoſæ, eorum referantur proſapiæ in Regno Polonico, non belli minùs quàm pacis artibus egregiæ. Quod nos iure ea pro Cæſarea noſtra liberalitate digno ornamento reddamus clariora, ac ea potiſſimùm vnde filij & poſteri ſui non virtutis tantùm ſpecimen ad imitandum haberent, ſed etiam vnde perpetuum decus ceu ex perenni ſonte haurire poſſint. Motu ergo proprio, animo deliberato & ſano, Principum, Comitum, Baronumq́; noſtrorum, & Sacri Imperij fidelium dilectorum accedente conſilio, & certa noſtra ſcientia, & Cæſareæ plenitudine poteſtatis præſentes Andream Palatinum, Ioannem Succamerarium, Ioannem Gladiferum, Ioannem Caſtellanum Lublineń. Staniſlaum & Andream iuniorem, ſuoſq́; hæredes & ſucceſſores legitimè natos & naſcituros vtriuſq́; ſexus, noſtros & Sacri Imperij Comites facimus, creamus, erigimus, attolimus, & ad Comitum gradum clementer euehimus & illuſtramus, ac Comitatus honoris titulo vigore præſentium & authoritate Romana Cæſarea gratioſiùs inſignimus, nec non aliorum Sacri Imperij Comitum numero & conſortio fauorabiliter aggregamus decernen: & hoc præſente noſtro Cæſareo ſtatuto cum edicto firmiſſimo; quod ex nunc in antea præfati Andreas Palatinus, Ioannes Succamerarius, Ioannes Gladifer, Ioannes Caſtellanus Lublineń. Staniſlaus Succamerarius Sendomirień. & Andreas iunior, & legittimi ſui Liberi, hæredes & ſucceſſores in perpetū ab vniuerſis & ſingulis cuiuſcunq́; conditionis, præeminentiæ, ſtatus & dignitatis etiam Regalis, Ducalis aut Pontificialis exiſtant, pro veris Comitibus habeantur, teneantur, nominentur, atque honorentur, prout Nos & eos & quemlibet eorum in ſolidum pro ſe & hæredibus eorum vt ſupra Comites dicimus, appellamus, & nominamus, volentes & ſtatuentes authoritate noſtra & poteſtate præfata, quod omnibus & ſingulis Priuilegijs, indultis, immunitatibus, libertatibus, iuribus, conſuetudinibus, honoribus, dignitatibus, exemptionibus, gratijs & fauoribus, vti, frui, gaudere & potiri, valeant, per totum Sacrum Romanum Imperium, ac alibi vbicunq́; locorum & terrarum, quibus cæteri noſtri & Sacri Imperij Romani Comites functi ſunt, ſeu vti, frui, & gaudere poterunt, quomodolibet in futurum ex conſuetudine vel de iure, dummodo Sereniſſimo Principi Domino Sigiſmundo Regi Poloniæ, Magno Duci Lituaniæ Fratri & conſanguineo noſtro chariſſimo, & ſucceſſoribus eius Regibus Poloniæ pro eorum debito in omnibus obedientes & fideles ſeſe præſtent, diligenterq́; ac fideliter conueniant, & officij ſui ſint, prout antea exequantur & exerceantur: quo verò huiuſmodi gradus Comitatus & illuſtratio luculentiùs clareſcat, motu, ſcientia & poteſtate, quibus ſupra gentilicia arma quæ ad ipſos nuper Andream Palatinum, Ioannem Succamerarium, Ioannem Gladiferum, Ioannem Caſtellanum Lublineń. Staniſlaum Succamerarium Sendomirień. & Andream iuniorem: nunc verò Comites quacunq́; occaſione deuenerunt, illuſtrare quoq; & melioribus exornare addimentis dignum æſtimauimus, videlicet: Scutum

cum campo rubeo, in quo bipennis ſuis aptè depicta coloribus continentur: Galeam quoq; torneamentalem ſuper eminentem lacinijſq; rubeis & glaucis in ſummitate bipennis reddimitam, in hunc mutauimus, meliorauimus, & exornauimus in hunc modum & formam, videlicet: Scutum in cuius prima quadra paterna auitaq; manent inſignia vnà cum galea ſicut modo præmiſſum eſt, altera verò quadra campũ diuiſum habet, cuius medietas alia alba eſt, alia verò rubea, cum aquila bicipiti media alba, rubea trãſpoſitis coloribus, ita vt pars aquilæ rubea ſit in campo albo, & pars alba in campo rubeo. Galea torneamentalis in cuius ſummitate aquila media alba & media rubea extẽſis alis, in quarum ſingulis 5. pennæ cohærent cum lacinijs alis rubeis circumcirca ſplendicantibus; prout hæc omnia pictoris arte & ingenio hîc in medio elaborata cernũtur, quæ & authoritate noſtra Cæſarea, in quantũ opus ſit de nouo concedimus, elargimur, & donamus per præſentes, volentes & decernentes præſenti edicto noſtro Cæſareo perpetuò duraturo; quod præfati Andreas Palat: Ioannes Succamerar. Ioannes Gladifer, Ioannes Caſtellanus Lublineń. Staniſlaus Succamerarius Sendomirień. & Andreas iunior eorumque hæredes & ſucceſſores (vt ſupra) huiuſmodi inſignia ſunt à nobis illuſtrata & adaucta, ex nunc & in antea futuris perpetuis temporibus, in torneamentis, haſtiludijs, bellis, duellis, ſcutis & vexillis, ſepulturis quoque, ſigillis, ſignetis, annullis & alijs clenodijs ſeu actibus Comitum, tàm ioco quàm ſerio, vbicunq; vti, frui, & gaudere liberè poſſint, & valeant. Non obſtantibus quorumcunq; conſuetudinibus & ordinationibus, ſtatutis & Priuilegijs præſentibus & futuris, quæ quoquo modo contra huiuſmodi illuſtrationem, & euectionem facere poſſint, quibus per præſentes expreſſè derogamus, & derogandum eſſe volumus, prædicta etiam authoritate, ſolennitatem iuris, ſi qua in præmiſſis requireretur & quemlibet defectum ſupplẽtes. Nulli ergo hominũ cuiuſcunq; gradus, &c. Datum in Ciuitate noſtra Imperiali Sbera, vltima die menſis Septembr. Anno 1527. Regnorum noſtrorum Romani 9. aliorum omnium verò 11.

Tanti igitur viri bella, merita, & virtutes, dum breui ſtillo claro tamen expreſſerit in centum bellatoribus Simon Starcuolſcius, modernis diebus Collegiatæ Eccleſiæ Tarnouienſis Cantor. Hoc ipſi Epitaphium compendiumq; adiecit.

Andreas Comes Tencinius Palatinus Crac: æternitate digniſsimus Senator hic ſitus eſt. Cuius inuicta vis animi & fortia facta Tartaricis, Ruthenicis, Moſchouiticis, Turcicis, & Vngaricis bellis enituére. Hominem mors extinxit Anno ætatis 65. ſed extinxit vno in homine multas virtutes; Artis bellicæ ſcientiam eximiam, illuſtrem facundiam, perpetuam in omni vita moderationem, denique pietatem in Deum, humanitatem in omnes homines mirificam, ſed in viros militares præcipuè ingentem liberalitatem, quæ ſublata ex oculis vigebunt in animis memoriaque multorum, deceſsit ſterilis.

Ioannes Comes Sacri R. Imperij alter filius ex Ioanne Zbiguei, Succamerar. Crac. poſt Palatinus Sendomirienſis. Hunc germanum fuiſſe Andreæ Comitis Sac. Rom. Imp. Priuilegium Caroli V. Imperatoris expreſsè nominat, conſequenter non poſtrema merita illius fuiſſe, præcipuè in caſtris Imperialibus, ſatis abundè demonſtrant. Et quia Succamerariatus dignitas viris iudicio, prudentia, & legum peritia magnis præcipuè in tàm Supremo Palatinatu confertur,

tur, illum fuiſſe virum ad magna & proficua Reipub. natum, ex tali officio concludendum liquet, ſine prole forte deceſſit. Gabriel Caſtellanus Cracouienſis, filij tertij filius primus Ioannes. Hic ob præclarum ingenium, iudiciũ, & Caſtrenſes triumphos creatus Palat: Sendomirien. Curiæ Maieſtatis Regiæ Marſchalcus, & Capit. Lublinenſis, Lelouienſisq́, cuius merita & ſucceſſus refert Epitaphium in Kraſnik.

Ioanni Gabrieli Comiti à Tęczyn Palatino Sendomirienſi, Curiæ M. Reg. Marſchalco Capit: Lublinenſi & Lelouienſi, viro ob ingenij præſtantiſsimi grauitatem, integritatem animi, domi foriſque clariſsimi, ac cæteris Senatorijs virtutibus, fide, iuſtitia, prudentia longè ornatiſsimo. Qui à D. Sigiſmundo Primo Rege Pol: in Senatum lectus, ac ſplendidis honoribus ab eius M. delatis functus, fidelis perpetuo ac bonus conſiliarius fuit. Ad Sulimanum primò Turcarum Imper: poſtea ad Sereniſſ. Ferdinandum Rom: Imp: Vng: & Bohem: Regem miſſus, illuſtres legationes obiuit, poſt cuius deinde mortem ita Sereniſſ. Sigiſm. Aug. Pol: Regem, ſumma pietate & obſeruantia coluit, vt & Patrono tantorum præmiorum memoriam præſtaret, & M. Regiæ fide, ſtudio, labore, conſilio, opera nullo loco ad extremum vſque ſpiritum defuiſſe agnoſceretur, Mortuus 1553. Ætat: 68. 20. Maij.

Reliquit filium Stanislaum Capit. Belzen. cui poſt fata, Epitaphium poſuit Ioannes Palatinus Sendomir. 1550. in Kraſnik. Andreas alter filius Gabrielis Caſtell. Crac. Comes in Tęczyn, paruus corpore, ſed ingenio & eloquentia ſummus, quem nedum titulus ipſe ſed ſubſequentes quoq́ filiorum tituli magnum merito præſtantem, fortemq́ animo declarant. Reliquit enim Andream Palat. Crac. & Ioannem Caſtell. Wojnicenſem ex Anna Ożarowſka, & filias Myſkowſki Stanislai Palatini Crac. ſecundo matrimonio, primo verò Zebrzydowſki Palat. Breſt. Landſkoronſcij, & Zborowſcij conſortes, illa filia ex Ożarowſka, hæ ex Zakliczanká de Gyżow, illarum laudes magnificas Starouolſcius in bellatoribus expoſuit, *ſed nobis laus illius in Priuilegio Ferd. Imper. ſufficit, de quo ſub Ioanne filio illius. Stanislaus Gabriel tertius filius Gabrielis Succam. Sendomir. Capit Trebouliciń. poſtmodum Palat. Belzenſis, demum Palat. Cracouienſis. Tanti viri in Repub. nomen, fama, & actus magnifica fuerunt, quod ipſe progreſſus atq́ poſteritatis dexteritas cum conſanguinitate contracta cum ſummis in dignitate colluſtrat. Illius namq́ filius Ioannes Baptiſta, Palat. Belzeń. Capit. Lublin cum Legationem à Sereniſſ. Sigiſm. Auguſto expediret, Principeſſam Sueciæ Ceciliam in conſortem ſibi fauore parentum & virginis conciliauit. At fortuna iniqua & inuidia aliorum obſtitit, nam tempus nuptiarum dum accelerat, proficiſcentem cum Ioanne filio Palat. Crac. fratre ſuo Rex Daniæ, in profundo mari interceptum ad vitæ incommodum & mortem diſſoluit. deportatum baſium in Regnum, in Kraſnik ſepultum quieſcit, ſcripſit Kochanouius eleganti carmine progreſſum fatumq́ ipſius in memoriale æternum Tęczynſcijs & poſteris.*

CVI ADDERE PLACVIT MONVMENTVM,
QVOD
Omnibus natura conceſſit,
Illuſtriſſimus D. IOANNES BAPTISTA TENCINIVS Comes, Palatinus Belzenſis,
Præfectus Lublinenſis.
Genere, animi magnitudine illuſtrauit, & virtute extendit.
CVM QVO
Breuis ætas & ſumma gloria,
Aula & Regia,
Fortuna & conſtantia dimicarunt.
Sed parantem magna, Momentum vitæ deſtituit & ad monumentum perduxit.
Ora hoſpes, & lege tuum in alieno momentum monumento.

Neq; in filiabus ſuis minoris fortunæ ſuſceperat vicem prænominatus Stanislaus Gabrielis filius, nam vnica illius filia Catharina primum Ducis Slucenſis conſors, ex cuius filia progenitus fuit Leo Sapieha, Supr. Cancell. M. D. Lit. & Supremus Exercituum Dux, à quo ſuperſtes poſt alios fratres demortuos Caſimirus Leo Sapieha, Marſchalcus Curiæ M. D. Lit. deinde erat coniux Chriſtophori Radźiuilij, Ducis in Bierze & Dubinki, S. R. Imp. Principis, Palatini Vilnenſis, Supremi Exercituum M. D. Lit. Ducis, ex qua progenitus eſt modernus Ianuſius Radźiuilius Dux & Princeps, Supremus Camerar. M. D. Lit. & Catharina Chlebouicij conſors. Ioannes primus filius Nicolai Gabrielis Palatinus Sendomir. ex hac dignitate, vt ex vngue cognoſce Leonem. Erat Leo in hoſtes, Pater in Patriam, erat corona Senatus, Pyramis Reipub. Amicus cultor ſeruusq; Maieſt. Regum, Stanislaus cognomento Wloſek, ob politiem & compoſites mores in exteris nationibus conquiſitos, honoratus Caſtellania Sendomir. ſteriles prole cum fratre, ſed diuites virtutibus obierunt. Ioannes Andreæ 3. Caſtell. Crac. primus filius Caſtell. Woynicenſis, Succamerar. Curiæ, Lublinenſis, Parcouienſis Capit. Hic in Aula Ferd. Imper. dum redderet obſequia ſumma fide & promptitudine tàm tempore belli quàm pacis, obtinuit à Maieſtate Cæſarea Parenti ſuo & ſibi cum fratre ac poſteris ad inſigne natiuum nobilitatis iam per Carolum V. Imper: adornatum Aquila Cæſarea, iterata gratia Ferdinandi augmentum ſcilicet ſcutum medium paruum cum Leone, qui ſuper galeam quoq; & coronam teneret coronatus pede anteriori exporrecto Aſciam Tencinianam. Quapropter Academicus Cracouienſis Petrus Slouacius deſcribendo ipſius arma dixit:

Conuenere locos Iouis ales & Aſcia, eoſdem
Pone ſubit Lybicus terribiliſque Leo.
Moxq; ſalutiferam pacis vim ciuibus augent,
Hoſtibus exitium peſtiferamque luem.
Hinc Tenciniorum flexere ad limina curſum,
Illorum vt proprius laudis hic eſſet honos.

Sed quia magnum gloria virum fama non emortua vbiq; celebrare non deſiſtit, hoc vno Ioannes Comes in Tenczyn Caſtell. Woynicenſis fælix extitit, nam

cum

cumDeo diſponente liberos non procreaſſet, fama celebris illum concomitata ſeculis loquitur. Quapropter laudem illius ac parentis ſui, donumq; Cæſareum iteratum & Familiæ Tencinianæ adauctum atq; priuilegio expreſſum, hic producere liceat.

FERDINANDVS, Diuina fauente clementia Electus Romanorum Imperator, ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Slauoniæ, &c. Rex. Infans Hiſpaniarum, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Stiriæ, Carintiæ, Carniolæ, &c. Marchio Morauiæ, &c. Dux Lucemburgiæ, ac inferioris, ac ſuperioris Sileſiæ, Virembergæ, Teczke, Princeps Sueuiæ, Comes Abſpurgi, Tirolis, Foretis, Kiburgi & Goritiæ, Landgrauius Alſatiæ, Marchio Sacri Romani Imperij, Burgouiæ, ac ſuperioris, ac inferioris Luſatiæ Dominus, Marchio Slauoniæ, Portus Naonis Salinarum, &c. &c. Magnifico ac Nobili ſincerè Nobis Dilecto, Andreæ Comiti in Tenczyn Palat: Lublinenſi, & Capit: Sniatinenſi. Gratiam Noſtram Cæſaream, & omne bonum. Cùm Imperatoriæ Mageſtatis dignitas atque amplitudo, à Deo Optimo Maximo, ad Sui notiſſimam gloriam, deinde ad humani generis decus, ornamentum & beneficium conſtituta ſit, vt cum immortalia cuncta, eius nutu & voluntate gubernentur: homines iuxta eorum merita debita præmia conſequuntur: & probi quidem ad quoſcunque labores, ob virtutem ſubeundos alacriores euadant: Improbi verò iuſtiſſimis pœnis à ſceleribus, & flagitijs deterreantur. Par eſt qui hac Imperiali Mageſtate refulget: Mentis acie inprimis circumſpiciat, vt quos virtute aliqua præditos eſſe conſpexerit, non gratijs ſuis ſolum Cæſareis, ſed & vberioribus propoſitis præmijs, ad longè præclariora inuitet. Nos igitur, quos ſummo illo opifici placuit, ad hoc ſublime Romani Imperij faſtigium euehere, quò magis id ab illius clementia recognoſcimus, eo propenſiore ſtudio ad explendum munus nobis iniunctum inuigilare, ac totis viribus incumbere debemus. Hinc eſt Andrea Comes, quod nos conſiderantes egregias excellenteſq; animi tui dotes, probitatem, ſummamque virtutem, cum Familiæ dignitate coniunctam, ad hæc præclaram tuam, maiorumq; tuorum erga Nos, & Sacrum Romanum Imperium, incitamq; Noſtram Auſtriæ Domum, obſeruantiam & cultum ſingularem prætermittere non potuerimus: quin in eo nomine tibi Noſtram benignitatem, animique propenſionem, tali Argumento teſtatam redderemus, vt eam etiam ad Liberos ac vniuerſam poſteritatem tuam tranſmittere poſſes. Nam quod attinet ad vetuſtatem & ſplendorem Familiæ tuæ, accepimus fide digna relatione Comitis in Tenczyn, ex antiquiſſima & celebri Topororum Familia, quæ ante mille Annos, in Regno Poloniæ originem habuerit, atque hodie etiam florent deſcendiſſe, & Tenczynij nomen ab Arce quadam, quam etiam nunc poſſident Tenczyn vocata, ante trecentos & octuaginta Annos, mutuaſſe Familiam: ſanè cum rebus domi foriſque præclarè geſtis, magnifique in R. P. meritis admodum Nobilem, tum præcipuè ac ſemper laude apud Nos ornatam extitiſſe: qui omni loco & tempore priuata ſtudia, & commoda publicæ vtilitati poſtpoſuerit: nullamque fortunarum & honorum acceſſionem ſibi veram ac honeſtam duxerit, niſi quam fide fortitudine, alijſque excellentibus virtutibus & factis peperiſſet. Ob eamque cauſam ipſos Comites, communi Patriæ conſenſu, digna præmia retuliſſe: adeò vt memoriæ proditum ſit, nullum in Polonia Tenczynium, niſi Regis Senatorem, aut in alio aliquo inſigni ordine Regni conſtitutum vixiſſe, ac peculiarè ipſis vt plurimum ſuiſſe, vt Officium Caſtellani Crac: quem primum à Rege locum ferunt, vel Palatini Cracou: quem ſecundum eſſe perhibent, Regia munificentia obtinerent: Quemadmodum nuper quoque vnus ex eadem Familia, munus Palatini Crac: obiuit,

obiuit, & in eo ante paucos Menſes extinctus eſt. Sic etiam tu Andrea, meritò Sereniſſimo Principi Domino D. Sigiſmundo Auguſto Regi Pol. &c. Filio & conſanguineo Noſtro chariſſimo, charus & gratus exiſtis. Siquidem ab ineunte ætate, quemadmodum intelleximus in Polonia, aſſidua contra Tartaros dimicatione, militaribus artibus eruditus, ſumma cum laude verſatus es: & ſedecimo ætatis tuæ Anno, ferocem Tartarum in conſpectu Ducis, ac totius exercitus, ſingulari certamine aggreſſus, ſtrenuè proſtrauiſti ac neci dediſti. Porrò ad maturiorem ætatem prouectus, ſimul in ijſdem etiam pietatis erga Patriam & fortitudinis, ſtudijs, magis magiſque progreſſus es: Teque acerrimum Tartaris & Turcis hoſtem exhibuiſti: & quacunque illi fero viam facere ſunt conati, tu manu & perſona tua obſtitiſti: adeò, quod ſummam laudem & gratiam apud Sereniſſ. quondam Principem D. Sigiſmundum Regem Pol. &c. piæ memoriæ Fratrem & conſanguineum Noſtrum chariſſimum, ac vniuerſum eius Exercitum, adeptus fueris. Cæterùm, vt eandem virtutem tuam, alijs quoque præcipuis Chriſtiani Orbis Principibus, & præſertim Diuo quondam Fratri noſtro, Auguſtæ memoriæ, Carolo Quinto Imperatori, & Nobis declarares atq; comprobares. Quando quidem Inclitæ Domus Noſtræ Auſtriæ ſemper fuiſti obſeruantiſſimus, ſtudioſiſſimuſque: non dubitaſti in Hiſpanias vſque penetrare, vt Dilectioni & Maieſtati eius Cæſareæ, operam ſuam contra Turcas & Barbaros offerres: neq; minorem profectò aut obſcuriorem ſignificationem dediſti tuæ eximiæ fortitudinis & integritatis, Anno 1532. Quando præfatus quondam Diuus Frater Noſter, & Nos, celeberrimam expeditionem, contra Sulimanum Turcarum Principem, qui tum in innumeroſiſſimo exercitu, Regna & Dominia noſtra aggreſſus fuerat, ſuſcepimus: vbi videlicet tuis impenſis, manum trecentorum armatorum ex Polonia adduxiſti, tuamq; in tuenda gloria Diuini nominis, ardentiſſimum deſiderium, & optimum erga Nos & Sacrum Romanum Imperium, Inclitamq; Domum Noſtram Auſtriæ, ſtudium manifeſtè declaraſti: magnamq; à Nobis gratiam & nomen iniuiſti. Sunt quidem omnia, quæ iam enarrauimus eiuſmodi magnam laudem atque fauorem mereantur; Sed accedit aliud quoque donum tibi Diuinitùs datum, quod à nobis meritò valdè commendari & à te quoq; plurimi fieri debet; ſcilicet in educandis Liberis ſingularis quædam fœlicitas, vt qui præter tres filias Heduigim, Zophiam, & Annam, animi dotibus ornatiſſimas, adeptus es duos filios acerrimos, virtutum tuarum imitatores. Quandoquidem natu maior, Ioannes Dapifer Noſter, quod in Aula Noſtra Cæſarea verſatus eſt, haud obſcuram præclaræ indolis ſignificationem multis in rebus dedit, & ita ſe geſſit, quod ipſum ſumma benignitate complectamur, & ad ipſum ornandum & amplificandum valdè propenſum animum habeamus: idq; eò magis, quod facilè intelligamus præfatum quoque Sereniſſimum Regem Poloniæ, idem de virtutibus eiuſdem Nobiſcum ſentire: vt qui eum dignum iudicauerit, cui Capitaneatum Rohatineń. committeret. Minor verò Andreas, de ſua indole & ingenio, ipſe quoq; haud exiguam expectationem omnibus excitaſſe dicitur: adeò quòd non ſit dubitandum in eiuſcemodi laudatiſſimis paternis veſtigijs vtrumq; perſeueraturum, ac partam à te gloriam honeſtis ſtudijs magis magiſq; amplificaturam. Quapropter, cùm tu, alijq; tui Agnati & Conſanguinei Comites in Teczyn, antiquitus geſtaueritis & habueritis à Maioribus veſtris hæreditaria ſucceſſione accepta, infra ſcripta, luculenta, & ampliſſima armorum inſignia: videlicet, Scutum per longitudinē & latitudinem, in quatuor æquales areas quadripartitim diuiſum: quarum arearum dextra inferior, & ſiniſtra ſuperior, ſunt coloris rubei, & continet Securim fabrilem, quæ Lingua Polonica TOPOR vocatur, manubrio aureo Crocouæ ſignum antiquo Topororum nomini congruum: inferior autem ſiniſtra, & ſuperior dextra, ſecundum longitudinem, in

nem, in duas æquales partes diſtinguuntur: Earum verò dextra pars coloris eſt albi, ſiniſtra rubei, & in ſe bicipitem Aquilam ſinguli continent, expanſis alis, ita vt quæ in campo albo conſpicitur ſit rubea: quæ verò in campo rubeo depicta eſt ſit alba: Familiæ tuæ, ob eius in Sacrum Imperium Romanum merita, à Diuis Noſtris in eodem Imperio Romano prædeceſſoribus, vnâ cum Comitatus dignitate & eminentia donatam & Scuto impoſitam, Galeam equeſtrem, Heroicis cancellis apertam, ſupra cuius Conum, impendet acies Securis, ſimilis ei, quæ iam ſupra deſcripta eſt, phaleris ſeu tænijs coloris candidi & rubei ab vtraq; clypei parte moliter defluentibus. Nos ſanè volentes Noſtræ erga te & dictos filios tuos benignè voluntatis & obſequiorum, quæ alter ex eis nempè Comes Ioannes, nobis hucuſque in Aula Noſtra Cæſarea, ſumma fide animique promptitudine præſtitit, perpetuam memoriam extare ſupraſcripta tua & Familiæ tuæ inſignia, vetera nobili aliqua acceſſione amplificanda & locupletanda, duximus: Itaq; in ipſo clypei centro paruum Scutum coloris cerulei, quod erectum Leonem aureum caput corona aurea inſignitum oſtendat ad dexteram conuerſum, cauda bicipiti in dorſum reflexa, ea pedum conſtitutione, vt ad pugnam compoſitus videatur, benignè ac liberaliter adiecimus: Galeam verò ditauimus & exornauimus, ac per præſentes ditamus & exornamus corona aurea & Leone ſimili illi, qui in paruo Scuto repræſentatur: ſed pube tenus tantùm conſpicuo, ac hianti linguaque exerta & cauda bicipiti in dorſum reflexa, cuius caput aureo diademate decoretur è Cono ipſius Galeæ prominente: Is autem dextro pede Securim apprehenſam teneat, lacinijs ſcaphaleris ab vtroq; clypei latere effuſis, à dextra rubei & candidi, à ſiniſtra verò cerulei & aurei coloris quemadmodum hæc omnia in medio Cæſarei Diplomatis Pictoris manus ingenioſius elaborauit. Itaq; memorata Cæſarea authoritate ſtatuimus, atq; decernimus, quod tu Andrea Comes, ac ſupra nominati Filij Ioannes & Andreas ac reliqui Liberi, hæredes, ac deſcendentes legitimi vtriuſq; ſexus in omnem poſteritatem iam deſcriptam armorum inſignia ſic à Nobis aucta & locupletata ex hoc tempore deinceps in ſingulis honeſtis & decentibus actibus & expeditionibus, tàm ſerio quàm ioco, in haſtiludijs ſeu haſtatorum dimicationibus, pedeſtribus vel equeſtribus, in bellis, duellis, ſingularibus certaminibus & quibuſcunq; pugnis, eminus, cominus, in ſcutis, vexillis, tentorijs, ſepulchris, ſigillis, monumentis, annulis, ædificijs, ſupellectilibus, tàm in rebus ſpiritualibus, quàm temporalibus, & mixtis in locis omnibus prout vobis libitum fuerit, aut neceſſitas veſtra poſtulauerit habere, geſtare, & deferre ac ſimul quibuslibet priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, & iuribus, vti, frui, ac gaudere poſſetis, quibus alij quoq; huiuſmodi ornamentis decorati vtuntur, fruuntur, & gaudent iure & conſuetudine. Nulli ergo, &c. Datum in Ciuitate Noſtra Viennæ 11. April; Anno 1561. Regnorum Noſtrorum Rom: 31. aliorum verò 35.

Tantorum igitur meritorum fuerat Ioannes Comes de Tenczyn, vt Inuictiſſimus Imper. Ferdinandus etiam Curiæ ſuæ Dapiferum conſtituiſſet, atq; peregrinantem in diuerſas nationes ceu germanum fratrem omnibus commendaſſet. Dicit enim in Epiſtola ad Summum Pontificem: Magnificus Ioannes Comes de Tenczyn Polonus Dapifer noſter, præclaro quodam inſtituto ad pernoſcendos hominum mores maioremq; experientiam conſequendam, propoſuit varias Chriſtiani Orbis Regiones ac Prouincias inuiſere, prætermittere non potuimus, quin diſcedentem omni benignitate & clementia noſtra complecteremur, cumque Sanctitati Veſtræ commendatum

redderemus. Eſt enim propter plurimas excellenteſque virtutes vnâ cum Familiæ vetuſtate & ſplendore coniunctas, tum ob ſeruitia quæ nobis ſumma fide & obſeruantia præſtitit, atque ob eximium erga nos ſtudium Patris ſui viri magnæ authoritatis in Regno, & multis excellentibus ingenij dotibus ornatiſsimi, vt illi hæc & longè maiora velimus, &c. &c.

Cum verò ex tàm longa peregrinatione & periculorum plena in Regnum rediijt, totum ſe cum eo quod potuit Patriæ obligauit, & Sereniſſimo Regi Henrico tàm cordi fuit, vt licet nulli magnatum de diſceſſu ſuo in Galliam notificare voluerit, ipſi tamen ſoli per literas hoc ſignificauit, quem ſuperius in Comitiis fælicis Coronationis ſuæ 1574. in primarium Præfectum Cubiculi ſui Succamerarium vulgò nuncupatum, cum octo millibus prouentuum in Anno inſtituerat & confirmauerat. Cum verò gubernaculi Regni Sereniſſ. Stephanus Rex promoueret, ille toto tempore propriis expenſis militem ſub Capitibus Gaſparo Brzozowſki & Goſtinſki paratum conſeruauit, multa ad Czczouiam, plurima ad Gedanum tentauit & perfecit, nam ad Laternem bellicas machinas ipſe in perſona inuaſit & ademit. Ad æuiternam verò nominis ſui gloriam prædictus Ioannes Caſtrum Tenczyn è lapide erexit, atq; firmum ſtabiliuit.

Andreas Comes in Tenczyn 2. filius Andreæ Caſtell. Cracou. Hic ex Palatino Belzenſi, & Præfecto Sniatinenſi Palatinus Crac. Oſuiecimen. Zatorien. Rubieſouien. Capit. creatus, benè, honeſtè, piè, & quaſi in conſpectu Numinis vixit. Maximus hic amator Patriæ fuit, præcipuè hoc patuit dum tempore Interregnorum manu, conſilio, prudentia, milite contra Tartaros Rempub. & Patriam defendit, reliquit cum Dębowſka Palatini Belzen. filia armorum Lelita filios. Multi Scriptores prædictum virum commendarunt, ſed magna laus quoq; ipſius ex Ferdinandi Imper. priuilegio eſt, dum ad augmentum armorum Topor per Leonem intrà & ſuprà ſcutum conceſſum, illum quoq; cum parente & fratre admittit, atq; ſorores eorum cum poſteris, Heduigim ſcilicet, quæ primum fuit Zebrzydowſcij Palatini Breſten. conſors, poſt Stanislai Myſzkowſki Palat. Crac. ex Anna Hieronymi Zaklika de Czyżow natam Sophiam, Zborowſcij Szydlouien. & Rumberg Præfecti, Annam Lanckoronſcij Malogoſtenſis Caſtellani, natas ex Heduigi Ożarowſka. Erant filiæ Andreæ 4. Comitis in Tęczyn conſortes, Agnes Firlei Nicolai Palat. Crac. Pilznen. Nouæciuitatis. Viſlic. Caſimir. Præfecti, Marci Sobieſcij Palat. Lubl. Catharina, Ioannis Goſtomſcij Palat. Caliſien. Sophia. Iſabella virginitatem conſecrat Domino, Epitaphium Andreæ in Rubieſ.

Gabriel 1. Pal. Crac. Andreæ tertij filius; Comes in Tęczyn Pal. Lubl. cuius filia Sobia vnica relicta Ioannis Daniłowicz Theſaur. Supr. Regni conſors, nata ex Eliſabeth Radziuilij Nicolai Chriſtophori Ducis in Nieſwież & Olyká Palatini primò Trocenſis, tum Vilnenſis filia. Andreas Caſtell. Belzenſis, ſecundus filius Andreæ tertij Palatini Cracouienſis. Ioannes Palatinus Cracouienſis tertius filius, Andreæ tertij Palatini Cracouienſis. Filij Ioannis Palat. Cracouienſis

couienſis 3. & filia 1. Gabriel, Chriſtophorus, Stanislaus, nati ad ornamentum Familiæ ſuæ, & ad obſequia Reip. magni ex magnis, virtutibus meritis, ſed inuida mors eos florida ætate rapuit, adhuc viuentem Parentem Illuſtriſſ. orbum filiis relinquendo. Iſabella horum ſoror germana, conſors Illuſtr. Lucæ de Enin Opalinſki Succamer. Poſnanien. ex qua progeniti veri Comites in Tenczyn, magnæ ſpei filij Ioannes & Stanislaus, quos Deus Opt. Max. diu ſeruet incolumes. Et in hoc Illuſtr. Pal. Crac. Ioanne, terminus Familiæ Tęczynſciorum ex linea maſculæ, ab Andrea Nauogij filio ex Toporijs, Starzonibus poſitus non excitaturus in æuum concluſus tumulo quieſcit, quos tamen omnes Patriæ optimos ciues, & Senatores ſempiterna memoria celebrandos, non porrigent infœlicibus fatis, ſed recenti florentiq; memoria, ceu boni & glorioſi conſeruando ſeculis & prædicando non dabunt finem.

ILLVSTRISSIMA FAMILIA DD. OSSOLINSCIORVM.

Quandoquidem Nauogius Comes in Præginia, ex antiquis Magnis Comitibus & Starzonibus ducens Originem, tres filios benedictione prolis diuinitus fælices habuerit, Andream, a quo Illuſtriſſima Familia Tenciniorum ſuæ propagationis ſeriem deducebat, vt ſatis abundè & clarè diximus: reſtat, ab altero filio nempe Iaſcone ſeu Ioanne cognominato ob ſinceriſſimam animi & innocuos mores Owcá lineam Familiæ aſſignare. Quod verò linea ab illo non alia ſit, niſi Illuſtriſſ. DD. nunc de & in Oſſolin Oſſolinſciorum, nunquam interrupta hæc ſeries edocebit monſtrabitq;.

Iaſco ſeu Ioannes dictus Owcá de Balice. Erat hic germanus frater Andreæ Illuſtriſſ. Pal. tunc Crac. qui fuit Nauogij Comitis in Peregrinia Conditoris illuſtr. Arcis villæq; Tenczyn filius. Clarum autem eſt hoc Illuſtr. ex diuiſionibus bonorum Nauogij cum bona ſua tripartita ceſſerint Andreæ Tenczyn. Ioanni ſeu Iaſconi Balice & Ianuſſio tertio Morawicá. Secundò, quia bona Balice adhuc in præſens habent ius proprium & naturale in filiis Tenczyniis, & ad Tenczyn ſpectantibus. Tertiò, quia ius hæreditarium bonorum Balice ad præſentes annos penes Oſſolinſcios manet, licet poſſeſſio obligatoria aliorſum tranſlata fuerint. Quartò, quia in priuilegio Caſimiri Regis Poloniæ pro Plazijs Zaruſijs & Necandis dato Cracouiæ Anno 1366. dicitur. Probauit D. Plaza quòd fuerit de armis Topor & quòd gaudere priuilegiis Toporiis eſt Starykonis deberet fide dignis teſtibus D. Andrea Palat. Crac. & Iaſcone Owcá fratre ſuo vterino hærede in Morawicá & Ianuſſio ibidem de Morawicá. Nemini autem incertum eſt Andream Toporeum Comitem in Tenczyn, Nauogij fuiſſe filium, tum ex computatione annorum, tum ex priuilegiis antiquis in Regno. Vltimò, quia in proœmio Hiſtoriæ Regni per Vincentium Kádlubek editæ, Domum Oſſolinſciam antiquiſſimam Starzarum Familiam, nobilis & plurimarum Hiſtoriarum exquiſitus indagator profeſſus eſt.

Nicolaus Iaſconis Owcá de Balice filius, cuius originem ex Iaſcone & fortitudinem

nem ſimul magnanimi viri oſtendit Dlugoſſus ſub Anno 1377. *dum Ludouici Poloniæ & Hungariæ Regis expeditionem in Ruſſiam deſcribit*: *dicit namq; milites de Domo Bipennium ſeptem in ea expeditione habuere Banderia*, 1. *Otto de Pilcá Palat. & Capit. Sendomirieñ.* 2. *Sandiuogius de Subino Capit. Crac.* 3. *Iaſco Tenczyn Caſtell. Woyniicenſis*, 4. *Nicolaus de Oſſolin Caſtell. Viſliceñ. Et hi duo à duobus filiis Nauegij immediatè fuerant progeniti.* 5. *Drogoſſius de Chroberz, Iudex Cracouien. & Capit. Syradien.* 6. *Zakliká de Miedzygorze Regni Pol. Cancell.* 7. *Ioannes Kolczek de Lowinnicá, hunc Ciolkum errore Typographi* Bielſcius *eadem enumerando vexilla* ſol: 249. *nominauit. Dum verò Regni ſceptra poſt Ludouicum ad M. D. Lit*: *Iagellonem peruenerunt, qui ablutus fonte Baptiſmatis ſuo Dominio, & Magno Ducatui eandem gratiam à Domino cælorum concedi poſtulauerit, acceptis ſecum Epiſcopo Bozenta, & pluribus viris Spiritualibus & Religioſis, nec dum contentus aſſumpſit in ſocios & coapoſtolos Fidei Primates ex Regno, inter quos & Nicolaum Oſſolinſcium Caſtell. Viſlicen. ad tale negotium inuitauit*, vt Miechouius cap: 59. & alibi ſub Anno 1387. *Et quia virtus tendit in altum maioribus pro Patria obligatus à Rege laboribus ad bella exorta in Pruſſia, tum ad Dabrownam & Coronouiam fortiſſimi pectoris robur, manu & animo poſteris imitandum reliquit, quorum iam Heroicum animum venturis ſæculis nulla ætas tacere valebit. Si verò nullum meritum de congruo præmio carere non poteſt, neq; illi à Sereniſſ. Rege denegatum beneuolentiæ munus, cùm bona Woyſlaw in Cracouienſi Palat. ipſi priuilegij vigore collata fuerint. Habuit in conſortium matrimonij Eliſabetham de Kurow neptem Nicolai de Kurow Archiepiſc. Gneſneñ. de armis Lániná, reliquit ex illa filios tres, in quibus formata fuerat imago virtutis & honoris, Andream, Nicolaum, Ioannem.*

Andreas 1. *filius Caſtell. Viſlicen. qui à bonis Bálice ab aliquibus Balicki cognominatus fuit. Ille poſt ornatam literis & Curiæ intimis obſequiis ſui Principis totum ſe Marti ſtrenuo educandum contulit. Quapropter vt in Hungaria vbi tunc belli feruor rugiebat tyrocinia Caſtrenſia, trophæis coniungere & adornare poſtmodùm valeret, reddidit primum obſequia in Sigiſmundi Imperat. & Regis Hungariæ Cæſarea, vbi tantum in fortitudinis audacia & prudentia profecerat, vt continui bellorum motus, ludus ſibi gratus non periculum vitæ fierent. Quocirca ſerio in illo probatam habentes Proceres, bellorumq; Duces Regni Hungariæ inſolitam fortitudinis dignitatem, non alio cognomine ipſum quàm Vites, quod eſt Heros & Hercules vocitabant. In eam verò apud Cæſaream maieſtatem deuenit gratiam, vt ab illo plurima bona locaq; Hungariæ teneret. Præcipua autem fuerant, vt Priuilegium commonſtrat Comitatus Turzec, Arx Sclauina, & Ciuitas Bárdiiow, ſed quod dolendũ venit hoc vnum quod fortes & bellicoſi viri præmiantur vix duplici præmio. Fama ſcilicet & prole. Obijt ille ſterilis. Eius Echo aures omniũ pulſare poteſt.*

Sint tibi diuitiæ, ſint aurea vaſa talenta
Plurima, ſeruorum turbæ, gemmæque nitentes

Sint

Sint veſtes variæ, pretioſa monilia, torques
Sint aurati etiam niueo de marmore poſtes.
Et varijs placeant penetralia picta figuris
Extra intraque domus Regali fulgida luxu
Res equidem mutæ ſunt virtus proles & omen
Æternum capient cum gloria ſolem.

Nicolaus 2. filius Caſtell. Viſlicen. Hic poſt ſtrenuos actus, tàm in caſtris militaribus, quàm in obſequijs Patriæ demonſtratos in dignitatem Senatoriam admiſſus Caſtellani Woynicen. curulim ſpecioſa laude & ſano conſilio, illuſtrauit. Caſimiri Regis Priuilegia aſſerunt Arcem in Oſſolin, à quo Oſſolinſciorum genus nomenq́; clarum eſt, dum illius fabrica per anteceſſores debilior fieret, fortiori reddidit ſtructuræ, atq́; munitiorem firmauit. Obijt ſterilis, cuius mentio fit in Priuilegijs Regni 1451. Eius Echo ad ſuperſtites.

Præter amare Deum, cùm cætera deleat ætas,
Hic ſera quod plena poſtmodum falce metas.

Ioannes 3. filius Caſtell. Viſlicen. Radomien. Caſtell. Qui vt nomine, poſſeſſione, fortitudine erat inſignis, ita quoq́; & titulo clarus. Hic ob diuerſas in diuerſis diſtrictibus bonis non vnum quoq́; retinuit agnomen à Balice, idem de Tenczyn & Klimuntow, & hoc in Actis Crac: notatur. In Actis verò Sendomirien. de Oſſolin & Goslice inſcriptus legitur, quod præcipuè ipſorum Cancellariſtarum vitio dandum qui iuxta diſtrictuum poſſeſſiones, non verò iuxta antiquam virorum appellationem ponunt deriuatas denominationes. Cùm verò & in Repub. exiſtimationis plurimæ & in Senatu obſeruantiæ ſtatus magnanimi teneretur illum in tutorem Vladislai III. Regis minorennis, ſimulq́; in adminiſtratorem Regni vna cum Caſtell. Crac: de Czyżow Ioanne, è medio Senatus elegerunt & inſtituerunt, contracto demum vinculo matrimonij cum Pechna de Oleſnicà ſorore Zbignei Cardinalis Epiſcopi Crac. & Ducis Seueriæ, Nicolaum, Ioannem, & Andream reliquit.

Nicolaus 1. filius Caſtell. Radomienſis, intra pueritiam extinctus.

Ioannes 2. filius Caſtell. Radomienſis ſterilis priuatam vitam exegit.

Andreas 3. filius Caſtell. Radomien. de Oſſolin in Klimuntow. Quem licet Hiſtorici nobis clarè cuiſnam fuerit dignitatis & tituli non explicauerint, quia tamen innatum erat Oſſolinſcijs ad magna naſci hoc dicere de illo præſumendū quod in corde geſtauerit Ariſtidis iuſtitiam, in cerebro Themiſtoclis prudentiam, in pectore Scipionis robur, in fronte Fabricij virtutem, excelſiuè & ſuperlatiuè. Sicut enim aſtra agunt in mundum inferiorem motu, lumine & influentia, ita præclara & illuſtris familia Oſſolinſciorum, infundit traditque viciſſim ſuis poſteris, vt intimū amorem Patriæ, ſinceram protectionem Reip. dextram obſeruantiam Principi, piam religionem Eccleſiæ, debitum honorem virtuti, obligatum domui ſuæ ornatum, conſeruent, tribuant & augeant. Poſitis igitur rebus in ordine Heroi conuenientibus vt poſtmodum Familiæ ſuæ redderet exemplar contraxit matrimonij Sacramentū cum Catherina de Oſmolice

lice Oſmelſka armoru m Boncza, & ſuſcepit filios & nouellas oliuarum in circuitu ſuo Ioannem, Procopium, Andream, Iacobum, Paulum. Cuius illuſtris maritus cum fuiſſet ab hac peregrinationis terra, ad permanentem & immarceſcibilem vitam translatus R. P. Ladislaus de Gielnow, Ordinis S. Franciſci de Obſeruantia, cuius vitam miracula teſtantur Varſauiæ, benignè in Domino conſolando illam eiuſmodi literis, vna cum filijs natu maioribus, ad gratias Ordinis & participationem meritorum Religionis adſcripſit, & ſuſcepit per has literas:

Generoſæ ac Nobili Dominæ Catharinæ, nec non eius Liberis, Andreæ, Iacobo & Paulo, Catholicæ Religionis natis de Oſſolin, Generoſæ ac ſpeciali Benefactrici Ordinis Seraphici Patris noſtri S. Franciſci multùm deuotiſsimæ, Fr. Ladiſlaus de Gielnow eiuſdem Ordinis de Obſeruantia minimus & Vicarius indignus, ſalutem & orationem. Reddens vicem beneficijs temporalibus ad ſpiritualia beneficia, quæ ſolita ſunt fieri in Ordine noſtro, omnes vos ſupra expreſſos in Domino Ieſu gratioſe ſuſcipio pariter in vita & in morte, participationem conferens Miſſarum, Orationum, Suffragiorum Diuinorum, Officiorum, tumque Ieiuniorum, Abſtinentiarum, Diſciplinarum, Pænitentiarum, nec non Peregrinationum, & Omnium aliorum bonorum Spiritualium, quæ per fratres noſtros licet indignos, dignabitur acceptare clementia Saluatoris. Et addens inſuper quod pro animabus veſtris idem erit officium, quod pro Fratribus noſtris in Capitulis Prouincialibus fieri ſolitum. Et tandem valeat Generoſitas veſtra, vnâ cum nominata dicta propagine veſtra. Ex loco præexcellentiſsimæ Virginis Mariæ, in Magno Opatow die Veneris in proximo ante Feſtum S. Mariæ Magdalenæ, Annorum Incarnationis Milleſimo, Quadricenteſ. Nonageſimo Sexto, XIII. Calendas Auguſt. Luna VII.

Ioannes I. filius Andreæ in Klimuntow hæredis de Oſſolin. Qui ornata literis & moribus iuuentute more maiorum, in Aula Principis atque in Caſtris militaribus conſolidauit merita & ne dum nomine Aulicus Sereniſſimi Regis Adalberti fieret; ſed & experientia nunquam abſens ſemperque promptus ad bellum, & decus pro arbitrio paratus. Video apud Aſtrologos Axioma acceptatum: Si Mars fuerit in Anni principio in vna domorum Saturni, annonæ caritas perueniet. *Profectò accidit plurimùm quoque, quod ſi fortium virorum & Martis ſceptra diligentium filij in initio ætatis & adoleſcentia in aliquam triſtem educationis ſemitam & glabrum Saturni ingenium inciderit: cariſtiam honoris, & annorum perplexam gloriæ inducent Familiæ, & præſcindent merita à præmio. Habet hoc ſingulare linea ſanguinis de Oſſolin, vt recta inſtitutione, libera educatione, exercitio ſolerti, virorum antecedentium in Familia, prudentiam, fortunam, virtutem & fortitudinem literarum ornamento, morum grauitate, fide & fidelitate aſſequi, nedum contendant, ſed etiam eminentia quadam illuſtrent. Felix in eo fortunatusque erat Ioannes, idcirco*

circo & Aulicus illuſtris & gratus, & miles eximius & ſtrenuus, Regis Sereniſſimi voce omnium præferebatur. Et quia nedum conſeruatio ſuppoſiti proprij ſed etiam Familiæ Magnates ſpectat data ſtipulata manu ad duos filios Rzeſinſcij: ſuſcepit in connubio Stanislaum. Hic vt fieret potior ſuccedendo lunæ cadenti (parentem intelligo) vel familior virtutem in lunam, Fidem Chriſti in ſolem, Conſcientiam rectam in plantas aſſumpſit. Et ſicut deſiderium erat parentis expleuit. Erat enim ſui parentis ſibillus,

Quod potui feci voluerunt plurimæ Parcæ,
Præſtabit Proles, quæque negata mihi.

Tenuit matrimonij conſortium cum Buczynſka, ex qua ſuſcepit filium Andream, vt ſicut nomine aſſecutus eſt magnorum Oſſolinſciorum in Regno appellationem ex Baptiſmo, ita quoq; exprimere factis illorum virtutem, fortitudinemq; in Caſtris & Patria eniteretur. Et quia domus ſuæ res, & viuendi ratio, non in ſolo palato & aggricultura conſtituta viget exempla in ſpeculum expoſita intuendo, fortis fortia, ciuis Patriæ, honeſtatis alumnus Regni, & Reipub. proficua cogitauit, tentauit, fecit. Præſtito deirum Sacramentali iuramento filiæ Zdroiowſcij, filium Samuelem in benedictionis fructu conſecutus eſt, cui quia cura fauet, ſol nitet, dies noxq; ſuperſunt, in antidotum fortunæ ſtabilis diſtichon annecto:

Omnibus in rebus fœliciter omnia cedent
Si ſtatues finem principiumque Deum.
Spernere mundum, ſpernere nullum, ſpernere ſeſe,
Spernere ſe ſperni quatuor iſta beant.

Andreas 2. filius Andreæ Oſſolinſki, hæredis in Klimuntow. Hic vt in palæſtra ſtudiorum, & Caſtrenſi militum ſtadio Domui, Patriæ, & Familiæ obligatum ex ſanguine reddidit honorem, vlteriora argumenta virtutum, ipſi concedere inuidit Lacheſis: & quia pietas in fine coronat.

Qui tantum ardenti Chriſtum pietate profeſſus,
In cælo æterna gaudia pacis agit.

Iacobus 3. filius Andreæ Oſſolinſki, hæredis in Klimuntow, Aulam Principis quæ tàm antiquæ gentis amor fuit primò ſecutus, tùm ad trophæa in caſtris, quæ ſingulare præſidium ornatusq; fuerant ſyderum Familiæ in Oſſolin deduxit animum: Sed quia corpus humum, cælos mens, ſpiritus appetit aures, id quò nil certiùs eſt mortalibus, vidit & accepit mortem ſterilis. Orimur, morimur, morsq; ipſa ab origine pendet.

Procopius 4. filius Andreæ Oſſolinſki, hæredis in Klimuntow. Hic magnis prognatus Auis, Abauis, Atauis, Tritauis, alijsq; in tàm profunda antiquitate, perilluſtris Familiæ de Tenczyn, in Oſſolin & Klimuntow, Dominis & Hæredibus, extetendit libram iuſtitiæ, virtutis & honeſti lauream meritorum, & fortitudinis regimen vt meritò theſaurarium Familiæ dixerim, à quo ſplendida lateralis linea culminis faſtidium in Regno attingere iudici primatem decer-

decernebatur. Clarus enim Patriæ, Regibus & Senatui, cum meritorum & officiorum iucundum familiæ detuliſſet præmium, contracto per coniugium vinculo, cum proprij ſanguinis filia in gradu 4. ex Tenczyniis Tenczynſka nominus Dorothea, illos produxit filios, qui florem Domus, fructum Patriæ, ramos Familiæ, odorem Regno, tutamen Reipub. ſanctimoniam Eccleſiæ, Regibus humilem obſeruantiam tulerunt, propagarunt, conſeruarunt: vt modò non ſit neceſſe vel nouum inuenire caſum, vel formare ingenij apologum, ſed id verè affirmare, quod Ariſtoteles aliquando proferebat: In Cyp10, *inquit,* naſcitur æs tantæ felicitatis, vt ſi in minutiſsimas partes ſecetur, & ab agricolis ſeminetur, adfert fructum aureum & in decuplo: *Et in Regno Lechico, ſub niuea aquila gens antiquiſſima Starzonum Magnorum Comitum de Pregenia in Tenczyn, olim nunc in Oſſolin de Tenczyn Familia in latam, & numeroſam progeniem partita, aureos pacis profert ſurculos, gemmeoſq; gignit familiarum frondes. Reliquit enim prænominatus Procopius ex hac Tenczynſka, Ioannem, Nicolaum, & Andream filios, ex quibus plurima Familiæ decus, & ornamentum detulerunt, Patriæ verò vtile, honeſtum & delectabile, ceu ex area tritici defluxerunt.*

Ioannes 1. *filius Procopij ex Andrea. Hic florentem ætatem ſolidis ſtudiis inſtructam, ad hanc diſpoſuit fortitudinis methodum, vt vir conſtitutus ætate & moribus, ex acri gladio, & caſſide quaſſato colligeret nutrimenta gloriæ. Quocirca veſtitis iam caſtra vexillis, & atritis calcibus equorum hoſtilibus aruis, in Signiferum Palatinatus Lublinen. Equeſtrisq; Ordinis in eo electus, datus, confirmatuſq; fuit. Et quia extra ſtatum ſpiritualem vitæ agentibus, decentior via rectè viuendi in ſocietate coniugali, & ſtipulata reputatur, dato iuramento in facie Eccleſiæ filiæ Orzechowſki, dies ſæculi feliciter compleuit. Reliquit vnicam filiam, conſortem magni illius ſupremiq; Cancellarij Regni, & Ducis Exercituum Ioannis Zamoyſki, cum quo fundamento conſanguinitatis primum incrementum fortuna tanti viri ſuſcepit, & in alta deduxit. Quod fiat ſucceſſori magno auſpicio, meliori fortuna, bono euentu, in tempora & ſine meta.*

Andreas 2. *filius Procopij ex Andrea. Hic annuente Pallade, & fauente Marte, vel vt clariùs veriùſue dicam, mediante inſtitutione in literis, & cauſis forenſibus, Reipub. negotijs, caſtrorum occupatione, optimi ciuis Patriæ nomen recepit, ob idq; viris bello, Senatu, & authoritate celſis deſideratus & amabilis. Et quia & auulſa florent quæ ſpecioſa ſunt, licet non filios filias tamen ſplendorem Oſſolinſciorum nitoribus matrimonij ſui conſtitutione addiderunt, vna ceterim Woronieccij ex Ducibus Magnorum Ducum Lithuaniæ, cum prouenientibus conſors, altera Dunikowſcij militis Regni, Patriæq; in caſtris eximij Rothmagiſtri & Tribuni, poſtmodum militaris coniunx. Tam illuſtris viri ad poſteros Echo.*

Sapien-

Sapientia vitæ cuſtos,
Ornatus vitæ temperantia,
Fundamentum famæ iuſtitia,
Amicos facit beneuolentia,
Quod commodauit fortuna tollet,
Igitur viue vt poſt viuas.

Nicolaus 3. filius Procopij ex Andrea, cui generoſus animus tantum præbuit vigoris & vireris, vt ingenio, prudentia, iuſtitia, grauitate, beneuolentiã, & humanitate certaret cum Pallade, Marte, ac Mineruа, ſeu cum Profeſſoribus ſcientiarum artis bellicæ & magiſtris virtutum. Nam ſi naturá impellente non degenerem exquirit aquila prolem, vt Claudianus notauit dicens:

Conſulit ardentes radios & luce magiſtra
Natorum vires ingeniumque probat.
Degenerem refugo torſit qui lumine viſum
Vnguibus hunc ſæuis ira paterna ferit.

Multò decentiùs magnæ altæq; Proſapiæ filijs, quales ſunt fueruntq; ab antiquiſſima Toporum gente progeniti, a maiorum dignitate nec vnguem degenerari. Hic verò tantusq; vir ex generoſa coniuge Strzyzowſka, reliquit Hieronymum, Procopium, Nicolaum, de quibus inferius dicemus, & filiam Annam Gnieuoſij de Olexow conſortem, quæ illi Nicolaum Secretarium Regni Maiorem, & Ioannem fratrem progenuit.

Hieronymus 1. filius Nicolai ex Procopio: qui in normam & ſpeculum vitæ ac ſanctimoniæ, quia Patronum Baptiſmi ſpeciali diligentia obſeruare nitebatur, detulit maximum encomium à bonis pijsq; vt deliciæ ſæculi ob morum ſuauitatem, & vitæ innocentiam vocaretur. Creatus namque Abbas Copriuniceñ. pietatem, religionem, cultum Dei ſedulo obſeruauit, veritatem, ſinceritatem in nullo læſit, bona animi recti conſtantiam apprimè deſiderauit. Affectus autem tanti vel potiùs honoris & reuerentiæ in Beatiſſimæ V. Mariæ nomen fuerat, vt ſingulis diebus illam multis myſterijs plenam cantilenam à S. Adalberto Martyre, Archiepiſcopo Gneſnenſe compoſitam, auribus ſuis reſonare mandaret; ſed multa paucis concludendo magnum ſcripſerem in regno, quid deſuper illuſtri venerando ſummæ nobili & præſtabilis ſapientiæ Dño Hieronymo Oſſolinſki, ſed dium ſacrorum Koprzywniceñ. Præſide dixerit ſenſeritq; adſero: Externa tua ſatis omnibus placent: Nam vbiq; prudentia, grauitas lepos rariſſimi Comites. Cum ſemotis arbitris parietibus tuis te includis Pæana gentis noſtræ Bogárodzicá *tibi concinnitur, tum demum te quieti tradis. O ſi benignum Numen ex eiuſdem ſacroſanctæ Theotocon Reipub. te remouere vellet, qualem & quantum Deus bone nobis Senatorem dares: aut quo tempore, ſi fines Reipub. aſpicis, vbique aut bellum aut præparatio belli, aut infida pax. Si ipſam? Graues Principum amicitiæ & arma, & ignes ſuppoſiti cineri doloſo. Hæc tuo ſaluberrimo conſilio iuuares, authoritate fulcires,*

E

circs, opinione virtutis tuæ conſeruares. Hæc in præfatione Hiſtoriæ Polonæ Epiſcopi Cracouien. viri Kádłubkonis, placuit altiſſimo ex ſecreto conſilij ſui decreto, vt tempora Regni temperentur tempore, tàm verò beatus vir cæleſtium muneretur conſortio, ſeruus Dei morte regnum cœli aſſumpſit. Eius Echo ad poſteros.

Humanis nulla eſt rebus fortuna perennis
His mundi vicibus deniq; finis erit
Ne quære ere afflictus, nec te confide ſecundis
Omnia ſub paruo diſpereunt tumulo
Sed venerare Deum ſi mox cupis eſſe beatus,
In cæca heu transfert tartara nos vitium.

Procopius 2. filius Nicolai ex Procopio. Qui attingendo perfectam vim rationis atq; fortiorum vires ſpirituumq; aſſumendo, ea quæ in Protoparentibus ſuæ Familiæ conſpexit in exercitium, & vſum conuertit. Et quia conſilia ſenum ſunt baſis iuuenum, in protectionem promotionemq; Familiarum & Principis fauorem, & Senatus amorem, & Magnatum beneuolentiam, & militaris aulcedinem obſequio nobili complecti nouit, & morum grauitate ſibi conciliauit. Quoniam verò deducunt aliqui, quod in orbe nemo viuit iuſtius, niſi vir Romani ingenij, Romani candoris, Romanæq; Fidei, ille cum ea, quam profitebatur fidem ſub Rectoribus & Pontificibus ſummis, & ſanctis Eccleſiæ, deſcendit quoq; in diſciplinam cum filijs ſuis & iuſto, largam Dominus contulit benedictionis gratiam, propoſita namq; ſibi coniugali in Sacramento vita cum filia Bireccij, iſta Reipub. lumina Patriæ obtulit, Hieronymum, Nicolaum, Zbigneum, viros ad ferenda Patriæ commoda, hoſtes ipſius reprimendos, amicos conſeruandos, iura pacis, iuſtitiæ virtutis conſeruanda legitimos & idoneos.

Hieronymus 1. Procopij ex Nicolao filius. Qui cum in Aula Principum, Regiſq; colligiſſet incentiua virtutum heroicarum, & in caſtris optimorum bellatorum deduxiſſet nomen, proteſtatus eſt, ſe promptum fidelemq; ciuem fore Patriæ, vſq; ad vitæ tempora. In hoc tamen paſſu, dum amica quies Regnum vndiq; exhilarauerat, ipſe quoq; laborum recepit præmium cum Capitaneatu Zydaczouienſi, contracto poſtmodum matrimonio cum ſanguine Iázłowieciorum Familiæ, ſuſcepit ex illa Conſtantinum.

Sis fælix referas Patruum virtute Patremque
Sic te poſteritas fortibus addet auis.

Nicolaus 2. Procopij ex Nicolao filius. Quia ipſa virtus meretur præmium, virtus autem non adeſt niſi adfuerint vitia, adfuerit inſtitutio, proceſſit ille diſciplinabilis regiminis ſtudio in rectum & honeſtum naturæ inſtinctu, inclinatione cæleſtium exercitio proprio & delectatione boni. Igitur Cubicularius Regis, miles Regni, conſultor Comitiorum, in Præfectum Radoſſicenſem inſtitutus, ad altiores progreſſus dexteriori opera mouet affectum Nobilium, & amorem Sereniſſ. firmato demum conſenſu mutuo per Eccleſiaſticum iuramentum, reliquit filium virentis ſpei Georgium.

Qui

Qui geſtas nomen cognomen magni Proaui,
Illius vincas fortia facta tuis.

Zbigneus 3. Procopij ex Nicolao filius. Hæc eſt vltima planta germinans ex Andrea de Tenczyn, hærede in Oſſolin & Klimuntow, per Procopium filium. At licet vltima ſit, non tamen lineam finit, nam & circuli hæc eſt pulchritudo, vt iungatur finis ſuo principio, non tamen perit. Et ſcientiarum hæc eſt perfectio, vt vbi vna deſinit, altera initium ſumat. Et inter diſcurſiuam naturam hæc eſt excellentia, vt ſupremum infimi neceſſario attingat infimum Supremi: Eſt quidem Zbigneus vltimus ob tempora, ſed ob virtutem, prudentiam, ingenium, grauitatem, pietatemq́; benedictionem à Domino meretur. Qui ſicut iam in honorem Regni per officium Dapiferi Nurenſis adſcitus eſt, ita benignitate diuina roborante, videbit filios filiorum ſuorum.

Nicolaus 3. Nicolai ex Procopio filius. Quem quia alta progenies morum dulcedo, ingenij ſagacitas & virtutum ſplendor in Senatorem Regni conſcripſerunt ſub titulo Caſtellani Parnauienſis latiſſimum obtinuit campum merendi in Patria conſilio, iuſtitia, veritate. Et pulchra erunt laboris præmia, palma, quies.

1686169

Iacobus 4. Nicolai ex Procopio filius. Hic vbi perſpicaci intellectu cognouit & didicit, quod ſeruire Deo regnare eſt ſuſtulit omne cum impedimento nociuum & inſtitutum Societatis Ieſu amplexus eſt. Qui magnum viſurus Olympum.

Æthereaſq; domos vbi dijs immiſſus, inanes
Et curas & ſpes hominum lamentaq; ridet.

Paulus de Tenczyn Oſſolinſki 5. filius Andreæ, Ioannis Andreæ & Procopij frater, cum hoc Pauli Æmilij Conſulis Romani medium obſeruarunt parentes. Ille dum noctu exploratores mittebat ad hoſtem, exarmatos mittebat, vt ſe armis tuendi ablata ſpe vigilantes in excubijs, ſolertes in explorationis munere continerent. Cum hoc autem circumſpectus parens ita procedat, vt collectis literis ad Principum limina nouas addiſcerent curas voluerunt. Quibus cognitis in caſtra & militum algores promouebat natum. Cum verò apprehendit digna trophæa illum negotijs Reipub. implicauit. vbi nuntij munus dignitatesq́; in partialibus Comitijs & Regni adimpleuit, totum ſe & ſua bono Patriæ, Regni, & Familiæ debere optimus parens filio inſinuauit. Et hac norma nomen & omen magnum perpetuumq́; ſibi Paulus coaptauit & conſtruxit. Iam verò firmata ætate vt in poſteris exemplar ſui relinquere valeret Zbiguea Slupecia in matrimonium ſibi alligata protulit Regno vnicum filium Hieronymum, & dicere licet ſplendorem Patriæ.

Hieronymus Pauli de Tenczyn Oſſolinſki filius, & optimus ex optimo, & magnus ex magno. Refert Fulgos lib: 3. cap: 3. *Paulus* (inquit) 2. *Pont. Max. cum Franciſcum Ruuerum Saonenſem ad Cardinalatum promouiſſet, & fortè fortuna de ea re cum aliquibus verba faceret, dixit: Ea die ſucceſſorem ſuum elegiſſe, & ſucceſſit ſub nomine Sixti IV. eximius ſucceſſor. Mihi profectò*

ſectò Hieronymum Pauli de Tenczyn Oſſolinſki, ſpeculando filium non omire quodam ſucceſſorem patris optimum, ſed ipſa re & veritate intueor. Non enim ea ſolum, quæ Regia ſereniſſime voluit, vel caſtra militaria monebant executus dextere ſtrenueq; fuit, ſed illa quoque quæ Patria deſiderauit, & dignitas Senatoria expoſcebat perſanctè coluit & obſeruauit. Inſtante namque crudeli cruentoq; ad Obertinum bello, cum Ioanne Comite à Tarnow Generali exercituum Regni, adeò hoſtes fortiter inuaſit, & animosè expulſit id non niſi infinitis propè cõfectus vulneribus, ex equo ſemimortuus defluxerit. Et quod cælitibus non eſt impoſſibile licet nobis mirandum, à S. Anna vt ſibi videbatur linteo contectus, & adſecturas conſtrictus, eadem hora qua ad Obertinum pugnatum eſt, in domo Chirurgi Leopoli depoſitus fuit. Cuius viri potentiam & fortitudinem, ne dum Patriæ ſolum, ſed ipſum quoque Senenſe bellum ſub Iaanne de Medicis clariſſiimo Etruriæ Duce, ſenſit & probauit. His alijſq; domi foriſq; bellis clarus, in Caſtellanias & Senatoriam Sandecenſem, Woynicenſem, & Sandomirienſem Præfectus Krzezouienſis euectus grauitate & prudentia apud Sereniſſ. Reges plurimùm valuit. Dum vero ad ſponſalia animum deflexit, quod ratio Familiæ, & propagatio domus expoſtulabat, Catharinæ de Zborow Martini Capit. Crac: filiæ, manum votaq; promiſit. Ex qua Martinum, Andream, Zbigneum, & filiam Sophiam Caſtell. Præmislienſis Drobojowſki antiquæ Familiæ conſortem. Referunt de illo Hiſtoriæ, dum Interregnum poſt Sigiſm. Auguſt. Regem deſcribere intendunt, vbi ad defendendam Rempub. & ad Iuris correctionem eligitur & deſtinatur. Bielſc. fol: 653. 655. refert.

Martinus 1. Caſtell. Sandomirieñ. Hieronymi filius. Qui ſicut ex progenitore Martem in trophæis ducentem lucem aſpexit, ita quoque verus alumnus Marti nomen, vitam, fortunamque adſcripſit, etſi aliquid gloriæ Minerua ſibi conceſſerat id totum gloriæ caſtrenſi ſuppoſuit. Quocirca multipliciter à Hiſtoricis commendatus, nomen æuiternum ſibi ſuisque comparauit. In bello contra Gedanenſes ad Derſauiam, dum Zborouius Dux Campi præeſſet exercitui, Rotbmagiſtrum armaturæ grauis, præclarum triumphatorem ſatis tibi Hiſtorici dicent, in aliis vero expeditionibus quantus fuerit, nullum dubium inferendum manet, ſed omnia altè & glorioſè intelligenda ſuperſunt. Papr. in 2. Opere fol: 100. & Bielſc. ſub Anno 1577. *illius facta grauia notauére. Pro magnis laboribus in bello magna promeritus fuerat, ſed poſtquàm limen honorum, Præfecturarum Krzeſouienſem in adminiſtrationem aſſumpſit, mors inuida virum conſpectui hominum ſuſtulit. Cui ſit in Sepulchrale.*

Robur militiæ Decus Toporum
Martinus iacet hac in æde cruda,
Caſtra inuaſit exuitque caſtris
Ad portum Gedanos. hoſtibuſque fuſis
Victor occubuit: ſed alma virtus

Pro

Pro pulchris meritis manuque prompta
Hic illi ſtatuit perenne nomen.

Andreas 2. Caſtell. Sendomirien. Hieronymi filius. Eius quidem ſtudia ac morum decentia ipſum floride decantarunt, præcipuè cum dictis animos, pectora fortitudine demulcebant, attamen quod commune omnibus de Oſſolin eſt in eo præferendum erit Ædem virtuti & honori pectoris in theatro conſtruxit. Quocirca non deficientem quoque lineam benedictione diuina continuauit. Reliquit namq; Nicolaum Capitaneum Woynicenſem Aulæ Regiæ omni munere diuum ornatum, qui vt poſteritati redderet continuum obſequium obtulit ex fructu matrimonij Patriæ ex Chriſt. Zuſanna Wieſczycka Franciſcum. Cui vt fælix ſuccedat vita, cuiuſdam dogma reuoco in mentem.

Sis animo vultuque humilis, prodeſſe cuiuis,
Si licet & nulli ſit nocuiſſe labor.
Sedulus in proprijs alijs aliena relinque,
Prudenterque fides cui ſit habenda vide.
Multa audi, dic pauca, tace abdita, diſce minori
Parcere; maiori cedere, ferre parem.
Sobrius & vigil, & verax ſimul eſſe memento,
Promptus amare bonos, & tollerare malos.
Inprimis reuerere Deum, qui cernit & audit
Omnia, quem prorſus fallere nemo poteſt.
Hoc faciens poteris peregrinos inter vbique,
Saluus & in media viuere barbarie.

Zbigneus 3. Caſtell. Sendomirien. Hieronymi filius. Eius vitæ compendium paucis differam. Erat grauis ſenator & prudens. Grauis & penna & vſu, vt pote qui ex aliena luce lucem non quæritabat, ſed ab alto trahebat. Prudens, nam & aure indagare gelu & cui fronti tradere fidem ita nouerat, vt dormiens poſſit excipere hoſtem. Et quia illi nihil dulcius Patria fuit, verè Pater Patriæ: etſi nedum Principum corda oratione, ſed ipſum quoq; cælum inclinare potuit, merito protector Patriæ appellandus fuit. Hic namq; & prima floridaq; iuuentute ſtudijs exactis in exteris nationibus non iam ad Academiarum limina ſed in aula Supremi Galliarum Principis & Chriſtianiſſimi Regis Caroli IX. ad menſam virtutis morum fortitudiniſq; inſtructam patinis enutritus & educatus, delicatum intulit Patriæ propoſuitq; alimentum? victoriarum pacis iudicij & veritatis. Nam cum electo Poloniarum Rege Henrico Valeſio germano Principe Caroli IX. vt rediit Regiam Regni ſplendore morum illuſtrauit & inter Cubicularios primus graui educatione fulſit. Cùm verò inſperatus è Regno diſceſſus Regis Regnum commouit ad conſeruandam Patriæ pacem vires animum & fortunam diſpoſuit & reddidit. Et quia tardata mora reditus Regij laxabat quietem Regni vbi ſors Deuſque in Stephanum Bathorium ſceptra coronamque ex decreto incommutabili adiudicauit,

ipſe ſe Regi in omnibus bellis comitem & indiuiſum militem obtulit, & conſecrauit. Et quoniam mors melior eſt vita turpi, vt auditu percepit in Comitijs Regni vltimis in quibus de honore Zborouiorum Auunculorum eius agebatur, in conſpectu Sereniſſimi Regis Stephani inſtitit voce libera pro patrijs legibus. Hæc omnia mors Sereniſſimi cum interrupit Maximiliano quidem detulit, ſed profligato & capto Sereniſſimo Regi Sigiſmundo III. obſequia, fidem, fidelitatemque, & vſq; ad extremum probatam firmamq; roborauit. Claret illius in Principem & Regem effuſus animus in Comitijs inquiſitionis vulgò nuncupatis, vbi cum Andrea Opalinſki Regni Marſalco Supremo pro Regis innocentia murum ſe oppoſuit. Quod multis Senatoribus ex ore Regis adhuc eſt notum. Claret & in bello ciuili Rokoß vocato, vbi nedum Sereniſſ. Regem nunquam deſeruit, ſed pati ardua & nociua pro innocentia Regis propoſuit. At verò in hoc claruit illius præcipuè amor & animus quod ad Ianoueciam inter inſtructas fraternas acies imperterito huc & illuc tranſcurrens animo ſua facundia & prudentia prælium iam penè cæptum diremit & partium Duces ad pedes Sereniſſ. Regis ſupplices adduxit atq; ita profuſionem fraterni ſanguinis fatalem pro tempore illo diſtulit. Deniq; poſt bellum Moſcouiticum ab eodem Rege confectum coniuratos exercitus ad Breſten. Litu. eadem ſua authoritate à pernicioſis fœderibus ad obſequium Regis & Reipub. reuocauit, & fœdus illud in Eccleſia inſpectantibus præcipuis totius exercitus capitibus manu ſua combuſſit & miſeram plebem à tàm graui iugo inſolentis & debachantis militis liberauit. His tantiſq; meritis in Regem & Patriam minimè quoque defuit præmium ſed diſtinctis temporibus diuerſos retulit honores. Nam poſt titulos in Regno ſibi oblatos antecedenter Palatinus Podlachiæ primum, demum Senatmiriæ creatus, annexas Præfecturas Dobrzynenſem, Stanislauonienſem, Stobnicenſem adminiſtrauit. Iam verò quietiorem vitam nactus à pacata Repub. ad cultum diuinum Deiq; gloriam reflexit animum & Monaſterium Ordinis Prædicat. ac templum D. Hyacintho in fundo ſuo hæreditario Climuntouiæ ab ipſis fundamentis erexit, magnificè dotauit, & mirificè ornauit. Alijs demum pietatis operibus in diuerſas Eccleſias & Xenodochia collatis exegit vitæ annos 68. & menſem vnum. Defunctus 1625. in habitu ſacro Ord. D. Dominici Climuntouiæ ad arem maximam ſepultus eſt. In cuius æternam memoriam aureis literis marmoribus ſculpendum.

Moribus inſignis, recti baſis indole clarus,
Clarior & meritis Patrij ſeruator honoris,
Clauditur hoc tumulo qui Topor Sbigneus Oſolin,
Prudens conſilio, ſummus & ingenio
Quiſquis ad hoc pulchrum venies ſpectare ſepulchrum,
Cernuus ante Deum flectere propter eum.

Habuit prænominatus Heros cum quatuor magnorum virorum filiabus iuramenta matrimonij, ſed cum duabus duntaxat reliquit filios cum Heduigi de Sienno

Chriſto-

Chriſtopherum & Maximilianum, cum Anna de Dabrowica Firley Ioannis Palatini Cracouień. Supremi Marſchalci Regni ſilia Georgium. In quorum quidem filiorum pectoribus viuit, ſemper quidquid præſens neceſſitas Reipub. & Regni iniunxerit.

Chriſtopherus 1. filius Zbignei Palatini Sendomirień. Hic innatam propenſionem bonum & virtutem ab ipſa adoleſcenti ætate ad perfectam ſummis medijs & glorioſis actibus ad faſtigium celſitudinis deduxit. Non enim deficit ille in profectu virtutis, qui ſemper proficit. Cum ille ex literaria diſciplina ad iudicij vim atque diſcretionis peruenit tantus amator Academiarum extitit probatus vt in comitijs electionis Vladislai Sereniſſ. quem nobis diuina Maieſtas ſanum fortunatumque conſeruet, pro libertate & priuilegijs illorum, dulcem proficuum feciſſet ad Senatum Regni ſermonem. Vocatus demum ex Succamerario Sendomirień. ad Senatoriam dignitatem per Caſtell. Sandecenſem, primo & poſtmodum per Palatini Sendomirienſis authoritatem & honorem ſicuti ingens medium inuicti animi in caſtris conſeruauit, atque vita ſumptibus & præſentia Regno, Senatui, & Patriæ declarauit, ita honore Senatorio admonitus, hæc 4. vt nobilitas Patronum, plebs afflicta Parentem, leges cuſtoſ todem, Reſpub. ciuem experiretur continuò procurauit. Quapropter occurrenti in limites hoſtili animo Turcarum Oſmano cum forti milite non defuit, inſtantibus Comitijs Regni, præſentiam non negauit, bonos, doctos, & fortes, benignitate nobili obſeruauit. Data vero ſatisfactione Patriæ & Reipub. quia perneceſſarium erat, vt ſuæ quoque Familiæ debitum referret ſacramento matrimonij cum Sophia de Woyſławice, adſtrictus purpureum florem, obtulit Patriæ Balduinum filium, cuius minorennis adhuc ætas exiſtimationi Academicorum, cum ipſe Sereniſſ. Rex Cubicularium, aulicumq; ſuum bello paciq; conſultum, Præfecturis Stobnicienſi, & Robcicienſi in alta diſpoſuerit, atque in graui Senatus authoritatem incitatum annumerare ſtatuerit. Ergo illam ipſam fortunam, quâ aſpirante tàm proſpere proceſſiſti, conſerues & verearis Deum ſcilicet, & Dei Parentem Virginem.

Maximilianus 2. filius Zbignei Palatini Sendomir. Hic vt alto principio altiſſimum obtinuiſſet terminum, in ætate ſingula deſiderio ſeneſcebat. Si diligentiam literarum conſideraueris deſiderio ſeneſcebat, ſcire expeririq; illa, quæ Ariſtoteles cognoſcere, quæ dixere Vrani Scriptores, notare quæ Regnorum ſint ſtabilimenta & politics, imprimere ea quæ intellectus Angelici ſpeculantur, totum vltimumq; deſiderium. Si verò in Martem conſpexeris, fixit deſiderium. Si bonitatis rationem ſeneſcit deſiderio, vt merito quidam de illo ſcriptum reliquerit.

Vir bonus & ſapiens qualem vix reperit vllum,
Millibus è cunctis hominum conſultus Apollo.

Et tàm grato Patriæ deſiderio meruit ea, quæ ſui maiores in præmium virtutis & fortitudinis aſſumpſerunt gradum, ſcilicet tituli & honoris ad Principis

latus

latus & aurem. Et qui in die electionis Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ad aſſeſſum ipſius Marſchalci Generalis omnium ordinum Equitum deputatus fuerat, hic modernis diebus curulem creatus Theſaurarius Curiæ & Marieburgenſis Capit. grauiter, prudenter, probitate & iuſtitia illuſtrat. Reliquit ſua fortitudinis & pietatis viua exemplaria, ex Helena de Kázánow Ioannem Equitem Militenſem Commendatorem Poſnan. diu ſicut in multis euentibus prætij non didicit paueſcere, nec aliquo lapſu ſummæ rei diffidere: ita ſemper præſtolabatur. vt nouiſſimum ſpiritum ſuum pro facie Patriæ & aris par virtutem & fortitudinem effundat. Stanislaum Abbatem Koprzywnicen. cui ſicut obſequia ſemel reddita Deo comprobat fidelitate & vigilantia ad Regiam maieſtatem Sereniſſ. Vladislai IV. ita amorem quoque ſuum Patriæ, & augmentum honoris Familiæ obligatum præſtat & conſeruat. Reliquit & alios filios Hieronymum, Zbigneum, Georgium, Alexandrum, Vladislaum, quorum educatio generoſi ſanguinis celebritati coniuncta, ſpem amoremq; parit, & curabunt illi fauente Dño ex alto, ne illis flebile illud quod aliquando Romanis obueniat.

Defunctis Patribus ſucceſsit praua iuuentus,
Quorum conſilijs præcipitata ruis.

Georgius 3. filius Zbignei Palat: Sendomir. Hic coronidem Atlantis pectore & Mineruæ genio Familiæ ſuperpoſuit. Plurimis quidem anteceſſores adornarunt coronis, & triumphis bellicis claram hanc meritis & illuſtrem præmiis familiam, ingentibus quoque illam honoribus decorarunt & gloriis, ſed quia in hoc vno ceu in Pandoræ donis compendium fecerunt, decus amorq; Patriæ, honeſtum & vtile Reipub. lux intelligentia, iuſtitiaq; Senatus grauitas, authoritasq; Maieſtatis Regiæ excelſum ſupereminenſq; omnium illi tribuendum venit. Ille etenim poſt Academica ſtudia in Regno peragratis, multis exterorum nationibus quo non illi amplius eſſet tædio labor inſolitus, non locus vllus aſper arduuſq; itineris, non demum armatus hoſtis formidini in Patriam rediit. Et quia gentes quocunq; ipſo terræ ſuæ ſolo & cælo acriùs animantur, Vladisl. Sigiſm. III. filio Principi tunc Poloniæ adhæſit, atque cum illo inter cruda bellorum cum Moſchis incentiua, motus, ſaltus, ſtrues, & clades durauit & ſtetit. Quoniam vero pax ſit per bellum, & bellum propter pacem, datis legibus cæſis ad Sigiſm. III. rediit. Sed quia prudentia motum in Regno temperat & queti prouidet, iudicio præalto ipſius Regis & Senatus ad obeundas legationes deſtinatus miſſuſq; fuit. In Angliam ad Iacobum Magnæ Britanniæ Regem iuit, vnde contra Oſmanum Tyrannum tunc ceu Leonem & Draconem Poloniæ imminentem (irritis aliorum legationibus ad alios Principes Chriſtianos miſſis) ſolus ſubſidia attulit & adduxit, quorum fama tantum ad eum ſerio valuit, quo Turcæ ad petendam pacem compulſi ſunt. Nil vero decentius cum illi fuerit quam inchoatum ſemel obſequium ſemper offerre Regi & Patriæ, bello Suetico in Pruſſia efferbeſcente feſtinare lente non propoſuit, ſed & præſens Regi Sereniſſimo adeſſe, & milite propriis ſtipendiis conducto exercitum

Regis

Regis augere, & irritis pluribus conditionibus, & pacis tractatibus toto triennio continuatis, nunquam tepeſcere viſus fuit. Sed quia continuo bello vllus renaſcitur fructus, vt dixit Seneca:

Si æterna ſemper odia mortales gerant.
Nec cœptus vnquam cedat ex animis furor,
Sed arma fœlix teneat infœlix paret
Nil relinquent bella: tum vaſtis ager
Squallebit aruis ſubdita tectis face
Altus ſepultas obruet gentes cinis.

Inclinatis partibus ad inuicem Anno 1629. ad Altmarcum cum collegis ſuis inducias ſexennales opportuniſſimo Reipub. tempore cum Regno Suetiæ concluſit. Sequenti verò tempore in Comitijs Generalibus Regni director Equeſtris ordinis cum eſſet, tantam exiſtimationem ſui in omnium animis ſeperit, vt nullus de illo ſuſpicauerit dicendo: nec fide nec diffide, aut fide ſed diffide; *ſed dicebant:* Fide nec quando diffide. *Quocirca maximas differentias quæ intercedebant inter populum & Regiam, atq; præteritorum annorum Comitia turbabant feliciter compoſuit. Translato verò ad ſuperos Sigiſm. III. Rege, à Vladislao primogenito Principe, omnium Interregnorum conſiliorum moderator aſſumptus: eiuſdem ad Ordines Regni, ad electionem congregatos legatus fuit. Qua feliciter peracta, alteram ad eoſdem Ordines Cracouiam ad coronationem congregatos, & morbo graui electi Regis perterritos, obiuit, exequutus fuit. Quoniam verò inſtabile Regnum eſt vbi non eſt ſanctitas, pietas, fides, quæ omnia ex obedientia Eccleſiæ confluunt pauco intercedente tempore diem coronationis Regis, ad maximum Pontificem VRBANVM VIII. cum obedientia legatus fuit, vbi ſimul omnia, quæ inter ſtatus ſpiritualem & ſæcularem in hoc Regno, à trecentis & amplius annis quietem populorum turbabant, per reſtricta breuium à Sede Apoſtolica allata compoſuit, atque demùm omnibus his controuerſiis director Equeſtris Ordinis Anno 1635. electus in vtili ex ſudato humore à prætendentibus finem impoſuit. Qua etiam in legatione Regis ſui nomine apud Imperatorem Ferdinandum II. apud Venetam Remp. & apud Ferdinandum Hetruriæ Ducem officio legati functus eſt. Quoniam verò Dij virtutem prouehunt in maius, recrudeſcente bello Suetico in Pruſſia Anno 1635. à Vladislao Rege Pruſſiæ gubernator cum exercitu impoſitus, illam Prouinciam vſque ad ſancitas inducias feliciter gubernauit, hoſteſq; dextere repreſſit. Anno verò ſequenti ad Comitia Imperij Romani Ratisbonam miſſus, in electorali Collegio Ferdinandum III. Rom. Imper. nomine Regis ſui ſuaſit & perſuaſit, & ante ipſum actum electionis declarationem ſeptemuiralem Regi ſuo attulit. Pro quibus multiſq; alijs meritis, laboribus exantlatis, in Senatum adſcitus, atque Palat. Sendomir. ex Theſaurario Curiæ Regni renunciatus fuit. Sequenti verò Anno, dum ad introducendam in Regnum Cæciliam Renatam Reginam, ad confinia Regni deſtinatus, maximo ſplendore & comitatu tantam hoſpitem, ad limites Regni ſalutatam deduxiſſet obtinuit, vt*

Vice-

Vicecancellarius, demùm Cancellarius Supremus, Regis iudicio, & Senatus ſuffragijs vocaretur, & cuſtodiam legum, & ſalutis publicæ poſt Regiam Maieſtatem ſecundus obtineret. Et quia Catholicæ Fidei exemplar, vera virtutis imago, optimi Principis Icon, Prototypon amoris Patriæ eſt certum omen felicitatis magnæ. Idcirco à primis totius orbis Chriſtiani Monarchis, maximis honoribus, præeminentiis & titulis, in perpetuum dotatus, donatusq́ receſſit. VRBANVS VIII. poſt varios honores ipſi delatos, illum Ducem in Oſſolin ſine ſcitu ipſius abſentem creauit & pronunciauit, magnificoq́ diplomate communiuit. Ferdinandus verò II. Rom. Imper. ſemper Auguſtus, eundem inter Sacri Romani Imperij Principes adſcripſit & connumerauit, & ab Electoribus in Comitijs Ratisbonenſibus, ſuſceptum & ratificatum gratulatus eſt. In cuius rei memoriam æternam, vtraq́ Priuilegia inſero.

Breue Summi Pontificis VRBANI VIII.

ROmanus Pontifex, Altiſſimi Regum Regis, & Dominantium Domini, in terris Vicesgerens, inter grauiſſimas curas, quibus aſſiduè premitur, hanc quoque ſollicitudinem peculiari ſtudio ſuſcipere conſueuit, vt Viri generis Nobilitate, & meritis præſtantes, præſertim terras, & caſtra poſſidentes, Caſtrorum huiuſmodi intuitu, honoribus, & titulis ſua, & Sedis Apoſtolicæ benignitate decorentur, quo ipſi hoc beneficio deuincti, & in deuotione, & fide erga eandem Sedem ſynceré perſiſtant, ac eorum exemplo alij ad ſimilia præmia promerenda inducantur. Hinc eſt quod Nos, vt Terra, ſeu Oppidum de Oſſolino Cracouien. Diœces. quæ ſeu quod ſicut accepimus, ad dilectum filium Nobilem Virum Georgium Oſſolinſki Comitem de Tenczyn, ac Curiæ Regni Poloniæ Theſaurarium, nec non chariſſimi in Chriſto Filij Noſtri Vladiſlai Poloniæ & Sueciæ Regis Illuſtris, ad Nos, & Sedem Apoſtolicam Oratorem ſpectat, digniori titulo decoretur, ac tam dicto Georgio, quam eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcunque, dictæ Terræ Oſſolin, in temporalibus Dominijs, meritorum tamen ipſius Georgij intuitu, dignitatum, & honorum acceſſio fiat, opportunè prouidere, ac eundem Georgium ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis Excommunicationis ſuſpen. & interdicti, alijsq́; Eccleſiaſticis ſententijs contra eum, & pœnis à Iure, vel ab homine, quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodatus exiſtit, ad effectū præſentium duntaxat cōſequendum, harum ſerie abſoluentes, & abſolutum fore cenſentes. Supplicationibus Nobis per dilectum Filium Noſtrum Franciſcum S. Laurentij in Damaſo Diaconum, Cardinalem Barberinum nuncupatum, S.R.E. Vicecancellarium, Noſtrum ſecundum carnem ex fratre germano Nepotem, ſuper hoc humiliter porrectis, inclinati, Apoſtolica authoritate, tenore præſentium, Terram Oſſolini præfatam, per ipſum Georgium vt probatur poſſeſſam, cum ſuo Territorio, Diſtrictu, Iuriſdictione, dominio, Vaſallis, Vaſallagijs, locis, Villis, terris, prædijs, poſſeſſionibus, Iuribus, & pertinentijs vniuerſis, prout ad Georgium præfatum, de iure legitimè ſpectant, illorum omnium ſituationes, qualitates, quantitates, confines, denominationes, & veros annuos valores, ac Familiæ dicti Georgij titulos, præſentibus pro expreſſis habentes, in nobilem & antiquum Ducatum, pro dicto Georgio, & de eius Familia, in Terra huiuſmodi, ſucceſſoribus quibuſcunque dicta Terræ Dominijs, ita tamen vt ex illis, de præfata Familia, ille duntaxat huiuſmodi Ducatus titulo fruatur, & gaudeat, qui pro tempore erit Dominus præfati Oppidi, ſeu Terræ Oſſolini, quæ Ducatus erectio facta ſit, & cenſeatur cum omnibus &

bus & ſingulis Priuilegijs, exemptionibus, facultatibus, immũnitatibus, prærogatiuis, præeminentijſq; antelationibus, fauoribus, gratijs, indultis, & inſignibus, alijs Ducibus, & quantumuis antiquis Nobilibus & Illuſtribus de iure, vſu, conſuetudine, aut priuilegio Apoſtolico ſeu Imperiali, vel Regali poteſtate, vel alias quomodolibet conceſſis & permiſſis, ſine tamen alicuius præiudicio, Apoſtolica authoritate tenore præſentium erigimus, & inſtituimus, ac Ducatus; nec non Georgium & Succeſſores præfatos Ducis nominibus, titulis, dignitatibus, prærogatiuis, & honoribus, inſignimus, & decoramus; nec non dictum Georgium, eiuſq; Succeſſores præfatos, vt ſupra Terræ præfatæ Duces creamus, facimus, conſtituimus, & deputamus, ac aliorum Ducum, etiam antiquorum numero, & conſortio fauorabiliter aggregamus, ac de Ducatu huiuſmodi inueſtimus, illiq; & illis, de more benedicimus. Inſuper Georgio, ac eius Succeſſoribus præfatis, quòd in omnibus & ſingulis, ac quibuſcunq; edictis, proclamationibus, ſeſſionibus, proceſſionibus, Congregationibus, Conuentibus, pompis, conſilijs, cæteriſq; actibus publicis & priuatis, tàm in ſtatu Eccleſiaſtico, quàm extra illum, vbilibet gentium, ac etiam in quibuſcunq; locis, prouincijs, regionibus, etiam Tranſalpinis, & tranſmarinis, & in Romani Pontif. Imperatorũ, Regum, Ducum, vel quorumuis Principum & aliorum Curijs, Conſpectibus, & præſentijs Georgius, eiuſq; Succeſſores præfati, veri & indubitati Duces ſint, & habeantur, denominentur, reputentur & cenſeantur, ipſique ſe tales appellare, nominare, & inſcribere, ac ab alijs cum effectu haberi, teneri, reputari, & nominari facere, armaq; & inſignia, à ſimilibus Ducibus deferri ſolita, etiam cum Corona aurea gemmis ornata habere, & publicè ſeu priuatim, vbique deferre & geſtare; nec non præfatis, ac omnibus & ſingulis alijs Ducum inſignijs, titulis, gradibus, dignitatibus, priuilegijs, immunitatibus, prærogatiuis, antelationibus, præeminentijs, facultatibus, indultis, gratijs, iuriſdictionibus, vaſallagijs, & cæteris iuribus, quibus alij veri Duces quantumuis antiqui Nobiles & Illuſtres, tàm Pontificij quàm Imperiales, & Regij de iure, conſuetudine, priuilegio, aut alias quomodolibet, vtuntur, potiuntur, & gaudent; ac vti, potiri, & gaudere poſſunt, & poterunt, quomodolibet in futurum, quæ omnia etiamſi ſpeciali nota digna eſſent, præſentibus pro expreſſis haberi volumus, in omnibus & per omnia, non ſolùm ad eorum inſtar, ſed pariformiter, ac æquè principaliter, abſq; vlla prorſus differentia, vti, potiri, & gaudere, liberè & licitè poſſint & valeant, etiam abſque vlla à nobis ſeu præfata Sede habita, & obtenta licentia pariter concedimus, & indulgemus. Præterea in virtute Sanctæ obedientiæ, ac ſub indignationis noſtræ pœna, præcipimus & mandamus dilectis filijs, noſtro Hyppolito Sancti Angeli in foro Piſcium Diacono, Cardinali Aldobrandino nuncupato moderno, & pro tempore exiſtenti, eiuſdem S. R. E. Camerario, & Cameræ Apoſtolicæ Præſidentibus Clericis, nec non quibuſcunq; Legatis, etiam de Latere, & Nuntijs Apoſtolicis, vbicunq; locorum exiſtentibus, ac etiam eiuſdem Ducatus Vniuerſitatibus, habitatoribus, incolis, vaſallis, & ſubditis, quatenus Hyppolitus videlicet Cardinalis & pro tempore Camerarius, Præſidentes & Clerici, Georgium eiuſq; Succeſſores præfatos, vti veros Duces honorent, & agnoſcant, ac ab alijs honorari, & agnoſci faciant, & mandent. Vniuerſitas verò, vaſalli atq; incolæ, & ſubditi præfati, illis tanquam veris eorum Ducibus, de cætero obedire, ac homagij & fidelitatis debitæ, aliaq; iuramenta, ſeruitia & iura, exhiberi ſolita, præſtare & exhibere debeant. Ac demum hortamur omnes & ſingulos, Imperiali, Regali, Ducali, Marchionali, aut alia quacunq; ſuperioritate fungentes, vt Georgium & alios præfatos, ſi opus ſit, ad Ducatus honores, gradus, & dignitates, aliaq; præmiſſa vbiq; recipiant, & admittant: illiſq; in eo auxilium & fauorem præſtẽt, nec deſuper à quoquam quouis quæſito colore, aut præ-

textu directè vel indirectè moleſtari, perturbari, vel inquietari, permittant. Decernentes nihilominus propter mutationem & alterationem ſtatus, de ſimplici dominio terræ huiuſmodi, vt ſupra in Ducatum & alia præmiſſa, per nos ordinata, nullum omninò præiudicium, aut onus Terræ præfatæ, eiuſq; membris, annexis, pertinentijs, nec non Georgio eiuſq; Succeſſoribus, Vniuerſitati incolis, habitatoribus, vaſallis, & ſubditis præfatis illatum, adiectum aut impoſitum, illorumq; omnium Priuilegia, immunitates, facultates, gratias, inueſtituras, ſi quæ ſint & conceſſiones ac iura nullatenus imminuta, alterata, abrogata, aut quoquo modo aucta vel imminuta, nullamq; iuriſdictionem, imperium merum aut mixtum, Georgio, & alijs huiuſmodi, præterea, quæ ante præſentem erectionem habebant, attributam, aut attributam cenſeri poſſe, ſed ſalua & illæſa ſemper fore & eſſe, ac in ſuo robore permanere, & tantummodo nouum titulum, nouamq; dignitatem, & honorem, adiecta & cumulata; nihil autem de vltimo ſtatu, & natura, in qua nuper ante præſentem noſtram conceſſionē erant. detractum aut imminutum eſſe, &c. Datum Romæ apud S. Petrum ſub annulo Piſcatoris, die xxiii. Decembris. M.DC.XXX.III. Pontificatus Noſtro anno xi. M. A. Maraldus.

Diploma Romani Imperatoris FERDINANDI II.

Ferdinandus II. Diuina fauente Clementia Electus Romamorum Imperator ſemper Auguſtus, ac Germaniæ, Hungariæ, Bohemiæ, Dalmatiæ, Croatiæ, Sclauoniæ Rex, Archidux Auſtriæ, Dux Burgundiæ, Brabantiæ, Styriæ, Carynthiæ, Carniolæ, Marchio Morauiæ, Dux Licemburgiæ, ac ſuperioris & inferioris Syleſiæ, Virtembergæ & Teckæ, Princeps Sueuiæ, Comes Habſpurgi, Tyrolis, Ferretis, Kyburgi, & Gorytiæ, Landtgrauius, Alſatiæ, Marchio S. Rom. Imp. Burgouiæ ac ſuperioris & inferioris Luſatiæ Dominus, Marchiæ Sclauonicæ, Portus Naonis & Salinarum.

Illuſtri ſyncerè Nobis dilecto, Georgio Oſſolinio Comiti in Tęczyn, Theſaurario Curiæ Regni Pol. Capit. Bydgoſtień. Pilzneń. Ryceń. nec non Sereniſſimi Pol. & Sueciæ Regis Vladislai Camerario intimo, & Legato ad Summum Pontificem, ac Sedem Apoſtolicam Extraordinario, gratiam Noſtram Cæſaream & omne bonum.

Etſi Nos pro innata Nobis benignitate clementiaque Summi ac immortalis DEI, qui cæleſtis ſuæ liberalitatis theſauros, in vniuerſum hominum genus largiſſimè effundit, exemplo, poſtquam ab ipſius Diuina Maieſtate ad Maieſtatem hanc humanam, & excelſi Throni Imperialis ſolium euecti ſumus hoc in primis curæ habemus, vt munificentia Noſtra in quoſcunq; hominum ordines, quorum id virtus & fides mereantur, ampliſſimè extendatur exerceaturq; ? Omninò tamen decere exiſtimamus, vt diligens & accurata habeatur ratio, quo præmia vnicuiq; & honores dignitateſque, pro cuiuſq; meritis debito diſcrimine conferantur; vt ſcilicet vnus ab altero, quibuſdam quaſi gradibus diſtinguatur, & qui clariore loco nati, Nobilitatem à maioribus acceptam, nobilibus & præclaris actionibus, ac virtutum ſtudijs, pro Patria, pro Principibus ſuis, pro Repub. ſtrenuè laborando, magis magiſq; illuſtrant, ampliori honoris & dignitatis præeminentia decorentur: ſic enim ratio æquitatis & juſtitiæ habetur, & reliqui mortales ad honeſtiſſimum virtutis & gloriæ certamen pulcherrimis exemplis prouocantur. Conſiderantes igitur Georgi Oſſolini Comes in Tęczyn, non iam antiquiſſimi generis decus, & ſplendorem, quo Maiores tui, iam olim in Regno Poloniæ, inſigni cum nominis fama floruerint, ſemperq; cum primoribus eius Regni familijs concertauerint, ſed proprias dotes ac virtutes Tuas, quibus ſupra omnem Tuorum modum, iam pridem

Terra-

Terrarum Orbi, ac imprimis Nobis ipſis innotuiſti, quippè qui ab illo iam tempore, quo poſitis, in Vniuerſitate Archiducali Ciuitatis Noſtræ Græcenſis, literarum fundamentis, ac iam tum præclaris editis virtutum ac ingenij documentis: cum deinde laudabilium ſtudiorum tuorum curſum tenueris, vt tametſi in magno omnino, apud omnes honore; apud inclytos verò Reges Poloniæ & Sueciæ, quondam Sereniſſimum Sigiſmundum affinem Noſtrum chariſſimum felicis recordationis, eumq́ue qui nunc rerum feliciter potitur, Sereniſſimum Vladislaum Nepotem Noſtrum item chariſſimum in dignatione ſis ac fueris: ob eam tamen prudentiam, rerumq́; gerendarum dexteritatem, ac alia præclara dona Tua, quæ iam alias, tum nupero ad Summum Pontificem, Sanctamq́; Sedem Apoſtolicam, nomine dicti Sereniſſimi Regis Tui, ac Regni Poloniæ, Legati obito munere, præcipuâ cum laude Tua demonſtraris: non minùs à Nobis, quàm communi omnium iudicio, Maioribus omnibus honoribus, ac dignitatibus ſuſtinendis, ac adimplendis idoneus iudiceris. Benignè etiam perpendentes, ſingulare deuotionis erga Nos, & Sacrum Romanum Imperium, Auguſtamq́; Domum Noſtram Auſtriacam ſtudium, quod inde à prima ætate præterferre, ac comprobare dignoſceris, confiſiq́; omninò, te ab illo laudabilium actionum tuarum curſu, non modò non receſſurum, ſed in poſterum te ipſum quoq́; ſuperaturum, & exemplum poſteris, quod imitentur relicturum ſis. Hinc eſt quod Te dignum iudicauimus, in quem ſingulare, ac eximium quoddam munificentiæ Noſtræ Auguſtalis documentum, quòd Tibi ac toti poſteritati Tuæ legittimæ, perpetuo honori, ac ornamento eſſet, conſecrandum ſtatuerimus. Motu itaque proprio, ex certa noſtra ſcientia, animo benè deliberato, ac ſano Principum, Comitum, Procerum, Baronum, ac noſtrorum, & Imperij Sacri fidelium dilectorum, accedente conſilio, eâq́; qua fungimur Cæſarea poteſtatis & authoritatis plenitudine. In Nomine DEI Omnipotentis, quem Principatuum, honorum, & dignitatum, fontem inexhauſtum, & primam ſcaturiginem agnoſcimus. Te Illuſtrem Georgivm Ossolinivm Comitem in Tenczyn, Tuoſq́; liberos hæredes & deſcendentes legitimos, vtriuſq́; ſexus, in veros Sacri Romani Imperij Principes, & ad titulum atq́; dignitatem Principatus Imperialis ereximus, exaltauimus, ac ſublimauimus, aliorumq́; Noſtrorum, & Sacri Imperij Principum numero, cætui & conſortio aggregauimus, prout per præſentes erigimus, exaltamus, ſublimamus, & aggregamus. Decernentes & hoc Noſtro Cæſareo edicto firmiſſimè ſtatuentes, vt poſthac perpetuis futuris temporibus, ſupradictè Illuſtris Georgi Oſſolini, Comes in Tenczyn, Tuiq́; hæredes, ac deſcendentes legittimi, virtute huius Noſtræ Erectionis, exaltationis, ſublimationis, & aggregationis, ab hac hora in perpetuum nominemini, nuncupemini, & reputemini, tàm in ſcriptis, quàm viua voce, aut alias quotieſcunque, ſeu quomodolibet veſtrum mentio facienda erit. Imperij Sacri Principes, ſaluis tamen, & in ſtatu permanentibus, antiquis & genuinis veſtris titulis & dignitatibus per manus acceptis, vtq́; tanquam Imperij Principes, proximè aſſideatis alijs Principibus, Sacri Imperij induti ac veſtiti eorundem Principum in ſolennibus vſitato amictu, & in actibus, vbi moris eſt, omnibuſq́; & ſingulis honoribus, dignitatibus, prærogatiuis, exemptionibus, præeminentijs, libertatibus, Iuribus, priuilegijs, inſignibus gratijs, indultis Regalibus, & alijs quibuſcunq́; in iudicio, & extra, in omnibus ſtatutis, rebus, & cauſis, tàm ſpiritualibus, quàm temporalibus, Eccleſiaſticis & prophanis ſeſſionibus, & alias vbiq́; & in locis omnibus gaudere, vti, ac frui, debeatis ac poſſitis, quibus alij Noſtri, ac Sacr. Rom. Imp. Principes, per idem Romanum Imperium, & vbiq́; locorum, & Terrarum, in dandis & recipiendis Iuribus, conferendiſq́; & ſuſcipiendis Feudis, & in alijs omnibus, ac ſingulis, ad Illuſtrem ſtatum, & conditionem Principum ſpectantibus, gaudent, vtun-

tur, fruuntur, & potiuntur: & hactenus gauiſi, vſi ac potiti ſunt, quomodolibet, conſuetudine vel de iure. Prætati tamen Sereniſſimi Regis Poloniæ iuribus, ac ſuperioritatibus ſemper illæſis, & ſaluis. Quocirca ſerio & expreſsè mandamus vniuerſis & ſingulis Electoribus, alijsq; Sacri Rom. Imp. Principibus, Eccleſiaſticis & ſæcularibus, Archiepiſcopis, Epiſcopis, Ducibus, Marchionibus, Comitibus, Baronibus, Militibus, Nobilibus, & Ignobilibus, Clientibus, & Capitaneis, Vicedominis, Præfectis, Magiſtratibus, Procuratoribus, Officialibus, Quæſtoribus, Ciuium Magiſtris, Iudicibus, Conſulibus, Heroaldis, Caduceatoribus, Ciuibus, Municipijs, & omnibus deniq; Noſtris, & Sac. Rom Imperij ſubditis, & fidelibus dilectis, cuiuſcunq; ſtatus, gradus, ordinis, dignitatis, aut præeminentiæ exiſtant; vt Te ſupradictum Illuſtrem GEORGIVM OSSOLINIVM Comitem in Tęczyn, dictosq; Tuos hæredes, & deſcendentes legittimos, in infinitum, ex hoc tempore in futurum ac perpetuo, pro Principibus Imperij reputent, & honorent: Vosq; Principes Imperij nominent, dictisq; Priuilegijs, Iuribus, Inſignibus, Regalibus, præeminentijs, Exemptionibus, prærogatiuis, gratijs, & indultis, liberè, pacificè, & ſine omni impedimento ac moleſtatione, gaudere, vti, frui, & potiri ſinant, nec aliquo pacto, in ijs impediant, ſeu perturbent, ſed potiùs tueantur, manuteneant atq; defendant, neque contrarium faciant, fieriuè quouis modo permittant. Quatenus Noſtram, & Sacri Imperij indignationem grauiſſimam, & Quingentar. Marcar. auri puri mulctam, pro dimidia Imperiali fiſco ſeu ærario Noſtro, pro reliqua verò parte iniuriam paſſi, aut paſſorum vſibus, toties quoties contrauentum fuerit, omni ſpe veniæ ſublatâ, applicandam, euitare voluerint. Quod hocce diplomate Noſtro Imperiali manu propria ſubſcripto, & Bullæ Noſtræ Cæſareæ, appenſione munito teſtatum volumus. Datum in Ciuitate Noſtra Viennæ, die 20. menſis Ianuarij. Anno Domini 1634. Regnorum Noſtrorum Romani 15. Hungarici 16. Bohemici verò 17. FERDINANDVS.

Anſelmus Caſimirus
Archiepiſcopus Moguntinus.
Vt PH. à Stralendorff. mpp.

Et quoniam tàm illuſtris viri dignitas, quam Sac. Rom. Eccleſia, & Imperator. S. Auguſt. extulerunt, & Familiæ quam illi magnis encomiis & ſingulari omine adornarunt, omnibus honori & admirationi eſt: Ideo alij gratitudinis ergo ſui debitum reddiderunt honorem, alij plurimis laudibus virum honorarunt, inter cæteros Academicus Crac: de illo tale in lucem edidit elogium.

Sarmaticos inter Proceres digniſſime Princeps,
Atq; Oſſolinij Pompa Ducalis agri.
Et Regi incolumen qui Te, Tuaq; omnia fundit,
Et pace & bello maxime Gentis amor.
O quàm Te memorem? Tibi vel quæ Encomia dicant?
Quam tenues Muſas in Tua geſta fero?
Omnis doctrinæ, & cuiuſq; idiomatis auſpex
Et Fama es: Famam hinc totius Orbis habes.
Quis timeat cætus, formidet & hoſtica tela.
Aſcia eſt, hæc nobis tuta habitacla ſtruit.
Aſcia, Sarmatiæ tutus quâq; integer orbis,
Poſſit & amiſſum mundo aparire decus.
Per hanc nil poterit terræ nocuiſſe paternæ,
Per hanc antiquius Gens Tua nomen habet.
Stemma Tibi hoc decori eſt; ornat Te Sanguinis Ordo,
A quo & Cæſareum vertice germen habes.

Et vali-

Et validos artus, & maieſtate tremendos
Herois vultus, Regia cuncta putes.
Congrua forma viro, facundia digna Stratego:
In ſummâ, quicquid dixero nihil ſat erit.
Quiq; idem vario rerum limatus ab vſu,
Dux, Princeps, Miles, conſilio, arte, manu.
Perge ergo Tua vota & ſpes implere Tuorum,
Succeſſus ſtupeat Lechus vt ipſe Tuos.

Et Pater Albertus Piglowſki Societatis IESV in ſuo Centenario.

GEORGIVS OSSOLINSKI.

Naturæ hunc decus
Iure dixeris
Experta in eo, quidquid patuit
Claritudo, eloquentia, prudentia ſumma
Tam bonam matrem optimus filius
Auguſtiſſimâ virtute perfecit.
Illam prompturus Orbi, Orbis theatrum habuit
Dignus Romanâ luce
Qui latere neſciret in Patria
Pro FERDINANDO Tertio Legatus Ratisbonam
Et Imperatoribus imperia depoſcere.
Et ad CHRISTI Vicarij pedes.
Regum coronas deponere ſe ſcire probauit.
Tantam magnitudinem
Inſigni humanitate decorauit.
Minimæ Societatis IESV Mecænas maximus
Eam dotauit Bidgoſtiæ,

Et quia tanto viro ætatem conſumere ſine ſacramento matrimonij nedum fatale, ſed etiam vitium Atheiſtarum eſſet, placuit in honorem Maieſtatis Diuinæ & Familiæ procreationem cum Iſabella de Zurow Nicolai Danilowicz Theſaurarij Regni filia iuramenta coniugij ſtabilire, & ſuſcepit magnæ ſpei deſideratam prolem, Franciſcum Capitaneum Bidgoſtien. & Lubacouien. & tres filias, quarum maior natu Helena Tecla, Alexandro Lubomirſki Comiti in Wiſnicz Capitaneo Sendomirien. & Zatorien. Sereniſſimæ Reginæ Pocillatori nupta eſt, aliæ verò duæ Anna Tereſſia, & Vrſula Brigitta, adhuc dum innuptæ ſponſæ tamen: Illa Sigiſmundo S. R. Imp. Comiti à Donhoff Sokalien. & Boleslauien. Hæc Samueli Kalinowſki Domino in Vſiatyn Braclauien. Lityneń. Lubacouien. Gubernatoribus deſtinatæ. Quibus illud Orphei & Temoclis apud Stob. ſerm. 79. ad conſeruandam perennem Familiæ lineam ceu quoddam antidotum offerro:

Iuppiter inſpicit illos qui colunt iura parentum
Et qui negligunt præ animi imprudentia
At illis quidem benignus & mitis bona largitur,
His verò inſenſus indignatur per furias.
Sunt enim vehementes in terra parentum furiæ.
Qui ergo patrem timet ac reueretur,
Hic in bonum ciuem euadet procul dubio
Et hoſtibus incommodare poterit.

Zegotij

Zegotij *in Cracouień. Palat. magnæ antiquitatis & magni nominis viri, quorum poſteritas quia in tempora & tempora perdurat, iam vltra quingentos annos Zegotorum nomen ſcripta & Hiſtoriæ circumferunt. Anno* 1242. *Conrado Maſouiæ oppugnante Sendomiriam & Cracouiam, eò quòd in Principem non ille ſed Boleslaus Caluus Henrici occiſi a Tartaris filius electus eſſet, Zegota Toporeus fauens Conrado legitur.* Bielſc fol. 169. Cromer. fol. 146.

Zegota Toporeus Cracouień. Palat. armorum Topor ſub Leſchone nigro exercituum Præſes vnà cum Ianuſio Palat. Sendomirień. armorum Iáuiná in bello cum Lituanis Anno 1283. Crom. fol. 174. 176.

Zegota de Morauica Toporeus Vexillifer Cracouień. in bello contra Cruciferos & Pruthenos Lokietconis Regis victorioſo occubuit Anno 1331. *in die S. Stanislai, ait* Bielſc. Cromer. *Caſtell. Cracouień. nominat. Dicit autem quod tunc cæſi fuerunt* 20 *millia Cruciferúm, ex noſtris autem* 30. *vel* 50. *perſonæ.*

Zegota cum Otta vterq; Toporei Epiſcopum Paulum captiuauerunt; & in Syradiam deduxerunt, Anno 1271. *Sed hi mutatione armorum a Toporeis ipſis puniti. Tranſierunt poſtmodum in Opolienſem Ducatum, atque ibi domicilia ſua conſtituerunt.* Dlugoſſ. ſub eodem anno. *Et inde campus diuerſus à ſanguineo in Toporis habet ortum in Sendomirień. & Cracouień. Palatinatibus, vnde illi venditis poſſeſſionibus receſſerant.*

Zegota ſeu Szegota Vexillifer Nouogrodenſis Tribunus Cracouienſis præſens ad diuiſionem bonorum per Spitkonem Palat. & Capitaneum Cracouień. factam inter Zaklikam Cancell. Aulæ Regalis Regni Poloniæ ab vna, & inter Spitkonem Pincernam Sendomirień. atq; filium eius Gregorium ob altera Anno 1396. *Tenent hoc priuilegium D. Petrus Zaklika & eius Succeſſores. Modernis temporibus germani fratres Zegotkij de Podſtole, in Siradień Palatinatu. Stanislaus, Ioannes, Albertus, Paulus, & Adamus. Patrueles autem horum fratres notant familiam ſuam à Milakow & à vulgo vocantur Milakowſcij, Chriſtophorus, Stephanus, & Stanislaus. Ex his Zegotijs aliqui tranſierunt in Volhyniam. Militando namq; in confinibus, tandem ſibi elegerunt & conſtituerunt domicilia in Volhinia. Ab vno illorum erat miles, poſtmodum factus religioſus S. Dominici Nicolaus extitit proficuus in Ordine, qui in Kodak prima fundatione tàm Oppidi, quàm propugnaculi Regni à Turcis & Tartaris fundatis per Sereniſſ. VLADISLAVM IV. & Rempub. Eccleſiæ quoq; & Ordinis Præd. erat primus Vicarius atq; ibidem quieſcit Germanus ſuus miles Hieronymus cum Kleſczowſki & alijs in varijs expeditionibus in Pruſſia, contra Tartaros & Coſacos.*

Pileccij, *hæredes in Iáblonna Toporei deſcendunt ab Andrea Palatino Crac: filio Zegotæ Palat. item Crac: qui cognominatus fuit Comes de Pileá, & inde ab eo deſcendentes denominati fuerunt Pileccij. Hunc Andream Acta Terræ Crac: in Anno* 1335. *referunt, & priuilegium Monaſterij Andrcouień: in hac verba:* Præſentibus his teſtibus Iaſcone de Melſtyn Caſtell. Crac: Andrea de Pilca Palat.

Palat. ibidem, Ioanne de Számotuły Cancellario Regni, Krzywoſądone Succamer. Crac: & alijs multis fide dignis Anno 1336. *Datum per manus Zbignei Præpoſiti & Cancell. Crac: tempore Caſimiri Magni, is erecto Xenodochio S. Spiritus certas villas inſcripſit, vt pote Krowodrza, & alia in tractu Pilecenſi. Reliquit filios Ianuſium Caſtell. Sendomir. & Martinum Caſtell. Zawichoſten. & Sandiuogium Pincernam Cracouienſem.*

Otto Comes in Pilcá Palat. Sendomir. filius Zegotæ Palat. Crac. vnà cum Arce dicta Smolen hæres, filiam ſuam Helſabetham quam vnicam tantum habuit, Vincentio Granouio de armis Leliwá Generali maioris Poloniæ deſponſante, Melſtinio Caſtell. Crac. in matrimonium contulit Anno 1340. Dlugoſ. Tomo 2. Bielſc. lib. 2. de hoc Cromerus lib: 12. Anno 1349. ita ſcribit: *Ottonem Pileciumgente Toporum Palatinum & Præfectum Sandomir. &c. Idem eundem Prædislai Goluchouij ſucceſſorem in Præfecturam Maioris Poloniæ commemoret. Homo ſplendidus & liberalis, vt quemq; de nobilitate factioſiſſimum, & ſibi maximè aduerſarium eſſe nouerat, ita os eius comitate & munificentia ſua primum obſtruxit, hic aliquanto pacatius deinde imperium eius ferri cæptum. Hoc munere poſtea Generalis Adminiſtrationis ceſſit Sandiuogio de Subin fratri ſuo patrueli, qui in Maiori Polonia plurimas tenebat poſſeſſiones. Eiuſdem Ottonis meminit* Dlugoſ. Tomo 2. Anno 1376. *inter ſeptem vexilli Topororum. Hic in templo Sanctiſſimæ Trinitatis Cracouiæ, requieſcit vnà cum Andrea Palat. Crac, fratre ſuo, relicta fundatione notabili, & cantato Sacro quotidiano, vt Conuentus Cracouienſis declarat.*

Helſabeth filia Ottonis memorata, Granouioq; in matrimonium collocata, vidua derelicta vti ad ſumma quæque è tantis Parentibus nata & educata, tandem fit poſtea Regina Pol. Vladislai Iagellonis conſors, & ab Ioanne Rzeſſouio Archiepiſcopo Leopolien. in Conuentu Generali Crac: coronata, Anno 1416. Dlugoſ. Tomo 2. *Hæc Filio ſuo Vincentio Granouio de ſtemmate Leliwá, impetrauerat à Rege, vt Comitis titulo de Pilcá ex maternis bonis ſibi aſſumpto frueretur. Sed quoniam multi Senatorum huic petitioni eius inſtantibus Toporiis erant contrarij, quapropter Comitatus eius per Albertum Iáſtrzębiec Epiſcopum Crac. & Cancell. Regni, infectus & abrogatus fuit.* Dlugoſ. Tomo 2. Miechouita lib: 4. *Attamen occaſione bonorum Pilcá per Helſabetham memoratam de Gente Topororum in Familiam Granouiorum importatorum, cæperunt ijdem Granouij aſſumere nomen & titulum Pileciorum, reſpectu bonorum Pilcá, cum non eſſent verè de gente Pilecij ſed Granouij. Noui enim Pilecij ſtemmate Leliwá pro armis vtebantur ex Granouiis. Pilcá autem & hæredes eius antiqui Starza, alias Topor arma geſsére.* Bielſcius lib: 2. & 3. *Hæc Pilcam & alia plurima bona in Palat. Crac. ſita in Familiam Leliuarum tranſportauit, in Regio ſepulchro eſt funerata, in Arce Crac. in Capella Manſionariorum, quæ nunc Stephani Regis nuncupatur Anno* 1419. Miech. lib: 4.

Ianuſius de Pilca Caſtell. Sendomir. hæres in Iábłonna, Andreæ Palatini Crac.

filius. Ottonis Palatini & Præfecti Sandomir. germanus nepos. Is præſens aderat ad confirmanda priuilegia Monaſterij Sandomir. tempore Caſimiri Magni, cum Martino Caſtellano Zauichoſten. fratre ſuo, qui in eodem quoque priuilegio commemoratur in hæc verba: Præſentibus Venerabilibus, ac Generoſis viris, Ottone de Pilcá Palatino Sandomir. Ianuſio nepote illius ex fratre Caſtell. Sandomir. hærede in Iábłonna, Martino Caſtell. Záwichoſtenſi, hærede de Iábłonna, nec non alijs fide dignis Anno 1368. Datum per manus Domini Ioannis de Czarnkow Vicecancell. R. P. ſcripti m autem per Ioannem Canonicum Plocenſem Notarium Aulæ Noſtræ Regalis.

Sendiuogius de Pilcá Pincerna Crac. hæres de Iábłonna Andreæ filius tertius. Cuius priuilegium Monaſterij Sandomir. meminit his verbis: Præſentibus Venerabilibus, ac Generoſis Dño Sandiuogio de Subin, Capit. Crac. D. Sandiuogio nepote eius ex fratre, hærede de Iábłonna Pincerna Cracou: nec non alijs fide dignis Anno 1371. *Tempore Ludouici Poloniæ & Vngariæ Regis.*

Ioannes de Pilcá Caſtell. Sandomir. Ianuſij filius, hæres in Iábłonna. Hic in Palat. Syrad. cum circumuicinis poſſeſſionibus, accepit in ſortem Korytno in A. 1397,

Koryćinſcij *in Palat. Cracouien. familia, conſiliis fortis, militiæ flore vernantiſſima, ſingulari pietate fulgens, ac ardenti amore in Deum feruens, & ſunt propriè ſucceſſiores Pileccioꝛum deſcendentes à modo dicto Ioanne de Pilcá Caſtell. Sendomir. qui quia prædictum Korytno præ cæteris ad inhabitandum ſibi delegerat à vicinis ſuis primus Koryćinſki eſt dictus, vt Acta Terræ Siradien. & Priuilegia in Domo Koryćinſciorum referunt, & ab eo deſcendentes vſq; modo vocantur Koryćinſcij. Hic Ioannes de Pilcá Caſtell. Sendom. cum Catharina filia Ioannis de Leżenice, Palat. Maſouiæ de armis Nałęcz. reliquit filios Thomam, Matthiam, Iacobum & Ioannem.*

Thomas Koryćinſki, habuit filios Nicolaum & Andream, Ex his Nicolaus totus Marti deditus, ad confinia Regni (vbi militaris exercitij, atq; meritorum in Rempub. campus ſanguine & gladio renunciatur) ſeſe contulit, atque collectis trophæis domicilia quoq; in Pocutia primis cum bellatoribus contracta conſanguinitate conſtituit. Habuit conſortem primam Podphilipſcij filiam, ex qua ſuſceperat Florianum, alteram Potoccij Generalis Podoliæ Capit. Camenecen. filiam, ex hac ſuſcepit Iacobum eximium bellatorem, qui in Moſchouia maximam deduxit lauream, reliquit & filiam idem Nicolaus. Andreas verò alter filius Thomæ, reliquit filios tres & filias duas, Albertum Vexilliferum Halicien. qui in Podolia contra Tartaros & Moldauos pugnando, clarum Familiæ illuſtrauit nomen. Pocutienſis ora in poſteritate quoque ipſius famam celebrem venerata fuit. Stanislaum Aulicum Reginæ Iſabellæ, qui dum conceptum animum pugnandi pro Patria Domino conſecraſſet, fortiter & ſtrenuè cum hoſtibus Fidei Tartaris dimicauit, plurimos in captiuitatem excurrendo ad campos Tartaricos deduxit hoſtes, ſed cum obrutus à multitudine, poſtmodum

victor

victor hoſtium ſuccumbit captus, cuius auulſum caput in barbaricam terram deportarunt, & Nicolaum, hic excurſione Valachica in Podoliam nocte obieſſus occiſusq; fuit.

Matthias hæres in Korytno, & Iacobus, filij Ioannis ſteriles deceſſerunt.

Ioannes Koryćinſki Caſtell. Syradień. ſpectatæ virtutis, & ad negotia Patriæ eximiè diſpoſitus vir, reliquit filium Ianuſſium Caſtell. Zauichoſt. cum Barbara de Szydlowiec Stanislai Caſtell. Zarnouienſis filia.

Ianuſſius Koryćinſki Caſtell. Zauichoſt. Capit. Brzeznicen. Hic prudentia in rebus Patriæ, animi corporiſq; fortitudine in bello hoſtibus terribilis Præfectus copiarum in Podolia, Lithuania, & Pruſſia per annos quinquaginta, ciuibus verò Regni, ac Principi honorandus extitit. Reliquit Filios cum Dorothea Málecka Capit. Rauenſis filia, de armis Ielitá, Albertum & Nicolaum.

Albertus Koryćinſki Palat. Lancicien. Przedecen. Soleceń. Kłodauienſiſq; Capit. Ianuſij filius primus. Hic quantæ æſtimationis, virtutis, meritorum apud Principes & Reges fuerit, ipſa priuilegia, & collati honores ſole clarius teſtantur. Eius merita literæ Sigiſmundi I. ad recuperandam arcem Solecenſem cum attinentibus villis à Chriſtophoro Sobek datæ Anno 1544. denunciant. Is in Przedec Arcem è fundamentis extruxit. Extant in domo Koryćinſciorum hac de re Priuilegia, vixit Annis 58. Obijt Anno 1555. Hic cum Petronella Komorowſka de ſtemmate Korczak, Capit. Lancicień. filia, reliquit filias hæredes. Barbaram Kázánowſcij de armis Grzymálá conſortem, quæ progenuit Nicolaum Rothmag. Sereniſſ. Regis optimè meritum in caſtris, & quibuſuis expeditionibus Regni. Martinum Palat. Podoliæ, Ducem militiæ Regni Campeſtrem, Przedborſceń. Tlumacen. Nizinen. Bobuſláuicenſiſq; Capit. Hieronymum Vexilliferum Sandomir. Hæc eadem Kázánowſka cum alio marito Spitkone Zaluſio, Succamerario Rauenſi, Laurentium Zaluſki Dapiferum Rauenſem, & duas filias reliquit, Annam Vchanſcio Palatinidæ Plocenſi Przelaicenſi, Daugoſten. Capit. Inciſori Reginæ Annæ, Petronellam Pieniażek, Pocillatoris Terræ Crac. & Capitanei Neoſorień. conſortem, Catharinam Ioannis Moſzynſki Vexill. Syrad. conſortem, Zuſannam Matthiæ Zaluſki, quæ quidem filiæ in diuerſas familias tranſtulerunt, cum Korytno bona Koryćinſciorum.

Nicolaus Koryćinſki Caſtell. Zauichoſten. Ianuſſij filius tertius, contra Turcas in Vngaria ductor ſuæ legionis æquè formidabilis, ac ſtragibus magnis, ijſque crebris editis ad poſteritatem commemorabilis, vir cui temporibus ſuis vix par ad optima belli paciſq; meditanda & conſulenda, in Patria repertus fuit. Huic in coniugem obuenit Barbara Oleſnicka de armis & Familia Dembno, quæ fuit vidua relicta poſt Pilecium defunctum, Lublinen. Parcouien. Capit. de armis Leliwá, cum hac Præfecturam Pauonien. obtinuit, vixit Annis 63. Obijt Anno 1568. reliquit filios Nicolaum, Andream, & Ioannem, & filiam Annam, Alberti Giebultowſki Stephani Regis & Sigiſmundi III. Secretarij, viri in negotijs Reipub. optimè verſati conſortem.

Nicolaus Koryćinſki, Palat. Lancicien. ex fratre nepos, Nicolai 1. primus filius. Hic religionis amore, & meritis in Patriam nemini ſuerat ſecundus, omnibus acceptus, nulli moleſtus, iudicio & conſilio in negotiis Reipub. pollens, omnibus licet honoribus aptus, nullam tamen vnquam voluit ſuſcipere dignitatem, miſſasq; vltro oblataſq; conſtanter aſpernatus, præſertim Theſaurarij Regni officium, dignuſq; potius videri quàm illis potiri maluit, licet tamen procul à limine honorum eſſe vellet, vltrò à Regibus ad maxima negotia vocabatur. Auguſti & Stephani Regum Aulicus, in ſtylo, conſilio, vita, moribus, grauiſſimus, & nouitatum omnium Oſor acerrimus, Is ex Prowánowná Barbara de armis Columna, Troiani Prouannæ Capit. Bendzinen. filia, reliquit filios Chriſtophorum, Andream, Nicolaum, & filias duas, de quibus inferius. Ipſe plenus dierum, magno funere & luctu filiorum & amicorum, exceſſit A. 1615. Ætatis ſuæ 73.

Andreas hæres in Vdorz, reliquit filias. Ioannes verò ſterilis deceſſit.

Chriſtophorus Koryćinſki, Caſtellanus Woynicen. Gnieucouien. &c. Capit. Magni Legati multoties ſuſtinuit officium, vti ad Ioachimum Fridericum Electorem Brandeburgenſem, & Chriſtianum Electorem Saxoniæ Archiduces Auſtriæ. Sed & ad Matthiam Regem Vngariæ, ac Imperatorem Romanorum, denium ad Regem Hiſpaniæ Philippum III. idq; in magnis & arduis Reipub. negotiis, quas omnes legationes ita ſuſtinuit, vt eſſet legatis etiam exteris, abſolutiſſimum prudentiſſimi legati exemplar. In quibus obeundis actionibus etiam ſumptui proprio non pepercit. Imberbis prope adhuc tumultuante Patria, & in arma ciuilia rapta ſub Sandomirienſi Conuentu, ad factionem aduerſam Regi cum legatione miſſus Anno 1606. tanta orationis grauitate, & verborum delectu non vulgari vſus eſt, vt renuentium primum, deinde in verba eius intentorum, in ſeriam meditationem conſilij ſanioris, animos omnium componeret, & in admirationem ſui conuerteret, alioq; quam collimabant eorum conſilia deflecteret, in magniſq; Familiæ, & arduis negotiis more maiorum ipſius ſtaretur conſilio & iudicio. Hic talis tantuſq; vir obijt Anno 1636. Corpus depoſitum in Aluerno PP. Bernardinorum Monaſterio, Iudicis expectat vltimam ſententiam, cuius Monaſterij dum viueret, erat ipſe in propriis bonis hæreditariis fundator. Hic ex Anna Chlewicka de Domo Odrowąż reliquit filium Ioannem Gnieukouien. Capit. magnæ expectationis poſt tantum parentem filium, linguarumq; exercitio variarum gentium imbutum. Et Annam filiam nuptam poſt fata parentis Zbigneo Oleſnicki, nepoti ex ſorore germana, Illuſtr. D. Lubomirſki Palatini Crac. Opocznen. &c. Capit. de armis Dembno, ſunt & aliæ minorennes filiæ.

Andreas Korycinſki Caſtell. Vſlicenſis Nicolai filius ſecundus. Hic iteratis vicibus Iudicis Tribunalitij & Legati ſuſtinuit officium. Morum ſuauitate & candore conciuibus & vicinis notiſſimus, veritatis amantiſſimus, quare & munerum contemptor, qua in re extant eius ſingularia exempla dum publico

calculo

calculo applicaretur. Hic duxit in Coniugem Vrſulam Tyminſka de Idſienica hæredem de Domo Nalecz, habuitq; cum ea filios tres. Primum Alexandrum Aulicum Cubicularium S.R.M VLADISLAI IV. Hic primò in Aula Cæſarea FERDINANDI II. *ætate exoriente iecit morum eruditionis fundamenta. Deinde in Expeditionibus, Moſchouitica, Pruſſica, Turcica, in Martis negotia flexus, ſumptibus non vulgaribus, Patriæ, animi magnitudinem eſt conteſtatus in Annis* 1634. & 1635. *Vbi propè valetudine amiſſa, vxorem duxit Duciſſam Solomnecenſem Caſtellanam Smolenſcenſem. Vſeborium, qui ad hæc vſq; tempora in exteris nationibus peregrinatur.* Boguslaum Iuue*nem ſtudijs incumbentem magnæq; dum matuerit indolis. Sunt & filiæ è quibus* Helizabeth *deſponſata Christo in Sendomirienſi Monialium Monaſterio.*

Nicolaus Koryciñski Caſtell. Sadecenſis Oycouien. &c. Capitaneus. Nicolai *filius tertius. Hic ab anno vigeſimo, naturæ ipſius motu ductuq; ad Reipub. negotia animum ſerium & integrum adiecit. Nec deerat digna tantis negotijs & vox & facies, & morum grauitati cum ſuauitate mixtorum temperies, conuerſationi continuæ, & rebus gerendis aptiſsima, & rationi permixti accommulatili affectus: ita vt ipſum natura ad publicas rationes formaſſe videretur: tantaq; rationum pro parte affirmante vel negante copia, vt dum aliquid ab eo diceretur, intenta ora animoſque flexanimus Orator eo quo vellet deduceret. In expeditionibus publicis, ne & Togæ & Sago deeſſe videretur ſumptibus maximis non parcebat, vt patriæ hos, ſed etſi neceſſe eſſet, & vitam ipſam profunderet. Sub Chocimum primum in expeditione contra Oſmanum, nec non in alijs expeditionibus præſertim Leopolienſi. Sed maximè Electionis tempore, vt ſuum animum futuro Principi teſtaretur, quare in ſplendore & apparatu equeſtri pedeſtriq; inter primos primarioſq; ſingulariter enituit: legationibus continuo functus in Conuentibus priuatis in Prouincijs, quibus ſæpè cum Marſalci dignitate & præfuit & profuit, & publicis Varſauienſibus Comitijs ſingulari dexteritate verſabatur. Vbi & calculo publicò propè continuo admotus, & Oratorijs à publica Nobilitatis Corona functionibus ardua negotia perplexaque pro parte Reipub. vel diſcuſſit, vel legibus illuſtrauit. Adeo vt tota eius vita propè ab annis viginti nihil eſſet niſi continua legum formandarum & corrigendarum ratio. Vnde & ipſi debemus monetam prouentumq; monetarium à Rege Sigiſmundo III. Reipub. donatum & Academiæ ſui negotij promotionem, aliaq; abſque inuidia ſcribenda ac legenda. Reuiſiones bonorum publicorum. Deputati officium Radomiam, Rauamq;. Legati munus quod acta legationis teſtantur. A Rege* VLADISLAO *qui Marti per fortunæ ſimonios pacem raro in Anteceſſoribus exemplo conciliauit, nunc nobis feliciſſimè imperante, vti Regalis felicitatis & faſtigij candidato ad Senatum Equeſtremq; Legatum Nuncius magna inter nomina, pro impetranda Principi ſuo corona. Ruinam Oycouienſis Caſtri magno ſumptu reſtaurauit. Sepultuſque in ſepulchrali ad Diuum Stephanum hæreditario Cra-*

 couiæ.

coniæ. Obijt Anno 1637. *Is reliquit è Barbara Pukarzowſka de armis Sreniawá Fæmina lectiſſima filios, Nicolaum & Stephanum, & filiam vnam.*

Nicolaus Koryczinſki Capit. Oycouien. Aulicus Cubicularius S.R.M. VLADISLAI IV. qui in exteris nationibus in Belgica militia Martis vacabat per aliquot annos exercitio. Sub tempus Interregni & Electionis, paterno ſumptu leuioris armaturæ Equitibus fuit Præfectus. Nunc parentis veſtigijs inſiſtens qua liberalitate, qua alijs virtutibus in verum ciuem Patriæ ſurgit. Duxit in vxorem Heliſabetham de Kowalowy de armis Rádwan, fœminam moribus lectiſſimis, è qua tulit ſpem Familiæ proximam Nicolaum, Caſimirum.

Stephanus Koryćinſki, Dapifer Crac: Nicolai filius ſecundus. Qui in exteris nationibus linguarum literarumq; eruditioni opera data, vbi in Patriam redijt, paternis cogitationibus animum adiecit, duxitq; in vxorem Petronellam Gembicka Palatini Lanciciensis filiam, de armis Nałęcz. Ex filiabus vnica Barbara nupſit Ioanni Adamo de Smigred Stádnicki Procillatoris Palatinatus Crac: filio Caſtellani Præmislienſis, viro magnæ ſpei, & de Repub. optimè qua in Comitijs qua in Iudicijs merito. Porro Amita horum ſoror vero primi: Chriſtophori, Andreæ & Nicolai fuit, Regina in matrimonium locata Georgio Grodzinſki de armis Kuſſabá Colebienſi Capitaneo. Secunda vero Sophia nupſit Adriano Broniewſki de Dambrowicá, Magno Procuratori Arcis Crac. vtraq; fœmina raræ prudentiæ, magnæ pudicitiæ, maximæ ſanctitatis.

Iacobum Koryćinſki conſtitutiones in Anno 1607. *commemorant, qui per Annos* 50. *Rothmagiſtri officium ſtrenuè gerens, obtinuit pro meritis bona Regalia Zukow, laudo publico ad Annos quinquaginta.*

Ioannes Caſtell. Oſuiecimen reliquit cum Tarkowiecka & Męcinſka filios, Petrum Cracouien. Louicen. Pultouien. Canonicum, Præpoſitum Syradienſem. Nicolaum, qui in Maiori Polonia accepit in ſortem bona ſua. Stanislaum Pincernam Crac. hæredem in Zarki. Samuelem Aulicum S. R. M. Alexandrum Vexilliferum Crac. cui nupſit Sophia Zborowſka Alexandri Zborowſki, viri inſignis & de Republica bene meriti filia. Albertum Canonicum Crac. Præpoſitum Zarecen. & Ruſcenſem. Maximilianum virum bellicoſum, cohortis Illuſtriſſimi Thomæ Zamoſcij, R. P. Cancellarij ductorem & directorem ſtrenuum. Romanum, qui in militia verſatur, & nunc ſub Illuſtr. D. Stanislao Koniecpolſki, Caſtellano Cracouienſi Supremo Exercituum Duce ſtipendia meretur.

Zaklicij *Antiqua Familia à poſteris Szeciechorum deſcendens in lineam Ottonum, à quorum germano vt ex grauiſſimis Regni Hiſtoricis aperte habetur. Familiæ duæ Zaklikorum & Tarlonum meritis, titulis, & præmijs clariſſimæ progenitæ & propagatæ fuerunt.*

Zakliká *ex lumbis germani Ottonis de Sczekarzowice viri potentis in Regno armis, viribus & poſſeſſionibus emanauit.* Cromer. & Dlugoſſ. ante ipſum, ſub Anno 1351. *clarè de hoc referunt dicendo: Ottonis de Toporcorum Familia,*

Rex

Rex factus Iagello, bona Sczekarzowice procerum precibus exoratus, Zaklice Tarloni Ottonis Nepoti reddidiſſe. Hinc cum antiquitate harum duarum Familiarum conſiderandum venit, eandem eſſe Familiam Zaklikorum & Tarlonum & vnam ex alia proceſſiſſe. Succeſſu autem temporis Zaklikorum Familia à diuerſis bonis adnotarunt Familiam, nempè a Sczekarzowice Bielc. fol. 23'. *à Czyzow, à Miedzygorze, à Zakliczyn in Sendomirienſi terra, à Woyslawice, &c.*

Petrus Neorius filius Ottonis, Palat. Sendomirień. qui Caſimiri Regis Poloniæ priuilegium pro Plazijs datum Anno 1366. *vt ſupra poſuimus ſubſcripſit, vt teſtis præſens cum alijs. Huic filio Ioanni, Caſimirus Magnus ob præclara merita & fideles conatus in Senatu & Patria bona Miedzygorze* 1370. *contulerat in æuiternum ius & dominium.* Dlugoſſus, Bielſcius fol. 238. *Reliquit filium Ioannem, quem Palatinum fuiſſe Sendomirienſem* Paproc. in 2. Opere ponit. *Obſeruandum hic de Familia Zaklikorum erit, quod hoc nomen Zaklika, licet ante fuerat nomen proprium, ſicut iſta nomina quoque Przedbor, Iordan, Wladek, Troian, &c. Vnde Zakliká Abdak apud* Bielſc. folio 295. *Zaklikam, Korzekuiccium; attamen in cognomen nobilitatis in bello ad Coronouiam armorum Serokomlia, habet* Dlugoſſ. & Biell. fol. 307. *iam tractum ab antiquo fuerat. Quapropter dum in Hiſtoria Cromer. legitur, Zaklice Tarloni bona Sczekarzowice conceſſa, erit ſenſus, Nobili Zaklice Tarloni nuncupato conceſſa fuiſſe. Hinc acceſſorium cognomen ad Zaklikas Tarlonum proceſſiſſe, ex origine perquirere deductionem neceſſum erit. Et inde difficile diſcernere in Hiſtorijs & coniunctis nominibus Zaklika & Tarlo, de quo ſermo fuerit.*

Ioannes Zakliká Neorij Petri Palat. Sendomirień. filius, maiorum ſuorum obſeruator in virtute & fortitudine acerrimus, poſt ſpecialem familiæ actibus ſuis ornatum Caſtell. Cracouień. Adminiſtrator Cracouień. Sendomirień. Ruſſiæ Palatinatuum, vinculo coniugij adſtrictus, duas propagines fortuna & fortitudine celſas emiſit ſeculo, Nicolaum & Ioannem.

Nicolaus 1. *Ioannis Palat. Sendomir. filius. Tanta hic proceſſit magnificentia meritorum in patria, vt titulis & æquaret maiores & ſuperaret. Nam præter alios titulos in Regno ampliſſimos Cancellarij Regni honoratus authoritate. Patet ex decreto Spitkonis Palat. & Capit. Cracouień. Vbi bona diuiſit cum Zakliká Cancell. Regni & Pincerna Sendomirień. Spitkone & Gregorio filio eius,* 1396.

Ioannes alter filius Ioannis Palat. Sendomirien. & ipſe Palatinus. Hic nedum altis virtutibus & fortitudinis merito illuſtrauit Domum Zaklikorum, ſed etiã ob matrimonij iuramentum, induxit in familiam ingentes poſſeſſiones, ob quas à plurimis nouum quoq; retulit cognomen. Cum enim in conſortium ſuſcepiſſet Caſtellani Cracouienſis de Czyzow Liganzæ filiam Adminiſtratoris Terrarum Cracouien. Sendomirien. Lublinen. & Ruſſiæ, Czyzowſki appellatus fuit.

Quantus

Quantus hic vir fuerit in Regno & Republica, ipſa conſanguinitas contracta cum filia tanti viri indicat. Caſtell. Cracouienſis fuit. Reliquit filios Ioannem, & vt Cracouiæ Epitaph. dicit 1415. & Iacobum de Czyzow Zaklikam. Qui redditis patriæ claris obſequijs in caſtris, in Senatu prout decebat tantum virum magnis ex Parentibus natum, cum filia Caſtell. Crac. Warſſ. armorum Ráwicz contracto fœdere coniugali, reliquit Patriæ Hieronymum.

Hieronymus Iacobi hæres in Woyſławice, qui tantum nomen reliquit in Podolia, hæroicis factis comparatum, vt poſt multoties cæſos Tartaros cantum & carmina laudis, vulgus de illo occiniſſet. Tantæ verò probitatis fuit, vt collatum ſibi Palatinatum Sendomirienſem a Sigiſmundo Rege 1507. recipere noluerit dicens: Tractam ætatem pluribus incommodis in bello hoſtili & caſtris, quieti dandam in extremo hoc vitæ decurſu conſtitui. *Tenuit matrimonij vinculum cum Sieninſka Anna Caſtell. Camenecen. filia ſorore Archiep. Leopol. Reliquit filium Stanislaum & duas filias, Annam Koniecpolſcij Caſtell. Roſperſien. conſortem, & alteram Tęczynſcij Caſtell. tunc Polanecen. poſtmodum Crac. qui Andreæ Palat. Crac. & Ioannis Caſtell. Woynicien. erat progenitor.*

Stanislaus filius Hieronymi de Czyżow Caſtell. Polaniecen: grauis, prudens, & conſtans in negotijs Reipub. Senator. Et quod maximi nominis rem ipſe peperit eſt. Veritas, quam etiam Principi commendabat, ex Dorothea de Miechow armorum Ráwicz, ſuſcepit Sigiſmundum, Nicolaum, Stanislaum & Hieron.

Sigiſmundus 1. filius Stanislai Caſtell. Belzenſis. Hic multorum hominum vidit mores & vrbes cùm Germaniam, Galliam, Italiam peragraſſet, pluribusq; annis ibidem literas, dexteritatem, fortitudinem collegiſſet. Redijt demùm in Patriam, & auidus meritorum in Hungariam ad filium Regis Ioannem diſceſſit, & militarem aulicamq; aliquot annis continuauit, in Patria demùm Regis Auguſt. miles & Aulicus, ordinatum in ſucceſſibus morem per Comitia & Nuncia ad Ordines Regni obſeruauit, donec in Senatoriam per Polanecen. Caſtellaniam fuiſſet adnumeratus, ex Anna Koniecpolſka Capit. Vielunenſis filia reliquerat prolem, ſed minorennes deceſſerunt. Obijt Caſtell. Belzenſis.

Iacobus Zakliká, à quo ipſi Zaklicæ recta linea moderni procedunt ex Chocimowſka armorum Okſſa progenitus, & in aula Sigiſmundi educatus, poſt bellorum progreſſus, & Patriæ reddita obſequia, ex Szydłowiecka reliquit duos filios.

Andreas 1. filius Iacobi, & vt dicitur Caſtellani Sandomirienſis, qui dum Aulæ, Caſtrorum, Comitiorum Regni peregit inſtituta, poſt deceſſum parentis bonorum diuiſione cum fratre hæres in Miedzigorze, & Gerczyce in Sendomir. Palat. cum filia Marſchalci Regni Capit. Krepicenſis Wolſki, ſuſcepit ſacramentum matrimonij, ex qua procreauit filios Stanislaum, Hieronymum, Chriſtophorum, Ioannem, & filiam Heduigim. Quorum primi tres cum Duce Radziuilio Palat. Vilnen. Sierotká nuncupato, plurimas expeditiones in Moſchouia & ad Gedanum conſummarunt, vt verò redierunt bona partita inter ſe ſcri-

ſe ſcripto firmarunt. Stanislaus cum Lowieniecka Matthiæ filia, ex qua ſuſcepit filios 5. filias 6. Petrus ipſius filius, qui cum Oſtrorogio redderet adoleſcentem ætatem in multis bellicis expeditionibus etiam in Liuonia exacuit, demum in Moſchouiam cum Palat. Sendomirienſi diſceſſit, atq́; ibidem poſt captiuitatem ſeptem annis miles eximius extitit, vbi cum Chodkiewicz ad cuniculos è ſclopeto læſus pede mutilatus fuit, continuando tamen militarem cum Michaele Comite de Tarnow ad Chocimum, & in Pruſſia cum Palat. Crac: à Sereniſſ. Sigiſm. III. in aliqualem meritorum recompenſam florenos trecentos, ex Theſauro M. D. Lit. quotannis recepit 1613. & à Vladislao IV. Aduocatiam in Caſtell Sendomir. ſortitus fuit, tenuit matrimonium cum filia Stanislai Zborzynſki de Zborzyny armorum Łábęć, ex qua ſuſcepit Vladislaum & Alexandrum. Procopius frater Petri, miles egregius in Confinibus Regni, & ad Chotinum ſub ſignis Caſtell. Belzenſis Zoráwſki obijt. Alij in iuuentute deceſſerunt, ſorores horum Anna Málinowſcij, Heduigis Iacobi Sczepanowſcij conſortes, Suſanna ſanctimonialis S. Brigittæ.

Cum igitur lineam ex Andrea deduximus, ad alterū fratrem Andreæ, cuius nomen ignoratur deſcendendum venit. Ille cum Oſſolinſka Pal. Sendom. Amita tenuit matrimonium: & reliquit Ioannem, Paulum, Hieronymum & Nicolaum, omnes eximios milites & graues in Moſchouia ad Polociam & alibi. Ioannes cum Mieleccio miles ſtrenuus, cum Skotnicka armorum Bogorya ſuſcepit matrimonium, cum qua reliquit Andream, qui in aula Ducis in Oſtrog, poſtmodum apud Cancellarium Regni Kriſki educatus, miles ad Chotinum, demum Aulicus Vladislai IV. Poſt deceſſum verò conſortis primæ, ex familia Oſſolinſciorum, idem Andreas cum Iugoſſowſka habuit Ioannem, Sigiſm. Paulum, Iacobum & Gabrielem. Iacobus & Paulus milites cum Sieniáwſki Procopio ad Chotinum, ſed Paulus in Cecora cum Zołkieuio, in captiuitatem venit vulneratus, vbi redijt, iterum miles. Sigiſmundus in multis expeditionibus cum Chodkiewicz Gaſiowſki contra Succos, ibidem occubuit. Gabriel corona fratrum cum Czarniecki, cum Chmielecki, cum Zołkiewſki Luca in Pruſſia in pedibus mutilatus, remuneratus à Vladisl. IV. viuit. Nicolaus alter frater Ioannis natus ex Oſſolinſka, dum iuuentutem literis ornaſſet egregiis, vt decentiùs Patriæ offerre valeret obſequia, totum ſe & ſua caſtris militaribus applicauit, magnas expeditiones in Liuonia & contra Tartaros confecit, in Comitiis particularibus & Regni nomen & gloriam retulit, humanus & liberalis plurimorum amorem ſibi comparauit. Cum Eliſabeth Czerna armorum Nowiná tenuit matrimonium, & reliquit Nicolaum, qui poſt mortem parentis marti & bellonæ dedit manum, & quia humanitate nullus peccat vt dicitur, quia tamen ſibi plurimum nocet ſi nimia fuerit, multis annis in Rokoſſ & in Confinibus Regni præſtando militarem fidem, bona à Cancellario quondam relicta, vt in priuilegio nominauimus ſuperiùs obligauit, aliaq́; Burzynſcijs, Trzemeſciis vendidit. Erat vir iudicij magni, vnde reſpectus & authoritas conſeruata ſibi fuerant.

rant, ex Trzenieſka Barbara armorum Gozdáwá, ex Gálęſka nata reliquit Stanislaum & Felicianum, & breui ad meliora translatus eſt. Stanislaus 1. filius, ad ſtudia & linguæ exoticæ gratiá Gedanum miſſus, poſt deceſſum parentis reuocatus, militarem in Caſtris elegerat, poſtmodum factus religioſus in Ordine S. Dominici, accepto nomine Hyppolyti militia ſpirituali proficit. Fælicianus 2. filius, qui poſt eruditam iuuentutis florem, liberalibus diſciplinis & perpolitis moribus in Aulis magnatum, more maiorum caſtra militaria in profectum Familiæ & ornatum domus adijt, atq; magnis bellatoribus, præcipuè Stephano Chmieleccio adiunctus, quibus expeditionibus Patriæ gratus, gloriam conſecutus fuit. Et quia virtus quæ ſola meritum maius in viro excitat, ad altiora illum promouere dignata fuit, primo Danilouicio Supremo Theſaurario Regni illum commendatum reddidit, deinde in præfectum domus & Aulicum ita diſpoſuit, vt iudicio grauem, moribus inſignem, negotijs vigilem, mecænati amabilem, conſtituerit. Altiora ille meretur, qui conſtanti fortiq; pectore in honeſto & decoro proficere intendit & conatur. Petrus & Andreas Zaklika ex Sendomir. Palat. electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt.

Tarlonum Familia Illuſtriſſima ab Othone de Sczekárzowice. De hoc Cromer. lib: 12. fol: 212. Rex bona Sczekárzowice Othonis Zaklice Tarloni reddidit 1[illegible]4 prima tamen origo ex Zegota per Nauogios procedit. Nauogius de Tęczyn & Sczekárzowice Palatinus Sendomirienſis, vir ætate & dignitate grandæuus, vt in Arce Ianouienſi apparet, reliquit filium Othonem. Neorius Tarlo Palat. Sendomir. Zakliká Tarlo miſſus à Sereniſſimo Rege & Senatoribus in Cameneciam Podoliæ ad Buczacium 1430. Andreas Tarlo in Sczekárzowice & Bobrowniki hæres 1470. vt Paproc. in 2. Opere Stemmatum habet. Ioannes Palat. Sendomir. cuius filius Ioannes etiam Palat. Sendomir. conſors ipſius Ligęziánká filia Ioannis Caſtell. Crac. Gubernatoris Pol. à Sereniſſimo Rege Vladislao Iagellone inſtituti. Frater ipſius Nicolaus Cancellarius Regni ex Vexillifero Sendomir. Ioannes Inciſor Sereniſſ. Regis Sigiſmundi, eius frater Gabriel Offimagiſter Reginæ Catharinæ, Ioannes Vexillifer Send. vir militia & fortitudine clarus, Ioannes Tarlo Caſtell. Radomien. Pilznen. & Lomzenſis Capit. ſubſcripſit priuilegium Podlachiæ & Kijouiæ, Ioannes Vexillifer Leopol. cui in Terra Præmislienſi Czáple bona ceſſerunt, filia ſua Hedwigis conſors Sieniáwſcij Palatini Ruſſiæ, Halicien. & Colomien. Præfecti, altera filia Anna Danielouicij. Nicolaus Vexillif. Præmisl. ſubſcripſit priuilegium Kijouiæ & Podlachiæ. Adamus Tarlo Vexillifer Sendomir. Hieronymus Tarlo Podoliæ acerrimus defenſor, Palatinatum Sendomir. à Sereniſſ. Rege Sigiſm. oblatum honorificè reſignauit, Ioannes Tarlo Vexillif. Leopol. ibidem quieſcit. Paulus Tarlo Iudex Terræ Ruſſiæ Leopol. in Eccleſia Corporis Chriſti Dominicanorum quieſcit, filius eius Paulus Tarlo Archiep. Leopolien. de quo Scrobiſouius in Archiep. Leopol. multa profert bona. Erat frater ipſius Stanislaus Sochacouien. Capit. Ioannes Carolus filius Caſtell. Vislicień. Olſtinen.

Zwolenen.

Zwolenen. Capit. hæres in Czaple & Ianowiec, conſors ſua Ligęziankâ, quæ demum Ducis in Korec fuit, ſepultus in Eccleſia Ianouecenſi, eius frater Paulus ibidem quieſcit. Alexander Petrus Tarlo ex Caſtell. Lublinen. Palatinus, vir ingenio & marte clarus, reliquit filium eximiæ ſpei & decoris in Patria, Sigiſmundus in Sczekárzowice & Melſtyn hæres, ex Caſtell. Sandecen. Belzenſis, natus ex Duciſſa in Zbáraz, frater ipſius Andreas Canonicus Crac: Præpoſitus Tarnou. ſoror illorum erat conſors Ianuſij Ducis in Oſtrog Caſtell. Crac.

Plázii, *antiqua Familia TTpororum & Stárykoniorum, de quibus Andreas de Tenczyn, & fratres ipſius Ioannes Owcd, & Ianuſius Caſimiro Pol. Regi dederunt teſtimonium quod verè ſint Toporei, & iuremeritò priuilegiis exemptionum à Iudice cum Tenczyniis gaudere debeant. Datum Cracouiæ* 1366. *Ioanni. Ioannis Plaza meminit priuilegium Caſimiri Magni, quod confirmauit Iagello* 1428. *N. Plázá Ornetæ præſidens, cum Rádwánkowſki à Magiſtro Pruſſiæ preſſi.* Bielſc. ſub Anno 1520. fol. 546. *Iacobus Plázá de Mſtyczow* 1479. *cuius filius inquit* Papr. in 1. Opere. *Stanislaus Plázá Capit. Oycouienſis, & Burgrabius Crac. miles S. Sepulchri, qui bona fratri patrueli inſcripſit, ne tranſirent ad lineam ſexus mulıebris. Ioannes Plázá Capit: Lubacouienſis, ad defenſionem Crac. oræ* 50. *milites poſt Sigiſm. Auguſti interregno.* Bielſc. fol: 652. *Nuncius à Regno pro Stephano Rege, reliquit filios & filias.* 1582. *Nicolaus Plizá, cuius Epitaph. in Sieciechowice, qui obijt* 1535. *Ioannes Plizá de Mſtyczow, vnionem M. D. Lit. in Comitiis Lublin.* 1569. *ſubſcrip. Ioãnes Plizá de Mſtyczow Capit. Lubacouieñ.* 1605. *ex Stanisl progenitus* 1540. *Alexander Plázá Capit. Brzeźin electionem Seren. Vladisl. IV. ex Pal. Crac. ſubſcripſit, vir maiorum ſuorum ſtrenuus imitator, ſuccedens cum virtute in merita & præmia. Et quoniam ſequuntur primores, non ceu vmbræ ſtatuas, ſed ceu ſplendores viui, multa vobis præcari debemus. Ego quidem ſic ad Arma:*

Acriter hinc olim Proaui certare ſolebant,
Pro Patria hoſtiles nec timuere minas.
Vos igitur clari toga belloque potentes,
Viuite, Mars vires, ars animumque regat.

Nekandij, *aliás Trepcij de Grzegorzowice, Gregorius Nekándá cuſtos filij Lokietkonis Caſimiri in bello cum Cruciferis ad Rádźieiow* 1331. De hoc Dlugoſſ. & alij poſt Bielſc. fol. 220. *Ioannes Necanda de Grzegorzowice in Priuilegio Caſimiri pro ipſis & Plazijs dato* 1366. *Stanislaus Necanda dictus Trepká à Sigiſm. Rege in Moſchouiam nuntius ad Glinſcium, quem Moſchorum Dinaſta duriter afflixit, vt ſecretum proderet, ſed quia conſtans non reuelauit, oleo frixare pedes eius iuſſit, ille tamen tenuit ſecretum, & poſtmodum in Patriam dimiſſus* 1514. Dlugoſſus de hoc, & Bielſc. fol. 524. *Andreas Nekanda vocatus Trepká, exercituum Dux in Hungaria ſub Ludouico Rege, occubuit cum eodem ad Mochacum* 1526. *Ioannes Nekanda Trepká tertius horum frater, Aulicus Sigiſm. Regis, cum Gomolinſka Caſtell. Roſperſcen. filia,*

reliquit duos filios. Stanislaus 1. filius eximius miles in Podolia, & per omnes expeditiones Reipub. Hieronymus 2. filius, Aulicus Stephani Regis, & miles primò in Vngaria, poſt in Patria cum eodem Sereniſſ. Rege, habuit in matrimonium Eliſabeth Prouani Troiani Secret. Auguſt. Regis filiam. Stanislaus Trepká in Bukouiana clade ſub Adalberto Rege occubuit. Eius filij Fælix & Ioannes, Fælicis filij erant Petrus & Balthaſar, à quibus ſunt, qui in Kámyk bonis ſortes habebant. Ioannes, Fælix, Petrus, Martinus, Iacobus, Nicolaus, nam à Petro proceſſerunt, Balthaſaris verò filij Stanislaus, Valentinus, Sigiſmundus, Petrus miles eximius in Hungaria & Regno. Ioannes Stanislai ſortem habuit in Wielkowiecko, reliquit filium Balthaſarum qui Wielkowiecki à bonis nuncupatus fuit, Sed quia ſolum filias reliquit, illo clauditur Familia. Stanislaus Trepká Nekanda cum Nicolao ſubſcripſerunt electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis, ex Crac. Palat. Creſcant in dies fortunatos illisq; maieſtas faueat Principum, & qui maiorum facta, re & propoſito ornant ſtabiliuntq; hoc mecum omen dicite.

Qui caſtra Sophiamque colis, cui docta Minerua,
Et Theuto & Latio contulit ore loqui.
Qui probitate Numam ſuperas virtute Catonem,
Viue; ſenis Pylti ſecula, viue vale.

Morſcij. *Hi propriè Necandij ſunt, ſed per diuiſionem bonorum à Nekandijs appellati fuerunt Morſcij à bonis, in Crac. Palatinatu. Stanislaus Morſki, heros antiqua fide & virtute, libertatis Polonæ acerrimus vindex, à prima iuuenta militari deditus, in multis expeditionibus bellicis pro Patria ſtrenuam nauauit operam in Liuonia & Podolia ſub Auguſto, ad Gedanum & in Moſchouia ſub Stephano Sereniſſ. Regibus, maturiori verò ætate officijs humanitatis certans, illi innatum fuerat præſertim in publicis Conuentibus Patriæ vbiq; prodeſſe, id illi vnum in votis fuit, nullis parcens ſumptibus tàm domi quàm foris, & hac de cauſa fortunas ſuas, quas poſſidebat ampliſſimos prorſus amiſerat, & in remunerationem ſuorum in Rempub. meritorum acceperat Tenutam Bochnen. Exactor Contributionum Regni in Palat. Crac. ex Comitiis Generalibus 1593. deſtinatus fuerat propter ſuas inſignes virtutes, omnibus ſe amabilem reddiderat, ideoq; multoties in Tribunalitio conſeſſu Iudex, in Comitiis quoq; ſæpiſſime legatus, à tota nobilitate Palatinatus Crac. electus fuerat. Obijt Anno ætatis ſuæ 78. reliquit filios virtutum ſuarum hæredes & æmulos, ad omnia negotia Reipub. diſpoſitos, Chriſtophorum S. R. M. Secretarium Abbatem Sandecen. Alexandrum, Ioachimum, & Martinum. Alexander hæres in Iwanowice, ex Treblowná ex Vngaria in conſortium matrimonij accepta reliquit Stanislaum Pocillatorem Terræ Sochacouienſis, & Andream. Hieronymus Morſki hæres in Iáſtrzebniki, Religionis auitæ & proſapiæ ſuæ decus & ornamentum, animo fortis, in aduerſis & proſperis immobilis, nemini moleſtus, omnibus charus, vicinitatis obſeruator, pauperum*

patro-

patronus, primos ætatis ſuæ annos Marti dedicauerat, & poſtea pacatam vitam elegerat, & in conſortium thori accepta Chriſtina Czárnecka, ex ea ſuſcepit filios Stanislaum, Nicolaum, & Ioannem Conſtantinum in Ordine Prædicatorum S. Theologiæ Doctorem, & aliquando etiam Regentem Studiorum in Conuentu Craconienſi SS. Trinitatis.

Danaborſcij, *ſeu Damoborſcij. Antiquiſſima Familia cum Comitibus de Panigrodz bona diuiſa tenuerunt, vt ibidem diximus. Venceslaus Caſtell. Nakielſcen. Capit, Sluchouienſis, qui Georgio etiam armorum Topor & fortè conſanguineo in diſceſſu ſuo ad Regem Arcem Sluchouienſem commendauerat, & in periculum poſuerat, niſi Dominus aliter diſpoſuiſſet.* Bielſc. ſub Anno 1463. *Venceslaus Caſtell. & Præfectus Nakielſcen.* 1465. *illius fortè filia Gertrudis ſummam pecuniariam ſuper bona Naklenſia inſcriptam in Koſcieleccíorum cum Danaborg Kráienká, &c. intulit familiam, dum Ianuſio Palat. Syrad. Generali Maioris Pol. nupta fuiſſet. Venceslaus Caſtell. Bydgoſt en. Venceslaus filius* 1499. *Vlodcus de Danaborg literæ Monaſterij Tremeſ. nſis referunt Caſtellanum & Capit. Nakielſceñ. Anno* 1455. *ex Palatino Inoulad'slauicñ. natus Vladislaus Caſtell. Naklenſis.* De hoc Cromer. fol. 396. *Ex his fortè proceſſerunt, qui notant Familiam de Waſoſie, ex quibus Matthias Waſoſius gente Toporeus Palat. Caliſieñ. & Præfectus Nakleñ.* de quo Cromer. lib. 1,. fol. 405.

Moráwiccij, *à Tęczynſciis eorumq́; anteceſſoribus proueniens Familia à Morawicá dicti. Petrus Moráwicki eximius bellator, reliquit filium Ioannem, qui ſub Gedano exiſtimationis ſuæ fortiſſimæ ſub Pieniaſcij ſignis retulit nomen.*

Oſtrowiccij, *antiqua Familia cum Toporeis antiquis, Ioannes Oſtrowicki Toporeus cognominatus Miażſy, per totum agmen Germanorum penetrauit, & vexillum militare quod ſolum vnicum fuit, ſicut etiam apud noſtros occiſo vexillifero ademit vexillum & ad ſuos detulit, quo medio turbatus exercitus ſuccubuit.* Belſc. fol. 307.

Iákubowſcij *de Oſtrowiec antiqua Familia, ſicut ipſa hæreditas Oſtrowiec apertè monſtrat. Oſtrow namq́; & Oſtrowiec non idem ſunt. Quæ quidem familia de Oſtrowiec multam retinet antiquitatem in Hiſtoriis. Ioannes de Oſtrowiec, ex Hungaria adduxit Reginã Annam Iagell. Regi* 1400. *à quo per bonorum ſucceſſionem Iákubowſcij veniunt. Andreas Exactor Cõtrib. Regni Pal. Serd. reliquit filium Andream, Notarium Caſtren. Crac. Secr. R. M. Hiſtoric. & Poetam, & Chriſtophorũ Aulicum, & adminiſtratorem bonorũ Petri Zboronſki Pal. Crac. miſſus erat Legatus in Turciam & Hungar. pro Regina Iſabella.* Biel. A. 1547. *Sunt plurimi in Hiſtoriis notati Iákubowſcij, ſed quia ſunt diuerſorum armorum, ſunt namq́; alij armorum Rożycz, vt in bello Grinualdico dicitur, quod inſignis vir occubuerit. Ideò difficile determinare, de quibus Iákubowſcijs fuerit ſermo.*

Łábiſzynſcij *antiqua Familia, deſcendens ab his qui à Łábiſzyn notabant familiam.*

liam. Mathiam de Lábiſſyn Toporeum in Coronouienſi bello, refert Bielſcius folio 307.

Brzożowſcij *in Maſouia. Stanislaus Cancell. & Adminiſtrator Epiſcopatus Plocenſis, tempore Petri Wolſki Dunin armorum Lábęc, vir ſapiens, perſpicax, non ſolùm ſibi ſed & populo viuens. Illo enim tempore Illuſtr. Pont. Wolſki ad Greg. Pont. Max. XIII. in Moſchouitico negotio, qui nolens cum Stephano congredi, miſit ad Pontificem vt ſi eo authore pax cum Rege conficeretur, ſe imperiaq́ ſua ad obſequium Summi Pont. traducturum pollicebatur. Miſit ergo Pontifex in Pol. Antonium Poſſeuinum Soc. IESV in hoc negotio, cuius rei gratiâ ad Pontificem Max. miſerat Rex Epiſc. Wolſcium. Hæc author Epiſcoporum Plocenſium, ſed Brzożowſcij non meminit, qui* Paprocio, vt dicit in 2. Opere *erat cognitus. Lego plurimos Brzożowſcios, ſed quorum armorum difficile dicere.* Ianuſſouius in Statuto meminit Lucæ fol. 317. *Petri* fol. 269. *Conſtitutio Regni Anni* 1591. *Chriſtini Succamerarij Belzenſis, Lector iudicabit de armis illorum.*

Marcinowſcij, *eiuſdem diuiſionis bonorum cum antiquis Toporeis, optimi milites, & Patriæ amantiſſimi cuſtodes. Tres germanos fratres nominarunt Hiſtorici* 1578. *Mathiam, Stanislaum & tertium dignos fama & fortitudine Ioannem Marćinowſki in bello contra Matthiam ad Wrocław* 1474. Bielſc. 464.

Maſlomieccij, *in Siradien. Palat. de Máſlomaty. Hæc Familia per diuiſiones bonorum acceptis diuerſis cognominibus, antiquam denominationem obliterarũt.*

Baliccij *in Sendomir. Palat. antiqua Topororum Familia, Andream eximium militem in Vngaria Anno* 1413. *refert* Bielſc: fol. 313. *Hinco de Balice armorum Topor poſt deuictos Turcas in Bulgaria Budzini vexilla B. Virginis Mariæ in Eccleſia appendit, vnà cum cæteris nobilibus Anno* 1443. Bielſc. & alij cum Cromero, qui de hoc fol: 211. *Cur autem Topori de Balice Hinconem vocauere, docet* Cromerus ſub Anno 1345. *quia videlicet Hinconem Tribunum exercitus Bohemici captum in prælio deduxit victum. Baliccium ad Obertinum* 1531, *eximium Rothmag. referunt Hiſtoriæ.*

Tarnowieccij *in Sendomir. Palat. Rothmagiſtrum in Moſchouiam peditum aliqui meminerunt.*

Łowienieccij *in Sendomir. Palat. Nicolaum de Łowiennicá Capit. Sendomir. referunt priuilegia. Matthias Łowiennicki, vir ad negotia Patriæ eximius & aptus, cuius filia nupta fuerat Stanislao Zakliká, quæ progenuerat illi* 5. *filios, optimos Patriæ ciues & milites. Ioannem de Lowiennicá Rothmag. inter ſeptem ſigna militaria Topororum, meminit* Bielſc. Anno 1376.

Tułkowieccij, *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Riterſcij. *Petrum armorum Topor eximium bellatorem cum Vitoldo ad Dineburg, refert* Bielſcius ſub Anno 1403. *Et in Vartſcenſibus Comitiis cum Vicentio Kotho de Dembiány, erat inſpector Petrus Ryterſki filiorum Regis Vladislai,* Bielſc. fol: 336.

Pilczyccij. *Hi diuiſione bonorum accepta cum Máſtomiátciis hanc appellationem à vulgò aſſumpſerunt, ſed propriè ſunt Máſtomiátccij, quapropter & Familiam ſuam notant de Maſtomatij.* Ioannes de *Máſtomiáty* Pilczycki, *hæres in Pilczyce, Borzykowa & Gorze, vir qui publici & priuati boni Patriæ integritatem, mediis virtuoſis deſiderabat, reliquit duos filios, Adamum eximiũ Rothmagiſtrum, & Stanislaum militem ſtrenuum, qui vterq́ animo inuicto & proprio Marti in bello Valachico occubuerunt. Fælices animæ, quibus viſum fuit dulce & decorum pro Patria mori.*

Kunatij *in Ruſſia, qui ſi verè ſunt Toporei Starzones, conſtabit cum Sieciecho in exilium acto, ibi ſua ſtatiua conſtituiſſe. Si verò non ſunt Starzones, diuerſa erunt arma Topor illorum, à Polono Toporo. Erat hæc Familia bello clara, caſtris accepta, continua namq́ pericula faciunt bellatores ſtrenuos, exercitatos & practicos, periculorum verò Lidius & Schemma eſt Ruſſia. Martinus Kunath Rothmagiſter famoſiſſimus, quem Nicolaus Mielecki Palat. Podoliæ poſt Henricum Regem ad Proſsowice cum Hieronymo Sieniáwſki in coadiutorem aſſumpſerat omnium bellorum hoſtilium Interregni tempore Anno* 1575. de quo Paproc. in 1. Opere fol. 1240. *Magna iſte Kunath fortitudinis experimenta Bogdanum in Palatinatum Moldauiæ introducendo declarauerat, cum ſordida ignominia hoſtium. Habuit in conſortium matrimoniale primò Tásyccij filiam, poſt Láſcij Palat. Sendomir. filiam, quæ primo matrimonio erat Capit. Camenecen. Wlodek conſors, quæ quidem coniunctio cum his, quæ erant ex Pol. Palatinatibus inducit ex parte fuiſſe illũ ex Toporeis Starzonibus.*

Rykrſkij, *Petrum in bello ad Coronouiam Vexillifer in toto exercitu vnus.* Bielſcius ſub Anno 1410. fol. 307. *Toporeum dicit.*

Balchaccij *in Syradien. Palat. Iacobus Vicecapit. Zarnouecenſis, vir iudicio & ingenio grauis, quo Magnates ad diuerſa obſequia Patriæ vſi fuerunt, præcipue Mielecki Palat. Podoliæ, & Rozráżewſki Epiſcopus Cuiauiæ, Iacobus, Sebaſtianus, Stephanus & Stanislaus, electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt ex Cracouienſi Palatinatu.*

Slupſcij *in Paluki. Matthiam Slupſcium à Cruciferis in captiuitatem abductum* 1462. refert Bielſcius.

Kámienſcij *ibidem, & eiuſdem diuiſionis bonorum cum Słupſciis.*

Białośliwſcij *ibidem, qui cum Dánáborſciis diuiſionem bonorum habebant.*

Obodźinſcij *in Maiori Polonia, in Poſnanienſi Palatinatu.*

Noſij, *Ioannem Nos Toporeum in bello ad Coronouiam.* Dlugoſſ. meminit 1410. Bielſcius fol. 307.

Przeſpolewſcij *in Caliſienſi Palatinatu.*

Smoſzewſcij *ad Poſnaniam.* Grocholſcij *ibidem.*

Klonſcij, *in Kráina antiqua domus. Ex quibus aliqui in Podoliam tranſierunt, à quo progeniti eximij milites ex optimo milite, Marcus, Valentinus, Ioannes, quorum vltimus cum Anna Liſowſka tenuit matrimonium, reliquit prolem.*

Modli-

Modliſzewſcij, *ad Gneſnam excelſa Familia. Erant ſimul fratres decem ex Sophia Palecka armorum Brochwicz, bona illorum Modliſzowo, Rzegnowo, Redecz, &c. ob diſcordiam ad alios poſſeſſores tranſierunt. Andreas erat Notarius Reginæ Vngariæ, Gabriel eximius & dexter in militari, tam agilis manu, vt obulum poſitum in vertice capitis pueri, tolleret cum impetu framea non læſo crine, ſed periculum non amo. Laurentius Canonicus Poſnanień. Stanislaus, Ioannes, Martinus, Chriſtophorus & alij. Sorores horum Zydowſcij, Chłápowſcij, Mruczenſcij conſortes. Andreas Capit. Lomzenſis, vt Conſtitutio Regni* 1591. *Quoniam verò bona Modliſzewo Dunnij in poſſeſſo retinent etiam Modliſzewſcij vocantur, ſed addunt Dunin Modliſzewſki ad differentiam Topororum a Labencis Modliſzewſciorum.*

Stareſcij *antiqua Familia, aliqui volunt quod à Starzoniis Stareſcij nuncupati fuiſſent, ſunt in Maiori Pol. Erant magni milites vno partu editi duo fratres Steph. Rege regnante, quorum fama inſignis manet, quorum patrueles fratres Sigiſm. Auguſti Camerarij fuerunt.*

Sieciechowſcij, *vt conijcior à Sieciecho vocati. Andream Sieciechowſki armorum Topor* meminit Bielſcius ſub Anno 1402. fol: 285.

Trąbcenſcij, *Craconiæ eſt Epitaphium Thomæ Trabczenſki, quem fera mors rapuit Regis in obſequio. Erat N. in Soc. Ieſu optimus prædicator, & decrepitus ſenex pro Deo zeloſus Camenetiæ ſepultus, vbi vltra annos 20. prædicauit.*

Sczawinſcij, *Stanislaum in Vladislauienſi Eccleſia Cathedrali Canonicum, I. V. Doctorem, & Secr. R. M.* 1550. *Epitaphium refert.*

Iežierſcij.

Konárſcij, *quia alij ſunt armorum Abdank, ex quibus erat Epiſcop. Crac. Lector iudicabit, de quibus Konárſciis ſermo ſit in Hiſtoria.*

Wronowſcij, *in Lublinenſi Palatinatu.*

Xięſcij, *à bonis Xiaż nuncupati, ſed propriè Wronowſcij ſunt, diuiſio inter fratres ex Sandiuogio, Otta, Zegota, Iacobo & Petro* 1448. *inciderat.* Orichouius in Orationibus habet Xiaſcium. *Albertus & Andreas hæredes in Xiaż, ex Andrea quinque filij, Stanislaus Rothmag. & Chriſtophorus milites in Moſchouia occubuerunt. Ex Alberto verò filij 4. Andreas, Martinus, Ioannes Scholaſticus Woyniceń. Stanislaus Notarius Caſtreń. Crac. Iudex Deputatus Tribunalis, ex Palat. Crac. Anno* 1644. *Ex Martino Gaſpar, miles poſt partas victorias cum Zołkiewſki, ad latus Ducis in Cecora interfectus ſanguine præmia meruit.*

Solayſcij, *in Lencicienſi Palatinatu.*

Niedroſcij, *in Plocenſi.*

Dlugoborſcij, *in Maſouia.*

Krzętowſcij, *in Maſouia.*

Boguſcij *in Maſouia.*

Czyżowſcij, *Hi quia a bonis Czyżow deductionem faciunt, & inſigniuntur armis Topor, a Zakiikorum Familia deſcendunt, quibus erant cum filia bona Czyżow applicata, vt ſuperiùs ſub familia Zaklikorum adnotauimus. Veruntamen*

tamen Czyżowſcij propriè, quibus bona Czyżow ante hæreditas fuerat ſunt armorum Pulkozyc de domo Ligenzorum, & hoc apparet in armis Pulkozyc, vbi ſummam authoritatem Ligenziorum deduximus. Iſtis verò temporibus Czyżowſcij qui ſunt Toporei inferiores cognomine primis erunt, ſed antiquitate Starzonum antecellunt.

Odolikowſcij, *in Pruſſia.*

Wąſowſcij, *vide* Dánáborſcij.

Golanczewſcij, *viri in Repub. & Eccleſia magni, ex quibus aliquot Vladislau: Epiſcopi,* vide ſuperiùs.& Dlugoſsium atque Bielſcium folio 217. *Neque mirandum, quod in tàm ampliſſimam progeniem Topororum Familia proceſſerit, nam ſi in Anno 1376. ſigna bellica Topororum ſeptem fuerunt, quot erunt ad præſens tempus?* Dlugoſſus enumerat. *Primum erat Ottæ Pileccij Palat & Capit. Sendomirień. 2. Sendiuogij de Subin Capit. Crac. 3. Ioannis de Tenczyn Caſtell. Woyniceń. 4 Nicolai Oſſolinſcij Caſtell. Viſlicień. 5. Drogoſij de Choberz Iudicis Crac. Capit. Syradień. 6. Zaklicæ de Miedzygorz Cancellarij Regni. 7. Ioannis Ciołek de Lowinnicá.* Idem Bielſc. fol. 249.

Kalinſcij *de Kaliná, in Crac. Palat. ſatis antiqua & clara Familia. Ioannes Notarius Terræ Lencicienſis, exactor & diſpenſator contributionum Regni, Anno 1589. Tranſierunt aliqui in Podoliam viri Marti dediti, eorum vnus Sereniſſimum Regem è periculo vitæ Varſaniæ, in Eccleſia S. Ioannis ſuſtulit. Lucas ex Canonico & Cuſtode Leopolień. Epiſc. Nicopolień. ſublimatus, Suffraganei Leopol. ordine ſecundi dignitatem omni pietate adminiſtrauit. Fælix eximius miles & Rothmag. Equitum & Peditum, in multis expeditionibus ſecundum rem fælix, vt Epitaphium illius Barij 1624. affixum declarat dicens:* D. O. M.

Honori, Æternæque memoriæ,

Fælicis Kalinski vexillum mæror ſuſpendit. Vixit Deo, Patriæ, Familiæ, nam Deum vitæ ſuæ ſcopum elegit viuens, atq; fælix vt moreretur laborauit, Patriam armis defendit, dum Ductor peditum & equitum in Cecora cum Tartaris, ad Chotinum cum Turcis, Familiæ autem ſuæ, quia genus maiorum imaginibus inſigne altius meritis extulit. Ad vltimum, mortis adamantina iacula, quæ in tot bellis quæſiuit animoſus, in lecto excepit intrepidus. Ætat. 52. 1624. 4. Non: Iulij.

Brzeſczij *à Brzeſcze, ad ripam fluminis Pilcá, origine ſunt Zegotij ſed nuncupatio ſuperuenit a bonis Brzeſcze, conceſſis à Duce Maſouiæ. Georgius Brzeſki, ex maioribus titulo & honore deſcendens poſt nobiles actus occupationes & pro Patria laboribus cum Oſtrowſka iuramentum thalami coluit. Petrus germanus ſuus poſt militaria ſpecimina Ożarowſciorum ſanguini iunctus eſt. Paulus literis, militari & legationibus ad Comitia Regni meritus Patriæ, natus ex Stanowná, connubia cum Rupniowſka tenuit. Ioannes ex Boſka progenitus, poſt cultam moribus iuuentutem, celebrauit matrimonium cum Anna Błaſzynſka, & ſuſcepit optimos Patriæ defenſores & milites. Stanislaum qui*

tenet Sacramentum matrimonij cum Barbara Goyſka Pincernæ Czerſcenſis filia, ex Kaſowſka progenita, Gaſparum, Ioannem, Nicolaum, Alexandrum, Florianum Parochum Iaſionen. & alios duos. Filiæ ipſius erant tres, quarum vna Koźielſcij coniunx. Stanislaus germanus Ioannis ex Boſka natus, poſt digna Patriæ data obſequia, ex Kámienſka reliquit Ioannem maritum Annæ Podkánſka. Stanislaum, qui nupſit filiæ Dźik, & Petrum qui habuit in conſortem filiam Dambrowſki, ſoror illorum Iordani conſors, Georgij verò Brzeſki ex Oſtrowſka filij. Paulus miles egregius, qui Ducibus in Oſtrog obſequia conſecrauit, demum cum Sophia Kochanowſka Dapiferi Sendomirien. filia ſponſalia ſuſcepit. Stephanus qui cum Goyſka Eua ex Rátowſka nata tenet matrimonium. Andreas & Michael, creſcant Deo, Patriæ, Familiæ.

Wolſcij *in Stezycienſi diſtrictu, in Palat. Sendomirien. Hi proprie ſunt Zaklicij, ſicut priuilegium Iagellonis datum Zaklicæ de Sczekárzowice refert: quia verò erexit villam poſt Zádybie vocatã Zadibka Wola, & poſſeſſores poſtmodum Wolſcios nominarunt, diuiſio fratrum recens Anno 1603. in curia Stezycienſi facta. Transfierunt prædicta bona ad Paulum Goluchowſki Iudicem Stezicen. Valentinus Wolſki miles ſtrenuus, contracto matrimonio cum Sarnecka reliquit Chriſtophorum, Stanislaum, Matthiam & Magiſtrum. Chriſtophorus celebs obijt. Stanislaus in curia Ducis in Oſtrog Conſtantini Wiſniowiecki parentis, deduxit iuuentutem & militarem perfecit, reliquit ex Catharina Gruſzecka filios 4. Stanislaum militem, qui in Podolia conſtituit domicilia, habet ex Dimidecka filios, Gabrielem, Raphaelem, Michaelem, 2. Petrum cuius filij Thobias, Hieronymus, Stephanus, Petrus, Chriſtophorus. 3. Adamum militem cum Herburth Caſtell. Camenecen. in Pruſſia, & contra Coſacos rebelles. 4. Albertum militem in Pruſſia, & in exercitu Imperatoris Chriſtianorum.*

Gumowſcij *in Radomienſi, notant Familiam ſuam de Krwarth maiore. Bartholomeus ex Lenkowna reliquerat filium Ioannem virum pietati deditum, liberalem in pauperes, tenuit matrimonium cum Dimitrowſka, eorum Epitaphia in Rádom.*

Decij *ſeu Dicij, antiqua Familia Romana, quæ pro inſigni deferebat primo falcem, poſt aquilam bicipitem cuius pars rubea erat in campo albo, pars alba in campo rubeo ab Imperatoribus. Hos in Regno Illuſtriſſimi Tencinij ad arma ſua receperunt & admiſerunt ita quod ab aliquibus Tenczynſki vocaretur, vt conſtabit ex priuilegio Regio. Decius Iodocus Ludouicus filius Iodoci Andreæ, nepos Ioannis Iacobi, pronepos Iacobi Andreæ Deciorum, Comes Lateranenſis & Imperialis Palatij, venit in Poloniam circa Annum 1500. Patet hoc ex priuilegio dato filio ipſius Iuſto Ludouico Decio, à Sigiſmundo I. in Comitiis Crac. Anno 1540. Vbi dicitur, quod in poſſeſſione ipſius Wola Chelmſka 32. Annis eſt, his annis defalcatis, & annis parentis poſitis, aduentum illorum in Regnum iam habebimus. Inter cætera ipſius Iodoci Ludouici, merita in*

Regno,

Regno, etiam eſt Hiſtoria conſcripta de vetuſtatibus Polonorum, de Familia Iagellonum, de Sigiſmundi Regis temporibus, quæ omnia addita ſunt Chronicæ Matthiæ Miechouij, Anno 1521 edita. Iodocus Ludouicus Decius habuit vnicum filium & tres filias, filius præfati Iuſtus Ludouicus, erat Secr. S. R. M. Carbarius Wielicenſis, Aduocatus Petricouienſis. Hic duxerat Nobilem Krupczankám de Moykowice armorum Krupek, ex qua progenuit tres filios, & filias tres. 1. Iuſtum Ludouicum, Adminiſtratorem Cracouień. & Carbarium Olkuſienſem. 2. Ioannem Secr. R. M. qui in aulicis ſeruitiis cœlebs obijt. 3. Ludouicus Secr. R. M. etiam Adminiſtrat. Crac. Carbarius Wielicenſis ſteriliter obijt, Sorores horum 3. Ioachimi Glinſki armorum Iaſtrzębiec, Hieronymi Paczek armorum Orlicá, & Georgij Trzebinſki conſortes. Filiæ verò primi Iuſti Ludouici Decij fuerant tres ex Anna Roznowná de Bruſnck armorum Gryff. 1. Barbara, Iacobi Konoiácki dicto Dembolecki armorum Prawdżic conſors. 2. Heliſabeth, in Conuentu Torunienſi Monialis. 3. Anna, Gaſparo Stániſtáwſki Succamerario Sanoceń. nupſit.

Quorum Priuilegium tale.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam. Nos Sigiſmundus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lituaniæ, nec non Terrarum Cracouiæ, Sendomiriæ, Siradiæ, Lanciciæ, Cuiauiæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Elbingenſis, Culmenſis, Pomeraniæq; & Dominus & hæres. Significamus tenore præſentium quibus expedit, vniuerſis, præſentibus, & futuris, harum notitiam habituris. Quia venientes ad Maieſtatis Noſtræ præſentiam, Magnifici & Generoſi Andreas Comes de Tanczin Palatinus Cracouienſis, Rathneń. Chelmeń. Belzeń. in Kraſnyſtaw & arce Noſtra Ociecz Capitaneus. Ioannes de Tanczyn Succamerarius Cracouień. frater ipſius germanus. Ioannes de eadem Tanczyn Caſtellanus & Capitaneus Lublinenſis & Curiæ Noſtræ Marſchalcus. Staniſlaus de Thanczyn Succamerarius Sendomirień. & Capitaneus Treboulień. Andreas de Tanczyn Gladifer Cracouienſis, ſuo & aliorum fratrum atq; amicorum nomine exponentes nobis licet cognitum ipſis eſſet, non oportere eos nouis ſtemmatibus & inſignijs euehere, qui ante à prædeceſſoribus ſuis Regum atq; Imperatorum etiam teſtimonio inſigniti, ac pro ſuis meritis remunerati fuiſſent, multominùs etiam Maieſtati Noſtræ commendandos fore, quos iam pridem ſua fides, induſtria, & in rebus agendis ſiue pro Maieſtate Noſtra, ſiue pro Republica ſtudium ſummum, & ſingularis commendaſſet ſinceritas. Nihilominùs tamen cum ipſis ſatis ſuperq; perſpecta eſſet, ſingulare in rebus Noſtris & Reipublicæ Noſtræ ſincerum obſequium Nobilis Ioſti Ludouici Decij Secretarij Noſtri hæredis de Wola Chelmicka & Przegorza'y Aduocati Petrikouień. & Carbarij Wielicień. fidelis Noſtri dilecti, licet ille propria ſua haberet Clenodia, & arma ſimul cum nobilitatis ſuæ Imperatorum etiã Romanorum literis roborata teſtimonia, de quo certo ipſis conſtaret. Quia verò in hoc Regno longè à patria ſua domicilium ſuum iam firmaſſet, vtriuſq; ſexus liberos procreaſſet, & benè poſſeſſionatus eſſet: ſicq; præſentibus amicis illi opus fore: ſe prædicti Ioſti tàm erga Maieſtatem Noſtram & Rempublicam Noſtram meritis, quàm erga alios omnes obſeruantia permotos: eundem cum omnibus vtriuſq; ſexus liberis & eorum poſteris legittimis, ab eiſdem deſcendentibus in ſuam familiam & amicitiam reciperent, illi ac illis clenodia & Domus ſuæ Tanczynceń. arma, quibus ipſi ſoli ad præſens vterentur, hic ob oculos medijs literis

I 2 pictoris

pictoris manu poſita, tanquam ex eadem natis communicarent, participarent, ac vt illis ſimul cum proprijs & innatis ſuis inſignijs vbiq; ſerio iocoué militari vterentur, concederent. Supplicantes Maieſtati Noſtræ quatenus huiuſmodi ſucceſſioni, atque ſuſceptioni clementer annuere, eumq; & prolem ipſius, tanquam ex eorum medio vnum habere, & gratia Noſtra proſequi dignaremur. Nos igitur ſcientes Maieſtatem Regiam ex nulla re nominis vberiorem parere gloriam, quam vbi & dignis hominum virtutibus ſua præmia largitur, maximè eorum qui ſe erga Noſtram Maieſtatem egregia fide & officijs non vulgaribus commendatos reddiderunt. Reducentes idcirco in memoriam ſingulares virtutes & grata fideliaq; atq; commoda ſeruitia in negotijs arduis & longo tempore indeteſſe, per ipſum Ioſtum impigrè Nobis & Reipublicæ Noſtræ præſtita & in futurum præſtanda, Volentes Noſtra Regali munificentia & gratia tam ipſum gratia Noſtra proſequi, quam alios etiam ad laudabiles virtutis edendos fructus & egregia officia praſtanda, cognoſcentes à nobis debitum virtuti referri præmium, inuitari, motu proprio, animo deliberato, & ex certa ſcientia Noſtra, Conſiliariorum Noſtrorum accedente conſenſu, de plenitudine Regalis authoritatis & poteſtatis, ſuprascriptam coram Noſtra Maieſtate factam in eandem familiam aſſumptionem, communicationem, conceſſionem, & participationem, gratam ratamq; habentes, eidem Ioſto ac poſteris ſuis ſic omnibus ſic vtendum, fruendum, & habendum, & vt reliqui nati Regni Noſtri Nobiles gaudendum, concedimus, confirmamus, & de Regia Noſtra clementi benignitate largimur. Mandantes idcircò omnibus & ſingulis Regni & dominiorum Noſtrorum ſubditis, cuiuſcunq; ſtatus, conditionis, gradus, dignitatis, ordinis, præeminentiæ, præfecturæ, vel officij exiſtât vt præfatum Ioſtum, eiuſq; legitimos poſteros in huiuſmodi aſſumptionem, & Tanczyneń. familiæ & amicitiæ participationem non impediant, neq; impedire permittant, ſed tam ea quæ ingenita ſibi etiam Imperatorum teſtimonio corroborata, nobilitate & dignitate, ſicut reliquos Regni Noſtri Nobiles, in omni loco, ſerio ac ioco militari quietè ac pacificè ſine omni impedimento vel difficultate & moleſtia, vti, frui, gaudereque, pro Regia Noſtra gratia, & grauiſſima ſubeunda euitandaq; indignatione permittant, & permitti faciant inuiolabiliter, armaq; hac præſentibus medijs literis pictoris manu formata, pereq; ſua ac cuiuſuis alterius ex gente Tanczyneń. nobilis recognoſcant, approbent, & teſtificentur, quandoquidem Nos ex conſenſu prænominatorum Magnificorum & Generoſorum Conſiliariorum & Subditorum Noſtrorum illis ipſis armis dictum Ioſtum de iure vel conſuetudine, liberè, ſecurè, atq; omni impedimento penitùs remoto, vti, frui, & gaudere, per præſentes literas Noſtras, & de plenitudine Regiæ authoritatis & poteſtatis Noſtræ permiſimus, conceſſimus, & largiti ſumus. Harum quibus ſigillum Noſtrum eſt impreſſum teſtimonio literarum. Datum Cracouiæ Feria quinta, die Feſto SS. Petri & Pauli Apoſtolorum. Anno Domini 1531. Regni verò Noſtri anno 25. Præſentibus Reuerendis in Chriſto PP. Dominis. Petro de Thomicze Cracouień. & Regni Noſtri Vicecancellario, Ioanne Carnkowſki Præmiſlienſi & deſignato Cuiauienſi. Ioanne Choienſki deſignato Præmiſlienſi. Petro de Gamratis, Cameneceu. Epiſcopis Nec non Magnificis Venerabilibus & Generoſis, Chriſtophoro de Schydłowiecz Caſtellano & Capitaneo Cracouień. Generali & Regni Noſtri Cancellario, ac Sochacouień. Goſtineń. Nouæ Ciuitatis Korćin & Lucouień. Capitaneo, Andrea Comite de Tanczyn, Cracouień. ac Belzeń. Chelmeń. Rathneń Kraſnoſtaueń. Capitaneo. Hieronymo de Łaſko Siradień Ioanne Comite de Tarnow Ruſſiæ, ac exercituum Regni Noſtri Generali, & Sendomirień. Capitaneo. Ioanne Bochotnicki de Olesnica Lublinenſi Palatinis. Nicolao de Schydłowiec Sendomirień. &

Regni

Regni Noſtri Theſaurario, ac Radomień. Krzepiceń. Olſtineń. Zatorień. Oſwiacimenſi, & Grodeceń. Capitaneo. Petro Kmita de Wiſnice, Woiniceń & Regni Noſtri Marſchalco, ac Sczepuſień. Præmiſlień Coleń. Capitaneo. Ioanne de Tanczyn Lublineń. Marſchalco Curiæ Noſtræ, & Capitaneo Lublineń. Staniſlao de Sprowa Wielicień & Capitaneo Opocnenſi. Laurentio Myſkowſki de Mirow Bieceń. Stanislao Mielecki Zawichoſteń Martino Myſkowſki de Mirow Wieluneń. Spiłkone de Tarnow Zarnouień. Caſtellanis. Fælice Zamoyſki Præpoſito Tarnouień. Staniſlao Tarło Archidiacono Lublineń. Bernardo Wapowſki Cantore. Samuele Máciciowſki Canonico Cracouienſibus, Secretarijs Noſtris. Ioanne de Tanczyn Succamerio Cracouień. Staniſlao de eadem Tanczyn Succamerario Sendomirień. & Capitaneo Tręboulień. Siluestro Ozarowſki Succamerario Noſtro & Capitaneo Zauichoſteń. Simone Chlewinſki Magiſtro coquinæ. Staniſlao Tarło de Szczkarzowice Inciſore menſæ. Nicolao Kotwic Præfecto Stabuli Noſtri. Et alijs quam plurimis dignitarijs, Officialibus, & Aulicis Noſtris Teſtibus ad præmiſſa fide dignis. Datum per manus præfati Reuerendiſſimi in Chriſto Patris D. Petri de Thomice. Epiſcopi Cracouienſis. Regni Polon. Vicecancellarij, ſincere Nobis dilecti.

S T A R Y K O N.



DELINEATIO.

EST equus coloris albi, cum calcibus aureis in campo rubeo, per medium tenet coloris nigri latam zonam, cauda erecta, pes anterior dexter eleuatus, ſiniſter poſterior itidem, quo exprimitur agilis curſus equi. Super galeam & coronam eſt aſcia quaſi infixa coronæ per inferiorem cuſpidinem.

O R I G O.

IN villa Sieciechowice erant progeniti ex Toporo tres filij, Szedziuogius, Nauogius & Zegota, vltimus horum regionibus extraneis illectus, operam, artes, ingenium, & labores plurimo tempore illis in regionibus conſumpſit, quod tamen illum maximè commendatum reddiderat, quia in Caſtris, bello, & expeditionibus varijs, quod poſtmodum Familiæ & Regno adeſſe poſsint ornamento & honori conſumebat iuuentutem & ætatem. Tandem in Patriam cuius fumum quoque videre & mori iucundum eſt venit, ſed à fratribus ceu ignotus

reijcitur nec agnoſcitur. Probauit ille deducendo Familiam ſuam, & nominando ea domi, quæ nullus ſcire poſſet niſi ibidem natus, & ex eiſdem Regis iudicio & multorum conſanguineorum aſſenſu & voluntate, illorum eſſe frater germanus declaratur. Cùm verò tanta iniuria laceſsitus, diuerſa arma à Rege Caſimiro primo poſtulaſſet, equum album cum zona nigra, in quo forte reddebat obſequia Regi lite ſtante in arma accepit, cognomen aſſimilatum cognomini Starzarum & dicta Stárykon. Aſciam verò aſſeruauit ſuper coronam, vt domus & progenies Toporum per hoc notificata maneret, qui exinde Polonico idiomate *Záprzániec* à quibuſdam appellatus fuit, & poſtmodum corruptè vel à flauis in capite comis deſcendens, ab illo Szárfrámiec nuncupatus. Patet hoc ex Priuilegijs, vbi duplici hoc cognomine ſcribuntur.

VEHICVLVM AVGVSTVM.

EQuum militarem nedum vehiculum auguſtum, ſed auguſtorum quoq; nominare licebit. Ad vehiculum atque titulum equi, mouent me inſtituta Neruæ Imperatoris, qui in ſuis nummis cudit equum, cui ſubſcripſit: *Vehiculatione Italiæ remiſſa.* ſenſus erat *vt Fab. Vigil. Spoletanus refert*: Quia Nerua tributum graue Italiæ quod inuehiculationes, vt ſcilicet magiſtratuum Exercituum res aliaque publica transportarentur, exoluebat, ſuſtulit. Quapropter equum vehiculum auguſtum cum his literis inſcripſit: *Vehiculatione Italiæ remiſſa.* Profectò ſi primordia armorum ventilauerimus, data & conceſſa ſunt vehiculatione & ventilatione ortus Zegotæ remiſſa & caſſata. Quapropter equus ſuus in arma adſcriptus vehiculum auguſtum manſit, vehiculatione quæſtionis remiſſa. Sed aliud quoque eſt, quod me ad hunc titulum mouit equo dandum. *Plutarchus in Vita Fabij Max. vt Pier. lib. 4. Hierog. cap. 26. habet:* Vetuſta quadam lege nefas erat Dictatori equitare, ſiue quia maiores vires peditibus eorumque copijs ineſſe arbitrarentur, vnde præſentes phalãgis eſſe debebant, ſiue quia in hoc ipſius authoritatem volebant parem eſſe populo. Deſignato verò Fabio Maximo Dictatore, poſt cladem ad Thraſymenum, equus illi conceſſus fuit, vt principatus magnitudo, moles & authoritas per hoc demonſtraretur. Huic equo potuit Fabius ſubſcribere: *Me portet equus, alat Regnum.* Iam enim equus ille Auguſtus & Auguſtorum erat. Ad Arma oculos conuerto: Vehiculum auguſtum dixi equum, at illi meritis, virtutibus, caſtris, fortitudine, prudentia, equum ſuum reddiderunt auguſtiorem, nam ante Annum 1080. incipientes, vſque ad præſentem 1644. continuis profectibus & titulis protraxerunt, illuſtrarunt, curantque.

Scilicet vt redeat nunquam reuocabilis annus,
Atq; ſuum teneant feſta ſacrata diem.

Quapropter & Senatoria dignitate, & Reipublicæ neceſsitatibus, & Eccle-

ſiæ de-

ſiæ decori, & caſtrorum fælicitati, qui qualeſque extiterint linea docebit. Sed vt perpetuitati Veſtræ poſsit remediari, vnicum vobis obſeruandum perpetuò venit. Nempe equus veſter non volitet effrænis. Dixit enim Euripides: *Infrenis oris, exlegisq́; dementiæ, finis infortunium.* Secede ergo ab equinis pedibus procul. Exemplo ſit Themiſtocles, cùm mutatos eius mores ex procaciſsimo in maxime temperantem plerią; admirarentur, dicebat: *An non videtis aſperos & indomitos pullos, in optimos equos euadere?* Quapropter interpretationis loco inducam leges Lipſiani Horti in aditu expreſſas, ſub perſona bifrontis Leidæ.

Prima *Quisquis es, ſta, lege, pare.*
Ianus ad hoc limen ſic edico,
Horto & Hero fruendi tibi ius eſto,
Sed illo ad aſpectum, iſto ad ſermonem,
Niſi oculis, quidquid hic ſatum aut natum ne libato,
Tyro eſto, manum apud te habeto.
Si effers ad tactum aut ad raptum,
Verbo dicam, te efferto.

Secunda, *Sed nec hero vſq; quaq; fruitor,*
Ante ſextam veſpertinam ne adito:
Poſt ſeptimanam ne maneto.
Horæ aliæ ad alias illi curas,
Heic cogitat heic pangit
Stylus heic eſt, abi muſca
Quid ſi è cana, abi muſca.

Tertia, *Sermones etiam ne exleges,*
Iocari licet,
Narrare licet,
Rogare licet,
Sed nihil ſeriume,
Gratiarum hic locus eſt.

Quarta, *Si quid amœnius tamen in ſtudiis,*
Inter ambulandum diſſere, doce, diſce,
Et Muſarum hic locus eſt.

Quinta, *Tu qui furioſus,*
Tu qui rixoſus,
Exeſte,
Cluſius ego ſum vobis.

Sexta, *Canis præter vnam emaneto,*
Hecuba præter vnam emaneto,
Habes? hoc etiam
Quoquo te agis, te video.

EQVES POLONVS.

EQuites plurimorum Regnorum equus ſymbolum fuit. Romanorū quidem: Nam equum exultantem ponebant in nummis flore quodam ſuperne ſito, à cuius altero latere inſcriptio erat: *Romanorum.* Siue hoc quia bello Punico cum Hannibale equis ſuperiores ceperunt eſſe, vnde

flos principium bonæ fruis indicat. Sicut Virgil. de Marcelli laudibus Æneid: lib: 6.

Hic rem Romanàm magno trepidante tumultu
Siſtet, Equus ſternet Pænos.

Mauri verò qui feroces ob magnanimitatem fortitudinis vocabantur, & ſub Magiſtro Equitum pugnabant, equos duos in alba parma ſeſe quodam modo lacesſentes præferebant, ſubſcribendo: *Mauri feroces.* Et profectò optimis bellatoribus ſubſcribendum erit, qui qui ſunt vel fuerunt.

De Patre bella ſuo traxit pectuſq; Leonis,
Pro Patria ſtat cum Patre leone leo.

In Cephalæniorum quoque clipeis equus ſignari ſolitus erat, *vt ait Plutarchus.* Cuique enim præclarorum virorum Echo ad poſteros eſt.

Equus ad bellum,
Amor ad Patriam,
Mens dux eſto,
Cogita, Facito,
Te reſpicito.

Smyrnenſes verò, quid altius quoque meditarunt, nam & fortunæ ſimulachrum pullus equinus capiti inſidebat. Quaſi dicerent: *Si fortuna vellet erit de Prætore Conſul.* Et plurimis quoque alijs Regnis equus ſignum boni & optimi equitis fuit. Arma hæc dum intueor, fateor quod Zegota Zaprámecius equum ſuum candidum magnis multiſque prælijs calcem in ſanguine hoſtili habentem madidum,& in aureum vtilitatis & gloriæ cauſa conuertentem, Regi, ſuiſque præſentauit, vnde meritò ſibi equum in nobilitatis ſignum dari impetrauit. At ſicut Romanis Sibilla aſsignauit periodum præcanendo. Miles Romane Ægyptum caue. Ita vobis cum fortuna eſt & fauet, omnia ſunt nulla & nihilum vt dicere poteritis.

Donec humi ſonipes temeraria crura ſuperbus
Imprimat. & tellus clunibus icta tremat.
Mox facili des lora manu, pariter feratur,
Obſequio parens mantis vterq; tuo.

Tali namque animo Scipio proceſsit: Quapropter Antiocho per Legatos pacem poſcenti in Aſia reſpondit: *Id priùs factum oportuit, non poſtquam & frænum & ſeſſorem accepi.* Et durabit hæc fortuna, ſicut vobis prædixit Dominus Deuter: cap: 17. *Non multiplicabis ſibi equos, nec reduces populum in Ægyptum.* Hoc eſt vt exponunt Scriptores: *Non te extolles in ſuperbiam, neq; deduces populum in lachrymas atq; vanitates.* Superbiam enim equus, Ægyptus afflictionem & vanitates deliciarum,dum ad ea conuerſa fuerat denotans. Equites Polonos vos eſſe decuit,docuitque tanta ſeries bellatorum in Familia veſtra, & quod in Republica Polona excuſſa Lugduni Batauorum dicitur de equite Polono, hoc totum in Familia veſtra obſeruatum conſeruatumque fuit. Inquit ille ex Cromero: *Res militaris quoniam cum inſtituto gen-*

to gentis, tum temporum quadam conditione in honore fuit ſuperioribus, atq; adeò omnibus fere ſeculis extitere multi virtute bellica præſtantes viri, & quamuis in diuturna pace & otio extant etiam. Nec emarcuit in Polonis vigor ille animorum laudiſque bellicæ ſtudium ſi qua ſe vſquam offerat idonea virtutis exercendæ occaſio. Sint igitur vobis hæreditaria, vt veri ſitis equites Poloni & Chriſtiani hæc 8.

Credite parum poſſe arma ſine pietate,
Seruate ſcientiam, virtutem, authoritatem, fœlicitatem,
Non obliuiſcaris prudentiæ ſed in manu bellandi typum habe.
Non tam ſe hominibus imperare, quàm hominem ſe eſſe noſcas,
Catholicam Religionem cum vitæ periculo zelato.
Tantum in Duce eſſe authoritatis quantum eſt virtutis ſcito
Cures habere amorem, reuerentiam, timorem à milite,
Aduerte fugientem ſequi honores & fortunam.

CRESCANT IN ÆVVM.

OMinari plurimi poſſunt cuique bonum, dare nonnulli, ſed creſcere in æuum, dare mortalis affectus nequit, effectus tamen dabit. Quocirca M. Aurel. Antoninus, efformato equo currenti addidit ſtellam Caſtorem ſuprà dorſum, & poſuit lemmma: *Vi Superum.* Quaſi dicat: Creſco in æuum cum hoc equo, ſed vi Superum. In eandem ſententiam docuit Pſalm: 143. *Dominus docet manus meus ad prælium, & digitos meos ad bellum.* Sicut enim vitis & hædera propter imbecillitatem innixu ad arborem, palum, vel murum egent, ita perſuaſum nobis eſſe debet, nos non poſſe alia ratione vlla aſſurgere, creſcere, vel florere, quam acceſſu ad Deum Opt: Max, & gloria eius pro viribus tuenda. Vnde quidam:

Pyramidis ſurgentem hædera munimine cernis,
Talis ſtat pietas fulta fauore Dei.

Si quid tamen eſt quod ad augmenta in æuum mortales deducunt, hoc exiſtimo vnum. *Perſeuerantia in fortitudine.* Sicut enim ille equus dicitur eſſe generoſus, fortis, & ad bellum proficuus, qui in bibendo altius nares mergit, ita qui in multis bellis perſeuerat, & in hoſtium ſanguine ſæpius & profundius graditur, nedum generoſus & magnanimus eſt, ſed etiam plantat poſt funera æuum. Romanis omina ſi qua perpetua & fælicia fuerant, ipſa cunctatione & perſeuerantia fuerant. Quapropter licet Ægipti antiqui Principatus, vt *inquit Adamantinus* talis prædicatus manſit. Libidinem calcare, nequitiam euitare, omnes corporis voluptates domare atque frænare: effecit tamen Romanus miles perſeuerantia, vt ſi quando deſciſcerent à vero tramite & recto victi ſubactique manerent. Hinc apud Memphim in aurea columna literis Ægiptijs ſcriptum erat, tum demum Ægiptum liberam fore cum veniſſent in eam Romani faſces eorumque prætexta. Magnæ ſemper perſeuerantiæ in bono & forti Starokonij fuerant, & magnum omninò periculum exiſtimabant, ab aſinis ad boues tranſcendere. Quapropter nomine

proprio non alio, vt plurimum quàm Petri, quod ſoliditatem, firmitatem, & conſtantiam ſignificat, poſteros ſuos magnanimos ad fontem ſacrum nominabant, vt meritò illud Spinolæ Ducis illis tribuendum eſſet.

Seruabant Catti Bredam Dux Spinola cæpit,
Sic cautis Cattis cautior ipſe fuit.

His namque tota cautio in bello, aut mors, aut vita decora, aut pax tuta, aut mors honeſta conſultumque fuerat, vt

Dixeris hos fortes quos nec formidine mortis,
Pro Patria lætos occubuiſſe campis.

LINEA STARICONIORVM.

ZEgotha, *qui primus hoc differens ſtemma impetrauit ſibi & poſteris à Rege.* Záprzániec Zegotá, *habent priuilegia antiquarum fundationum Monaſteriorum inter ſubſcriptiones* 1080. *Ibidem ſub Anno* 1100. *Zegotem Zaprzánſcium Succamerar. Cracouienſem referunt. Petrum Zaprzániec Caſtellanum Sendomirienſem Anno* 1160. *ibidem referunt, eius filius Ioannes Caſtell. Sadecenſis, Záprzáncium & Száfráncium* 1220. *nominant literæ.*

Gnieuomirum de Miedzwiedź, & Thomam Strzebiec de Miedzwiedź habet priuilegium Caſimiri Regis, quod eiſdem gratiis & priuilegiis quibus vtuntur Toporei, & ipſi Staroconi vtantur iure merito aſſirmatur. 1366. *Confirmatio eiuſdem priuilegij facta à Vladislao Iagellone* 1428. *Petrum Mezucuium Ducem exercitus curiæ* refert Cromer. lib. 17. *ſub Vladislao Iagellone.*

Száfrániec Petrus de Luczyce Subdapifer Cracou. cui Rex Ludouicus Pol. & Hungariæ Rex territorium & Pieſkowainſkalam arcem donauerat A. 1377. Cromer. *Hic ex Kochna ſuſcepit eximium & ſpiritualem filium, Ioannem & Petrum.* 1. *filius Ioannes Száfrániec Epiſcop.* 29. *Vladislauienſis, ex Decano Crac. & Regni Pol. Cancell. Vladislao Rege promouente, licet in illa Diœceſi nullam teneret Eccleſiam* 1427. *Præfuit ſex annis Vladislauienſi Eccleſ. Obijt ætatis circiter* 70. *Cracouiæ ſepultus. Erat tunc Summ. Pont. Eugen. IV. Imperator in occidente Sigiſm. in oriente Paleologus. Illius vitam Stephanus Dámálewicz Doct. Canon. Vladislau. & Cruſuic. deſcribit a fol.* 293. *Demum carmine compilauit dicens:*

Vrbe Craci venit Præſul Safrancus, honoris
Antiquus ſtadium quam benè currit equus.
Vrget maiorum virtus hunc conſcia laudis,
Figit & in Patriæ pectore calcar amor.
Perge viam ſonipes tanto ſeſſore beatus,
Quam non annoſæ deterat hora moræ.
Lingua cui quamuis verbo non prompta, ſed implet
Hoc decus in miſeros officioſa manus.
Largus ægenorum tutor, caſtuſque ſacerdos,
Floruit inſigni laude pudicitiæ.
Pegaſe cede polo, quo dignior iſte caballus,
Non paſcis, potas, hic at vtrumque facit.

2. Filius

2. *Filius Petrus Száfrániec Palat. Crac. de Pieſkowa ſkáld germanus Epiſcopi, vt Collector Epiſcoporum Vladislauienſium adnotauit, Adminiſtrator Podoliæ* 1409. Cromer, de illo ante Annum 1435. *Succamerarius Crac. & Dux Exercitus Polonici & Ruthenici ad Tucholiam contra Cruciferos ante Annum* 1412. Cromer. fol: 276. *de illo* Starouolſcius fol: 78. in Centum bellatoribus. *Vix Annum* 30. *Ætatis attigit, dum Præfectus Podoliæ factus, Cubicularius R. M. & Succamerarius Cracou: Sic Patriæ & amicis vixit, vt eum vixiſſe non pudeat. Petrus Succamer. Crac. nepos Epiſcopi, vt notat Epiſcoporum Vladisl. Collector. Per Ioannem Tenczynſki magnæ authoritatis virum, ab exiſtimatione mala apud Regem,* 1450. excuſatur, *Mitram Epiſcop. Vladisl. Epiſc. poſt mortem acceperat,* inquit D. Dámálewicz. *de Sileſiæ infeſtatione & Regni, Dlugoſſus non bene nominat, vt* Cromer. fol: 344. 349. *ſed forte Dlugoſſus zelo quodam in electum Epiſcopum Cracouienſem Iacobum Szeninſki armoſum Dębno, quem Caſimirus Iagellonis noluit, ſed voluit Ioannem Gruſczynſki, vnde inuehitur in executores Regis, & inobedientes Regi laudat Dlugoſſus. Hic Petrus notabat Familiam de Luczyce, ceu a fratre deſcendens cum Petro de Pieſkowa ſkálá. Dederat ei Rex euiterne Oppidum Sieczemin & villam Bychnow* 1461. *Petrus Száfrániec Palatini Crac. filius Succamerarius Cracouienſis. Huic Vladislaus Iagello confirmauit donationem factam per Ludouicum Pol. & Hungariæ Regem, territorij & arcis Pieſkowaſkálá.* Cromer. fol: 511. *Petrus Száfrániec Succamerar. Curiæ, Capit. Nouæ ciuitatis Korczyn, eandem confirmationem obtinuit ab Alexandro Rege* 1504. *Petrum de Luczyce cuius parenti Sieczemin à Rege datum fuerat Caſtell. Visliciéń. Malborſceń. Radomſceń. Sochacouienſem Capit. Alexandri Regis priuilegium refert, vbi concedit illi vectigalia eligenda de Sieczemin Anno* 1505. *reliquit Stanislaum.*

Aduertat hic velim Lector, quod hoc nomen Petrus quoſi omnes ferè ſucceſſores in recta linea & collaterali appellabant, peperit nunc magnam difficultatem apud Lectores in Hiſtoria, cum enim aliqui eodem tempore vixerent, cui Petro datur virtus vel vitium non facilè dignoſcitur. Et inde ſunt contradictiones ortæ ab aliis notatæ, vt in Paprocio apparet, quoniam attribuitur huic Petro, quod de altero Petro erat dicendum. Chriſtophorus Száfrániec, qui dum ætatem iuuenilem ad grandia maiorum ſuorum merita non diſpoſuit, in facta inconuenientia defluxit & flebiliter occubuit, Cracouiæ ſepultus, apud PP. Bernardinos 1484. *Stanislaus filius Caſtellani Visliciensis Succamerar. Crac. in Curia Regis dum obſequia reddidit, & Patriæ honorem & laborem omni occaſione detulit, Capit. Corcinenſis renunciatus eſt. Ex Siemienſka reliquit filium Stanislaum, qui licet in iuuenilibus annis orbatus parente fuiſſet, placidè tamen educatus, eam fortunam & fortitudinem eſt aſſecutus, quá maioribus ſuis æquari poſſet, nam ex Tribuno Sendomirień. ſub Auguſto Rege Caſtell. Biecenſis factus, in Aula Regia digna reddidit obſequia, atq; in Caſtris retulit*

nominis

nominis glorioſi trophæa. Ad Poſueliam proprijs ſumptibus deduxit militem, & poſt egregie facta Capitanei Lelouienſis honore præmiatus fuit, Tempore Interregni verum ſeſe Patriæ ciuem & tutorem acclarauit, & in Coronatione Stephani Regis Caſtell: Sendomirien. factus, poſtmodum Pol. t. deinde declaratus 1582. fuit. In Pieſſkowaſkalá arcem muratam erexit, cum Dębienſka armorum Rawicz Caſtell. Crac. filia, reliquit Andream & duas filias, Sczepanowſcij & Palatini Lublinenſis conſortes. Andreas filius Stanislai, Capit. Lelouień. exempla maiorum glorioſe ſequendo, nec aulam Regum detrectauit, nec caſtra omiſit, nec quæ decent virum proſapiæ magnæ genitum neglexit, ſub Mieleccio Duce Supremo exercituum Palat. Podol æ, ad Polociam & Sokolum maxima fortitudinis ſuæ & virtutis indicia detexit, & quaſi vnum de antiquis ſuis triumphatoribus, exercitus vidit & probauit, conſors ſua Rzeſſowſka armorum Wężyk 1582. Petrus Caſtell. Sadecenſis Capit. Sendomir. qui in bonis ſuis Wloſzowa, aulam ſplendidam de muro firmatam ex fundamentis erexit, reliquit filium Hieronymum Capit. Chęcinenſem, & Secr. R. M. Sigiſm. Qui vt debitum ſoluit Patriæ & Reipub. conſilio, fortitudine, contracto matrimonio cum Kościelecka armorum Ogończyk, reliquerat filias: Zuzannam, Catharinam Iaſienſkij poſt Ieremiæ Chełmſkij conſortem, & Annam Krzes de Bobolice, quæ intulit bona in Krzeſorum aciem.

Synowiec: *Nicolaus Starykoniu ad Coronouienſe bellum a* Cromero adnotatur lib: 17 fol: 275. ſub Anno 1434. *notabant familiam de Zadowice.*

Bochnarij *antiqua Familia, prout Anni & tituli eorum illuſtrant. Petrum Bochnar Caſtell. Biecenſem in literis plurimis confirmationis Monaſteriorum legimus* 1340. *Nauegius Bochnar Succamer Crac. cuius filius Nicolaus erat Præfectus Zupparum Crac. ſub Vladislao Iagello* 1405. *& tenuit hoc officium octo annis.*

Wielopolſcij, *qui propriè ſunt Bochnarij, nam Nicolaus ex Nauegio bona Wielopole tenuit, a quibus filius ſuus Ioannes Wielopolſki Bochnar nominatus fuit. Ex Wielopolſka Ioannes ſuſcepit filios. Nicolaum qui ſterilis deceſſit, & Ioannem, qui ex Dedenſka armorum Gozdawá, filios 3. reliquit, & filias 9. Kilinowſkij conſortem, quæ matrem genuit Abbatis S. Crucis, Kowalenſkij, Boboleæ, Wieloglowſkij, Rokoſij, Zaduſcij, Stronſcij, Butko & Humnicki conſortes. 1. Stanislaus filius Ioannis, reliquit cum Iordanowná Achacium, & Ioannem Aulicum Auguſti Regis, virum morum grauitate, & iudicij ratione perilluſtrem, & filias Annam Inciſoris Regis, & Capit. Tyſouiecen. Strzelej conſortem, poſt cuius deceſſum, Láſcz Succamerar. Belzenſi filio Caſtell. Czerſceń. & Capit. Chelmenſis, nupſit. Dorothea Potulicij Petr. Caſtellani tunc Przemecen poſt Palat. Plocen. demum Brzeſten. conſors. Helizabeth iuncta Guthæ ſeu Gucze. 2. Fælix Ioannis filius, qui cum Iordanowná etiam contraxit matrimonium, ſorore conſortis Stanislai, reliquit filios Stanislaum, Chriſtophorum, Ioannem, Nicolaum, & filias Annam & Sophiam. Stanislaus Fælicis filius,*

filius, magnæ literaturæ vir, in Curia Illuſtr. & Reuer. Epiſcoporum Kraśinſki & Myſzkowſki duxit dies, villam Vciſko ad montem ca..um erexit.
3 *Ioannis filius Ioannes hæres in Kleczany. Hic cum Kielanowſka armorum Pobog reliquit Stanislaum in exteris nationibus rectam inſtitutionem in grauitatem morum deduxit, atq; optimam ſpem in Patria de ſe conceptam [...]ſtuè Reipub. conſecrauit. Alij filij erant Ioannis, Gaſpar & Ioannes, Electionem Vladislai IV. Regis ex Cracouień. Palat. ſubſcripſit Ioannes Wielopolſki de Wielopole, Gaſpar per multos annos caſtra militaria cum laude ſecutus fuit, poſtea Subiudex deinde Iudex Terreſtris, tandem Succamer. Crac. ex Ciekliuſka quæ primo matrimonio fuerat coniunx* Broniowſcij, *ſuſcepit filium Ioannem & filiam vnicam conſortem Gener. Franciſci Dembinſki.*

Wieloglowſcij *eiuſdem diuiſionis bonorum cum Wielopolſciis. Plurimi Familiam ſuam claris illuſtrarunt factis, & in præſens illuſtrant. Georgius ex Cracou: Palat. electionem Sereniſſ. Vladisl ai IV. ſubſcripſit. Chriſtophorus Wielglowſki multo tempore fuit Vicecapit. Sendomirień. in iure Patrio peritus, & ad Reipub obſequia aptus.*

Siemuſzewſcij *in Præmislienſi.*

Czártoryſcij *in Ruſſia.*

Polanowſcij *in Crac. Palat. de Polanowicze. Nicolaus Polanowſki 1536. eadem bona conſorti Heduigi Pernus donauit. Conſors ſua Anna conſanguinea Laganowſcijs & Marſzowſcijs Otwinowſka, ex qua ſuſcepit filios 6. filias 5. ex quibus Ioannes ad bona & poſſeſſiones multas peruenerat, & reliquit optimos filios milites eximios, domi & in Vngaria Ioannem & Matthiam. Alter filius Nicolai Thomas, qui optime literis inſtructus, factus religioſus S. Benedicti, & poſt Annos 30. Abbas Caluimontis electus & confirmatus, extat ibidem eius memoria. Succeſſerat poſt Kuczowſcium armorum Roża, illi verò ſucceſſit Albertus Kilanowſki armorum Pobog. Filiæ Polanowſciorum erant aliquot Moniales, & Matres in Stániatki, vt Regiſtrum habet. Ioannes Polanowſki vir inſignis pietate, Camerarius terreſtris in diſtrictu Kśiazneń. in Palat. Cracouień. eo tempore, quo Stanislaus Cikowſki fuerat Succamerarius.*

Maij *in Syradień. Palat: viri bellicoſi ſemper fuerunt, ex quibus Iudex Terræ Syradień. Florianus May ſtrenuus miles, tempore Sereniſſ. Sigiſm. Auguſt aliquot expeditiones contra Moſchum & Scythas obijt. Felix May magnæ virtutis vir, ex Balicka reliquit filium Stanislaum ſtrenuum militem, qui in expeditione contra Turcas ad Chotimum, ſub ſignis Magnifici Franciſci Capitanei Nouæ Ciuitatis Koczyn militauit, ex Koniecpolſka ſecundi matrimonij, ſuſcepit filium Falicem Stephanum, Stanislaus verò filius illius primi Falicis May, ex Kśieſka reliquit duos filios Florianum & Fælicem, magnæ expectationis iuuenes.*

Wronicc ij *in Crac. Palat. quorum bona Rudniegorne ad Proſowice.*

Grodeccij *ad Sacz.*

Zarſcij *in Cracou: Palat.*

STARYKON Secundo.

EST quoque antiquus equus in Sileſia, ſed differens ab equo in Regno. Equus enim hic præcinctus alba ſtolla quidem eſt, ſed è lana, ita quod fimbriæ pendeant, campum tenet cæleſtinum, ſuper coronam verò inter duo poma eſt penna vigilantis galli. Vtuntur his armis in Sileſia Ermberkouij antiqua & clara meritis Familia, maximam conſanguinitatem retinens. Quia verò plurima inducta fuerunt arma in Regnum, dum Sileſia coniuncta fuerat, imò etiam poſt auulſionem à Regno, non immodica introducta arma ex Sileſia & Morauia in Regnum & M. D. Lith. manent, ſi reperiretur inter nobilium, arma & talis equus, Lector differentiam obſeruabit.

DVCVM SANGVSZKONVM.

DELINEATIO & ORIGO.

ARma ſunt Ducum M. D. Lithu: vltimò aſſumpta. Nempe, eques cum vibrato gladio currens impetu equi. De origine horum armorum diximus in primo Tomo Orbis Poloni in Korybutho. Originem verò Sanguſzkonum ex Lubarto filio Gedimini, apertè Hiſtoriæ aſſerunt. *Cromerus lib:* 14. *Bielſcius fol:* 622. Stricouius folio 461. ita loquitur: *Olgierdus Gedimini filius, ſuſcepit ex prima conſorte Ducis Vitepſcenſis filia nomine Vlianna filios ſex, a quorum vltimò erat Fedorius Sanguſzko, parens Ducum in Koſſer & Kowel.* Innuit Cromerus conſortem habuiſſe Ducis Vitepſcenſis filiam dicens: *Obuenerat etiam Olgerdo in Ruſſia Vitepſcenſis Dominatus, cùm vnicam Ducis eius oræ filiam vxorem accepiſſet.* Idem *Miechou: lib:* 4. *cap.* 36. *fol:* 265. hunc Lubarthum Fedorium circa Annum 1353. Ducem Volhyniæ & Luceoriæ meminit. *Miechouius lib:* 4. *& clariùs Stricouius fol:* 438. quod Haliciam & Zauichoſtiam inuaſerit & ſpoliauerit. Quia verò in ritu Græco baptiſatus Lubarth fuerat, nomen Fedorij hoc eſt Theodori aſſumpſit. Inde Stricouius Fedorium, eiuſque ſucceſſores Duces in Koſſary & Kowel nominauit. Circa Annum 861. Gentem fuiſſe bellicoſam Koſſerorum, meminit Stricouius fol: 116. & folio 127. inquit: *Staniſlaus Ichorowicz nepos Ducis Kuryk, contra Koſſaros ſeu Koſſeres gentem Ruthenam, quæ ex illius poteſtate ſeſe extrahere & educere tentaverant exercitum mouit, atq; illorum arcem firmiſſimam Bielowieſia nuncupatam expugnauit & recepit.* Antiquiſsima igitur atque Illuſtriſsima eſt & fuit Familia Sanguſzkonum, genere, poſſeſsione, titulis & meritis. Quod luce clariùs in Linea Familiæ apparebit.

VICTORIA PLENA.

MAximus titulus eſt hominis bello clariſsimi VICTOR, ſed ſi victor plenè fuerit, erit illi hic titulus ſummus: *Planè pleneq; victor.*

Hinc

Hinc dixi: *Victoria plena.* Illa etenim victoria plena dicitur, quæ nedum perfecta eſt, ſed quæ illa perfectione perfecta eſſe cernitur, vt ſoliditas pacis, hoſtium ſubiectio, inimicorum ſtrages & internecio, ea denuncietur firmeturque. In cuius rei laudem Sennones, de quibus *refert Liuius lib:* 10. deuictis Romanis ad Cluſium fluuium inſignum plenæ victoriæ pectoribus equorum appenderunt capita cæſorum. Et Romanorum Dux Tigranne Rege deuicto, coronam, gladium, ipſumque Regem proſtratos ad terram, pedibus ſubiecit. Quapropter ad plenam victoriam conſequendam, Iamblichus in Epiſt. ad Olympium hæc de fortitudine militari reliquit: *Fortitudo primaria intelligatur, quæcunq; immota intellectualis facultas, & maximi vigoris intellectualis actus, mentiſq; conſtantia & immutabilis habitus intra ſeſe: huiuſmodi ſanè fuerint ſpecies, quæ in vita ſpectantur fortitudinis, ſiue per ſe ſubſiſtentes, ſiue ſuum robur communicantes, ad eum qui in verbis elucet ſolidum firmumq; ſtatum.* Vnde Octauij Cæſaris plenam victoriam, vt gratus declararet æuiternis temporibus Senatus, erexit illi victorialem ſtatuam tali modo. Formauit fœminam grauis gratique aſpectus, quæ ſupra columnam marmoream ſtabat, & in manu vna tenebat victorialem palmam, in altera tenebat coronam regalem, quam duo ſerpentes circumdabant, & tertius ſerpens intra duos interplicatus fuerat. Additum lemma fuit: *Aſia recepta.* Dum diuerſa arma M. D. Lith. Dynaſtarum & Principum intueor, atque Vithenis, Gedimini, Olgerdi, atq; duodecim fil. ipſius victorias diuerſas ſumma ſuê intueor, aureis adnotare literis clariſsimè licebit: *Victoriis pleni.* Recepta enim ab eis Moſchouia, Ruſsia, Podlachia, Halicia, Lublinum fuerat, Tartari, Moſchi, cæteræque finitimæ cum Crucigeris gentes fugatæ & diſcerptæ fuerunt. Et ne in antiquis triumphatoribus immorer, Sanguſzkonum ſufficiat ad præſens Familia, de quibus nobis ſermo eſt. Illi namque vt cum Nazianzeno Orat: 20. loquar: *Maiores ſuos equino & generoſo impetu aſſequebantur, nec à ſummis illorum agitationibus aliquo interuallo diſtabant.* Fædorius Sanguſzko. perſpicua intellectus ſpecie, dum Fidem ſacram Catholicam ex gentilitate conuerſus, viam virtutis cælique veram agnouit, quanta trophæa de hoſtibus detulerit, ipſa Volhinia hoc non ſufficit dicere, ſed Duces M. Lith. & proſtrati hoſtes liquidò acclamarunt. Erat namque Dux Seueriæ, hæres Volhyniæ, & Luceoriæ Dominus, cùm verò ex filio ipſius Demetrio tres filij & bellatores nati Duces Luceorien. Koſſarienſes, & Kouelenſes nuncupati fuerunt, ipſis trophæis hoſtium ſpolijſque militaribus curias areaſque munitionum impleuerunt. Circumſpecta verò Progenies maximis honorata titulis, ea in Repub. & Regno Pol. adminiſtrauit, quibus antiqua gloria, ſplendorem decoremque ſuum haberet teneretque. Admonebat Saluator filios Abrahæ: *Filij Abrahæ eſtis, opera Abrahæ facite.* concludam: Sic erit benedictio veſtra, & ſtabilimentum Domus.

SPLENDOR PATRIÆ.

PAtria cùm nil iucundius deſiderabiliuſué ſit hominibus, illam varijs illuſtrare luminibus omnes conuenit. Tria verò ſunt media, quibus continuus ſplendor in Patria optimi ciuis relucet. Primùm, Honor maiorum in filijs. Quocirca Caſsiodorus libro Epiſt: inquit: *Laudabilis vena ſuã ſeruat originem, & fideliter poſteris tradit, quæ in ſe glorioſa tranſmiſſione promeruit.* Hinc Romanarum matronarum ampliſsima Parens, mundum muliebrem in monilium torquiumque valore & ſplendore conſtituentem, & delectantem admonuit dicens: *Iſti ſunt ornatus ſplendoreſq; mei*, filios innuẽs. Secundum eſt, Sacra fides. Dicit enim D. Chriſoſt. *Vna eſt veritas & non partita, & ſicut qui margaritam pretioſam habet, ipſe nouit quantùm diues eſt, ita qui fidei veritatem detinent, norunt quod diuites ſunt, quas infideles ignorant, nam fides religionis Catholicæ lumen eſt animæ, oſtium vitæ, fundamentum ſalutis æternæ.* Tertium eſt, Defenſio Patriæ. Inquit enim Seneca: *Nemo Patriam diligit quia magna, ſed quia ſua, Vlyſſes ad ſaxa Ithacæ properat, Agamemnon ad Mycænarum muros.* Profectò Illuſtriſsima Domus Sanguſzkonum, erat quondam ſol M. D. Lith: ſi Vithenem, ſi Gedimin, ſi Olgerdum conſiderabimus. Erat ſol Regni Pol. ſi Iagelonem Vladislaum, Sigiſmundum, Auguſtum ſpectabimus, ſi verò Duces Seueriæ, Luceoriæ, Volhyniæ à Lubartho inſpexerimus, maxima fuerant lumina. In Ducibus verò Koſſerenſibus & Kouelenſibus, ſplendorem Patria conſeruat. Vnde contrarium illis ab Alphonſi Aragonum Regis erigendum eſt monumentum: Ille tres cyphras cataphalco inſcripſit addendo lemma: *Nil fuimus, nil ſumus, nil erimus.* Innuebat mortem, omnes enim præcipiti ſorbet mors turbida fato. Ducibus verò in Koſſary & Kowel, ſcribendum triplex D D D. vt ſignificetur, *Duces, Domini, Dynaſtæ quingentibus ſeculis, quingentibus populis, quingentibus medijs & vicibus Patriæ lumina dederunt, conſeruarunt.* Conſtantino Magno (*inquit Baronius ſub Anno* 312.) quod Senatus Romanus venienti Romam, obtulerit ſignum Dei aureum, & paulò poſt Italia obtulit eidem ſcutum & coronam auream. Addit Panegyriſtes, ſæpè debetur, & diuinitati ſimulachrũ aureum, & virtuti ſcutum, & pietati corona. Profectò Ducibus in Koſſyr & Kowel, pro Fidei ſacræ propagatione, & multarum Eccleſiarum erectione, debetur ſignum Dei, Benedictio ſcilicet ab alto & præmium cæli, pro virtute verò & fortitudine debetur ſcutum, honoris ſcilicet & Regiæ beneuolentiæ, pro virtutum ſemine & incremento debetur corona. A nobili ſcilicet optimi affectus, à Clero piarum orationum, à plebe linguæ prædicantis encomium. Lego ſimile gratitudinis memoriale. Vindicauit Senatum, Populumque Romanum Conſtantinus Magnus à Tyrranide, & ſubitò crucem erexit cum inſcriptione tali: *Hoc ſalutari ſigno vero fortitudinis indicio, ciuitatem veſtram tyrannidis iugo liberaui, & S. P. Q. R. in libertatem vindicans,*

priſtinæ

priſtinæ amplitudini & ſplendori reſtitui. Meruit hoc idem Theodorus Sanguſzko, meruit Demetrius, meruit Romanus, cæteræque magnæ Sanguſzkorum Familiæ propagines. Sed vos feruor bonæ voluntatis quem mens cohibere nunquam valet, certis populorum indicijs manifeſtare non negliget.

LINEA ILLVSTRISSIMÆ DOMVS SANGVSZKONVM.

LVbarth *ſextus filius Olgierdi, ex Ducíſſa Vitepſcenſi Vlianna, ſicut* Stricou: lib: 12. cap: 13 habet. *Hic in Græcam fidem baptiſatus Feaorius nominatus fuit, habuit in conſortem Ducis Vlodimirienſis Volodimiri filiam, erat poſtmodum Volodimiriæ & Volhiniæ Dux, multas poſtmodum regiones tenuit*, vt Stricouius fol: 408. & ſol: 428. *Haliciam & Zauickoſtum ſpoliauit, inuaſit*, Stricou: 438. *Ab iſto Lubarthouia erecta fuit in Volhinia ſcripta Ruſſorum affirmant, captus à Caſimiro Rege* 1351. *religionis ſuſcipiendæ fide data dimiſſus fuit.* Cromer. fol: 212. *Fediſi agum Caſimirus ex Ruſſia eiecit, & Alexandro Duci Michaelis Coriathi, filio Gedimini, nepoti eam oram Vladimirienſem reddidit, quam ille latericio muro muniuit.* Cromer. fol: 218.

Fedorius Lubart Sanguſsko, D. Volodimiriæ à Iagellone Seuerień. Ducatum impetrauit 1396. Stricou: fol: 495. 502. *filium Demetrium Volhiniæ, Luceoriæ, &c. hæredem reliquit. Hic reliquit tres filios, Fedorium, Michaelem, & Vaſilium. Fedorius poſt deceſſum parentis, omnia bona tenuit cum eſſent minorennes fratres, notantur bona in quadam concione funebrali Samuelis Simeonis Sanguſsko, Volodimiria, Halicia, Sluckum, Leopolis, Luceoria, Kowel, Koſſiria. Facta verò inter fratres diuiſione Fedorio ceſſit Luceoria, Michaeli ceſſerunt Koſſary, Vaſilio Koulum. Fedorij filij fuerunt, Fedorius Capit. Vlodimirienſis, & Marſchalcus Volhyniæ,* Stricou. 754. *Demetrius alter filius Iaromiri ſepultus,* de hoc Stricouius folio 265.

Romanus Palat. Braclauień. & Dux Campeſtris M. D. Lith. Zytomirień. Vinnicien. Capit. & in hoc linea Fedorij Sanguſsko deſiit, illius geſta clara in bello & caſtris Hiſtoriæ Regni referunt, quod ſub Sigiſm. Auguſt. Vlam, & Suſum arces expugnauerit, 30. millia hoſtium Moſchorum fuderit. Nouiſſimus Simon Starouolſcius in centum bellatoribus tale illi Epitaphium formauit.

Romanus Sanguskus Palat. Braclau: & Equitum M. D. Lith. Magiſter, rariſsimum gloriæ militaris exemplum, ob egregia facinora cunctis cariſsimus, ſed præcipuè Regi Sigiſm. Auguſt. cognato ſuo, in flore ætatis è magna rerum expectatione præreptus, hîc tegitur depoſitus. Viator dic ſtrenui bellatoris manibus bona verba, & ſcias eum fuiſſe ortum in Ruſsia familia vetere & honorata, atq; ex Principib. Lituaniæ.

Progeniti fuerant Demetrius & Romanus ex Anna Deſpotowná, vt Paprocius deſcribendo in 2. Opere actus bellicos Romani. *Ex Chodkiewiczowná Caſtell. Vilnenſis, & Supremi Ducis Exercituum filia, ſuſceperat filium Romanum, atq;*

num, atq; filias Mariannam, Alexandrã & Fedoram, ſicut Papr. fol. 648 enumerat: *De hoc Romano* Papr. in Nido fol: 1235. Sarnic. fol: 402. Stric: fol: 775.

Duces in Koſſer à Michaele Sanguſzko Lubarthouicio, Demetrij filio deſcendunt, & à bonis Koſſary, Koſſirſcij Duces nuncupati ſunt. Leo Dux in Koſſary, cuius filius erat Chrzeborius, ſicut patet ex literis directis ad Ducem in Korec Bohuſium, Capitaneum Luceorienſem.

Adamus Sanguſzko Lubartbowicz Dux in Koſſary, minorennis relictus vnà cum ſorore (quæ demum Leopoli in conſortio Monialium S. Franciſci de Obſeruantia piè obijt deuota ſoror) applicuit animum ad decentes literas, & profectu cum incremento virtutum collecto, ornamentum Patriæ extitit, ex Palatino Podoliæ in Volhynienſem ſuccedens decora domus, lumina Patriæ reſpicit, religione verò Monaſteria & Eccleſias erigit, humanitatis Politicæ maximus obſeruator, cum Danilowiczowna tenet conſortium matrimonij. Soror Adami Sanguſzko erat conſors Georgij Kraśicki Capit. Dolineń. ex qua ſuſcepit filios tres, nunc hæ edes poſt mortuum patruum Palatinum Podoliæ, & Capit. Præmislień. in Kraśiczyn, ex quibus Martinus accepit in conſortem filiam Maximiliani Oſſolinſki, Theſaurarij Curiæ Vladislai IV.

Duces in Kowel a Vaſilio filio Demetrij Sanguſzko Lubartouicio deſcendunt. Et hoc medio Duces Sanguſconcs, in Duces Luceorienſes, Koſſerenſes, & Kouelenſes excreuerant.

Simeon Samuel Lubartowicz Sanguſzko, Kouelenſis Dux ex Caſtell. Mſcislaū: Palat. Vitepſcenſis, Capit. Surazenſis, qui in exteris nationibus cum indolem literis domi & in Patria ornatam maiori experientia ornaſſet, atq; tyrocinia bellica linguarum peritia iucunda Patriæ detuliſſet, Sereniſſimo Regi Sigiſm. III. obligata nobilitati in Principes obſeruantia, ſolertem reddidit obſequiorum vigilantiam, aptam verò ad martem ætatem in conſpectu M. D. Lith. Exercituum Carolo Chodkiewicz in Liuonia, & ad Kokenhauſum ſtrenuo animo hoſtes inuadebat, nullo habito reſpectu, quod vnicus filius parentis fuiſſet, in ætate verò maturiori & infirmitatibus fracta, quàm promptum ad Vitepſcum in incurſione Moſchouitica detulerit ſubſidium, omniũ ora gratitudinis officio repleta referunt. Contracto demum matrimonio primo cum Anna de Familia Zauiſſiana hærede in Kákow, ex qua ſuſceperat prolem. Secundo cum Helena Marcibella Coruini Gaśiowſki Palatini Smolenſcenſis Alexandri filia contraxerat coniugium matrimonij. Filij ipſius Ioannes Vladislaus, Capit. Surazenſis, qui cum Duciſſa in Klecko Radziuilia tenet matrimonium. Caſimirus, & tertius inter Societatis IESV Collegij Patres ſacerdos conſecratus, in obſequiis Parentis ſui & Ducis ſacrificium Domino pro anima ipſius obtulit. Auditur quod Societatem deſeruerit, vt viæ in gloriam in ſpecioſitate inueniat. Filiæ Simeonis Samuelis D. in Kowel, Ioannis Steckieuicij Vexilliferi Orſanenſis conſors, altera Sanctimonialis S. Benedicti, vobis relictis poſteris depingendum in præcordiis erit. Si ſol extinctus eſt, aſtra fulgeant. *Eſt*

enim

enim ſol ſole in orbe deficiente. Qui aſtris tribuit lucem, ſine ſole deficienti. Depingendum ſecundo: Moriendum hic, Viuendum ibi. Vbi? Ibi: Vbi nec luctus, nec dolor, quia priora tranſierunt.

In notatis demortuorum Kiouienſium Monaſteriorum Graci ritus, video hos de Ducibus Sanguſciis adnotatos, Theodorum, Andream, Alexandrum Duces, & Auxentiam Ducisſam.

SALAWA ſeu SZALAWA,

Aliâs NAWOROTNIK.



DELINEATIO.

EST circulus coloris flaui, in cuius medio ponuntur tres cruces latæ, æqualibus lineis formatæ, tangentes vno latere circulum, cruces aureæ in campo lazurino. Super coronam eſt extenta manus armata, frameã ſtrictam ad ſecandum, & vulnerandum diligens.

ORIGO.

VOlodorus Ruſſorum Dux multis cladibus Græcis innouatis æuiternè notus, dum à IoanneZemiska Imperatore Conſtantinopolis, cùm ter mille centenis Ruſsis profligatus, pacem pro bello amplexus fuiſſet, legatum Conſtantinopolim miſit virum eximium, ac fortè ſanguine ſibi iunctum, qui vt mores, deuotionem, pietatem, Sanctorum miracula, cæteraſque virtutes cum cultu Chriſtiano Græcorum conſpexit, adiecit animum ac Fidem Chriſti cum ritu ſuſcepit, atque Baptiſmo ſacro, atq; cruce ſalutari ſe animamque muniuit. Qui in Patriam dum rediit, ac ſeſe Chriſtianum profiteretur, à primoribus deriſus, in blaſphæmiam nominis Chriſti Paganis occaſio fuit, commotus in iram, vt pro fide vera & ſancta cum ipſo armis agerent, omnes tres prouocat, tacto igitur circulo ad duellum in terra, educebat infideles. Hunc lingua ſua dixerunt illi *Szaloniy*, id eſt mẽte captus, at ille pro gloria Dei pugnando & fide, famam inde ſibi futuram aſſeruit, certarunt illi verbis, ſed ille factum acclamat, & incitat vt procedãt in duellum, quo commiſſo, omnes interfecti ab illo fuerunt. Quapropter ob tantam famam nominis ſui & Chriſti, arma hæc circulus cum crucibus illi à Duce Ruſsiæ conceſſa fuerunt, cuius proclama *Sáláwá*, id eſt fama, & quia primus Fidem Chriſti Ruſsis ipſe Roxolanus commendauit, &

 ad Chri-

ad Chriſtum conuertit, lingua illorum *Nawrotnik*, hoc eſt Conuerſor dictus, atque appellatus fuit. *Refert de illo Baron Tom:* 10. *in vita Ioannis Zemyſka, Paprocius in* 1. *Opere* ex Ruſſorum notatis, dicit virum hunc fuiſſe ante *Hálká* nominatum, & addit, quod occiſos quoque ad vitam in præſentia omnium reuocauerit, aſsignat Annum ex Priuilegijs eorum 971. Sed quæ ſunt impoſsibilia apud Deum? Infinitus eſt theſaurus hominibus IESVS Chriſtus. Quapropter & Imperator Zemiská, poſt tàm inſigne & inſperatum bellum cum Ruſsis, erexit in auro crucem Domini, & ſubſcripſit: *IESVS CHRISTVS REX REGVM. Ioannes Cluuerus in Hiſtor. Zemiſcæ.* Aduertat Lector, quod Wolha primùm receperat fidem & ritum Græcum Conſtantinopoli, cuius nepos ex filio Suiatoſlao Volodimirus aſſumpſit iterum fidem Græcam. Nam dum miſiſſet per vniuerſum orbem ad indagandam fidem, inter quos *Hálká* poſt *Száláwá* & *Naworotnik* nuncupatus miſſus fuerat, Græci ritus fide ſuſcepta, eandem Wolodimiro commendatam, ob propinquitatem ſermonis reddiderunt. Clarè de hoc *Bielſc. fol:* 54. & 55. *Stricouius fol:* 139. 140. *Sarnicius* 217.

RELIGIONIS SACRÆ PROPAGATORES.

MAximis ſunt honorati titulis Propagatores religionis. Inde namque profluxerunt Catholici, Chriſtianiſsimi Reges, inde Eccleſiarum & Fidei tutores, zelatores, defenſores. Nam cùm ſummum fuerit animæ bonum religio vera, ſummis quoque honoribus colendi honorandiq; veniunt qui eandem propagarunt, defenderunt. Etſi quando graue auditu eſt, vt religionis deſtructores, Cacodæmones, Apoſtatæ, Tyranni infernales &c. vocitentur, nec hoc tamen ſatis eſt, ſed tandem iudicium ſempiternum cum damnatione meritò ſuſcipiunt. Suaue igitur erit omnibus medijs, modis, reſpectibus promouere, & coronis adornare veræ religionis propagatores. Vnde ad propoſitum *Cedrenus* de oppreſſore & tyranno populi & Eccleſiæ Nicephoro Imperatore reliquit: Hic dum iugularetur, attollebat manus cum voce in cælum dicendo: *Domine miſerere, Adiuua Deipara.* Nec tamen à tàm miſericordiſsimis Rege cæli & Regina obtinuit gratiam. Ratio. Sanguis, oppreſsio, lachrymæ pauperum, ob quæ & quanta, dum palatium muro ſecuritatis gratiâ cingeret, ex aëre audierat: *O Imperator, ſi ad cælum educes faſtigia, intus exiſtente malo, facilè captu munimentum eſt.* Quocirca admonet ſacra pagina: *Simulatores & callidi prouocant iram Dei, neq; clamabunt cum vincti fuerint, morietur in tempeſtate anima eorum, & vita eorum inter effeminatos.* Iob: 36. Dum flecto oculos in arma Salauitarum, tàm inſignem originem, pietatem, fidelitatem, fidemque veram explicantem: meritò propagatores ſacræ religionis vocitabo. Fecit namque primus parens eorum, quod Ducem ſtrenuum & religioſum, quod pium, ſanctum quoque virum conueniebat & decebat: Occidit hoſtes ſacræ fidei, & vitæ priſtinæ

reſti-

reſtituit. Refert ex vita S. Chryſoſtomi lib: 7. Cauſinus. *Bacchabatur* (inquit) *in agrorum vaſtationibus Leo furiali rabie, nec hominum ſiſti vllis remedijs poterat, ecce D. Chryſoſtomus iubet in loco certo crucem humanæ ſalutis vexillum erigi, mane ad trophæum crucis leo inuentus eſt mortuus, non humanis machinis, ſed ligni ſalutaris vi & præſtantia.* Multò maioris periculi fuerat audire & mente ſancta percipere blaſphæmiam in Deum, fidem & Eccleſiam Salauo, vnde ardenter atque audaciter, vel mori pro fide & Chriſto, vel occidere blaſphæmos deſiderauit. Dicit namque Apoſtolus: *Eiuſmodi viros poſt primam & alteram admonitionem deuita, at melius deuitari non poſſunt, quam ſi è medio eradicentur, colligenda zizania de medio tritici, & igni danda.* Fecit Salauius Deo iubente, ſuſtulit hoſtes fidei è medio viuorum, & ſpectantibus infidelibus, vt Chriſtum dominari in ſuis cognoſcant, eodem iubente, mortuos ad vitam reuocauit.

Agnus enim vice mirifica,
Ecce leonibus imperitat,
Exagitansq́ truces aquilas,
Per vaga nubila perque notos
Sydere lapſa columba fugat.

HERCVLEVS GLOBVS.

HErculis clauam quantis laudibus Scriptores extulerint, referunt ſatis Scriptores, ſed præcipua laus quod Herculis claua, Virtus fuerit victrix. Fugans canes. Abigens muſcas. Rem Solinus narrat initio Polyhiſtoris. Sacellum Herculis in foro Boario eſt, in quo argumenta conuiuij, Potitiorum, & maieſtatis ipſius remanent, nam illò nec canibus, nec muſcis ingreſſus eſt. Etenim cum viſcerationem ſacrificij litaret, Myagrum Deum dicitur imprecatus, clauam verò in auditu reliquiſſe, cuius olfactu refugerent canes. Si igitur Herculis claua tantæ virtutis, erit & globus Herculis non immodicæ artis. Nam ſi globus Herculis eſt, iam nec Perſicum erit pomum, nec nux Græca aut Tarentina, ſed exoticus, nec communis aliis triumphatoribus exiſtimandus erit. Maximi etenim nominis viri, maximi cogitatus, maximi aggreſſus, maximi effectus ſubſequi ſolent. Lego globum Pompeianum in Dion Nicæo, qui licet ex reſina, canapo, pice, ſulphure, alijſque fomentis liquorum, & ardentis igni conflatus fuiſſet, tanti tamen vigoris & potentiæ fuiſſe expertum eſt, vt quo ipſi magis aqua reſiſtebatur, tanto magis ardebat, & quò fortius à muro auellebatur tanto magis adhærebat, conſumabat omnia ſurſum, deorſum, muros, lapides, vallos, & vniuerſa circumiacentia, donec ipſe conſumeretur. Maximi roboris & artis fuit hic globus, ſuperat virtute & arte admirabilis Herculis globus. Audaci timor eſt, nomine ipſo terret & fugat. Eſt Herculis Herculea, pilla & balla. Referunt Apothecariorum præcepta, quod ad globum conficiendum odoribus fragrantem, neceſſario veniunt Cyprus, Turcia, Ili-

ricum, Moſchia, &c. Requiritur enim puluis Cyprius, Orientalis miſturia ex Turcia, Ireos Illiricæ, Gumi Tragacanthæ, Moſchi grana, &c. Ad globum verò Herculeum in quo elucet Cyprorum ingenium, demolitur Turcarum potentia, diuellitur Thracenſis fortitudo, anihilatur Lyrica machinatio, conteritur Moſchi aſtutia, quæ neceſſario veniunt? Ea, quibus gloria virtus immortalitas ſplendeat Herculis ruina, interitus & finis appareat hoſtibus. Arma Salauitarum Globus quidam eſt, & globus Herculis, nam ex oſsibus hoſtium formatus, ex bellicis apparatibus conflatus, ex circulis & crucibus aureis, quæ Chriſtianorum dogmata & honores ſunt, & manu armis, gladio compoſitus manet. Globus eſt, qui nedum potentiam humanam confundat, ſed ſubterraneam quoque conterat. Globus eſt, qui inſigne Regum, maieſtatem Imperatorum, grauitatem Ducum commonſtrat & exprimit. Sanctum Ceſlaum Sacri Ordinis mei, habeo comprobatum Hiſtorijs, globo igneo à Vratiſlauia exercitum ſexcentorum millium cum Bathy abegiſſe & confundiſſe. Globus ille erat ſed cæleſtis, inde igneus, fulmineus, mouens ipſam terram in confuſionem hoſtis, conturbans æthera, aquam & ignem inſtruens, in agmina, & hoſtium cladem & luem, ſanctitas, conſcientia & oratio, erant tormenta bellica huius admirabilis globi, Herculis noui, & cæleſtis in terra bellatoris. Non abſimilia arma veſtra Salauij conſpicio, efformat circulo orbem, crucibus Trinitatem, auro verbum diuinum, campo cælum, ferro terram, manu hominem. Breuibus proferam, Arma veſtra ſunt Herculis Globus. Reuocent Lectores in memoriam Naurotnicum Ducem, *de quo Cromer. libro 5. ad Annum* 1126. In hoc bello Boleslai cum Volodoro Præmiſlienſium Duce, præſtabant inter fortes & inſignes viros Nauorotnicus & Zaſcitnicus. Reuocent hæredes de Romanow & Swierſz Halkos, Stryzos, Swierſcios, quos merita & præmia in Regno, fortitudo & prudentia in caſtris, nequaquam ab hominibus abeſſe patiuntur. Igitur nobiliſsimi ſucceſſores, diſcite tempora temperare tempore, nec ventis velle reſtare.

LINEA FAMILIÆ SZAŁAWA.

HAlka, *qui poſtmodum Szálàwá & Naworotnik nuncupatus fuit. Si ille primus fuerat cui talia arma à Ruſſorum Duce Volodoro conceſſa fuerant, meritò nomen primum obtinebit cum Paprocio. Si verò alius ab Halka fuerat parens armorum Szálàwá, Naworotnicus dictus Szálàwá principium inchoabit. De Halka in Origine diximus. Petraſius Halka Ruſſus, de hoc* Ioannes Briger ſub Venceſlao Rege Pol. & Bohem. *Fuerunt* (inquit) *eo regnante quietæ res in Polonia, præter quod minores Poloni irati aduerſus Ruſſos, cum vetuſta Lublini ereptione, tùm noua in Sendomir. oram excurſione, expeditionem ſuſceperunt. Ibi Petraſius Halka cum non contemnendo exercitu Ruthenorum, apud Lublinum noſtris imprimis occurrit, &c. Anno* 1306. *ſed de eodem*

dem Duce Exercituum Petro Halká armorum Száľáwá. Bielſc. ſub Anno 1300. refert. *Raphael Halka de Romanow, meritis & virtute generoſus, Leopol. ſepultus 1571. Stanislaus Halka, vltimus de hac Familia, Leopoli in Eccleſia Ord. S. Prædic. quieſcit ad maius altare cum tali Epitaphio:*

Generoſus D. Stanislaus Halka de Romanow, vir nobilis, ſuis, Ordinibuſque Regni perquàm gratus & largus, vltimus domus Halkanæ palmes, ex hac vita in aliam tranſijt, die 5. Iun. 1600. Quem Deus in æterna luce collocet.

Nawrotnicus & inde Nawrotinſki, vt Dlugoſſus refert ſub Anno 1125. *dum bellum Volodori, & filij ſui Volodimirij Præmisl. Ducis cum Boleslao deſcribit:* Duo *(inquit)* inſigniores milites, & in armis ſtrenui, videlicet Nawrotinski & Zawſzytinski cæſi. *Habet de illo* Cromer: lib. 5.

Strzyzij *in Ruſſia, moribus, doctrina, & militari viri digniſſimi & celſi. Ioannes Strzyż, Iudex Terræ Halicień. hunc notantes arma Száľáwá, efferunt magnis encomiis. Sed præcipuè* Paproc. in 2. Opere Stemm. *carmina quæ de viro & ciue optimo, Eobanus Heſſus ſubſcripſerat illi accommodauit, ceu beatæ viuenti, veritatem intelligenti, & de illa conſultanti.*

O fælix nimium fælix, qui facta malorum,
Impia conſpiciens, noluit vlla ſequi.
Cui via diſplicuit pro veris falſa ſequentum,
Perditus incautum ne graderetur iter.
Qui neque conſcendit damnoſæ fulcra Cathedræ,
Quam deriſorum turba maligna tenet.
Huius erit domini lex infinita voluptas,
Nam labi ex animo tempora nulla timet, &c.

Hunc Strzyż de domo Szalki dicit Paproc. in Stemm. fol: 1240. *ſed corrige de domo Chałki ſeu Chalconum. Reliquit filium Hieronymum, cum Anna Skárbkowná armorum Abdank, qui educatione peroptima, animum, doctrinam, fortitudinem genitoris in ſe, vt in exemplato realiter expreſſit. Filiæ ſuæ Sophia Cieſſanowſka, Heliſabeth Glinczyna, & tertia filia Heduigis. Nicodemus frater germanus Ioannis, ſed extra gremium Eccleſiæ Cathol. Rom. Hic in terra Præmislienſi domicilia conſeruabat, vir aliàs literis, conſilio & caſtris clariſſimus, reliquit prolem.*

Swiricij *de Romanow & Swierz, clara plurimis meritis ab antiquo Ducibus Ruſſiæ Familia. Theodorus ſiue Fedorius de Romanow & Swierz, Palat.* 1. *Chyouiæ, quem ſepulchra ibidem referunt apud ritum Græcum. Ioannes Andreas Swierſki de Romanow & Swierz. De hoc Cromerus in Oratione funebrali Sigiſmundi I.* Orſenſem illam celeberrimã, & cum omnibus ferè omnium gentium atque ſeculorum victorijs comparandam, Conſtantino Oſtrogio Principe, & Ioanne Suirzouio Ducibus, octoginta millia Moſchorum bellatorum cæſa, quis eſt qui neſciat? *Hlebus de Romanow & Swierz Capit. Colomień. & ductor militiæ in bello cum Valachis ſub Præfecto Supremo Ioanne Tar-*

ne Tar-

ne Tarnowſki, vbi labentem vexillum propriis viribus adiuuit occiſus ducbus ex Valachis. Mentionem faciunt priuilegia eorum Ioannis Swirſki, quibus donatio exprimitur illi & poſteris eiuſdem à Iagellone, & Palat. Haliciæ nominatur. Stephanus & Alexander, fratres in bello ad Socalum cum Struſſijs occubuerunt. Andreas de Romanow & Swirz, Caualier Maltenſis Carolo V. Imperatori per 18. *Annos militaria reddidit obſequia. Hic dum exercitus ductus in Aphricam verſus Tunedum, inopia preſſus labefactus fuiſſet, & ſeditionem meditaretur, in aqua & farina ſe poſſe Tunedum venire & redire ſocius affirmauit, quod etiam poſito vadio confirmauit. Audit rem Imperator, laudat militem, molleſq́; & languidos ob defectum vini & carnis arguit dicens:* Tunc ego Imperium Romanum illud grande reſtituerem, cum talium militum decem millia haberem, ſed militibus noſtris cum delicijs & luxu prius bellandum eſſe, quàm cum hoſtibus video. *Antonius Leua in Commentariis rerum geſtarum Caroli V. Idem Andreas in Lombardico bello Caroli cum Francorum Rege Franciſco primo, ad S. Quintianum multis vulneribus affectus, & inter mortuos monoculus derelictus, à Cæſare conquiſitus, curatuſq́; remanſit, Idem in bello cum eodem Cæſare contra Franciſcum Galliæ ad Koijs dicebat:* Hoſtem quidem vno oculo amiſſo perfecte aſpicere nequeo, ſed ſanas manus vtraſque dum teneo, hoſti grauis, acerrimuſq́; fore ſummopere deſidero. *Fecit quod pronunciauit. Hinc Carolo V. & filio ſuo Regi Hiſpaniarum Philippo maximè charus, ab ijſdem prouiſus, ibidem vitam cum morte commutauit. Andreas tertius huius nominis Swirſki, Eccleſiam in Swierz è lapide ædificauit & large dotauit. Chriſtophorus Swirſki Caſtell. Halicien. virili actu & probitate nomen optimum conſeruat inter bonos. Procopius Swirſki eximius miles & Rothmag. ſub Præfectura Sieniàwſcij, qui Tartarorum ſtrages magna fuerat. Simon Swierſki miles in Valachia occubuit. Ianuſius Swirſki, Marſchalcus M. D. Lith. & Canonicus Vilnenſis, ſub Auguſto Rege Anno* 1569. Ianuſouius in Statuto fol:342: *Lucas Swirſki, Marſch. Samogitiæ ab eodem Auguſto Rege creatus.* De illo Ianuſou: in Statuto fol: 778. *Petrus Swirſki, ſtrenuus Rothmag. cum Zamoyſcio contra Michailum, &c. pugnauit. A Sigiſmundo III. bona pro meritis tenebat, ex D. Rożynſka ſuſcepit Kiricum ſeu Cyrillum eximium Rothmag. qui in ſepulchro Dominorum Swirſciorum, in Sacello ab antiquo ab illis erectio & fundato apud PP. S. Dominici Leopoli, relicta prole quieſcit in Domino, cum Hieronymo ibidem 1584. ſepulto. Albertus Swirſki, totus marti & trophæis bellicis in Moſchouia, Liuon: &c. deditus laudem eximiam in Patria ſub Præfecto Zolkieuio promeruit. Quapropter eiuſdem Supr Cancell. & Præfecti Exercit. Regn: ſororem ex Kurzanſka in conſortem matrimonij ſuſcepit. Auxit decem Eccleſiæ in Swirz. Nicolaus de Romanow Swirſki, Canon. Cathedr. Chelm. S. R. M. Secr. Præpoſ. Polanecen. vir doctrina & pietate inſignis, non aliud intendit niſi profectū Eccleſiæ promotionemq́; ſacrorum. Hominis namq́; eſt proponere, Domini autem dirigere greſſum.*

SALA-

SALAMANDRA.



DELINEATIO.

EST animal ſubtile & paruum, lumbricis aſſocium, flauo colore veſtitum, vitam præſtat ſoli qui mortalia cuncta conſumit, puta ignis, in igne enim Salamandra viuit, expanſis igitur alis ſuper ignem reſidens Salamandra feralis bellua hæc arma ſunt, tantò enim frigore conſtringitur, vt flammis ardentibus temperetur. *Hæc de Salamandra Caſſiodorus lib: 3. var. Epiſt. 47. ad Fauſtum Præpoſitum vrbis Regis Theodorici.* Super coronam cauda Pauonis.

ORIGO.

CEſſerat Salamandra in Symbolum Franciſco primo Regi Gallorum, ſiue quod inter miſeriarum incendia triumpharet, *vt dicit Cauſinus.* ſiue quod de Heluetijs quorum inſigne Vrſus eſt, & de Germanico Cæſ. Carolo V. cuius inſigne aquila ratione Imperij, de quo Duce Mediolanenſi, cuius ſtemma gentilicium ſerpens eſt, victorias reportaret, *vt refert Alciati Commentator in Symbolis folio 58.* Cernitur enim in regia ad ſaltum fontis aquæ bellæ talis Salamandra, cui aureis literis ſubſcriptum legitur.

Vrſus atrox, aquilæq́; leues, & tortilis anguis,
Ceſſerunt flammæ iam Salamandra tuæ.

Tàm præcelſæ dignitatis ſymbolum, tranſijt poſtmodum in inſigne nobilium in Bohemia Chrancouijs ſiue Chranſcouijs, tùm ob ſingularem in bellis fortitudinem & audaciam, quam inter ſulphureos ignes, & bellicas machinas demonſtrarant, tùm quod in ductu bellico inter lapidum, ſcopulos & arduos rupes venenoſis ſerpentibus plenos, draconem, igne adpoſito ad ſpecum (quod ſibi proximum ad conſiſtendum pro noctis quiete contigerat) occidiſſet.

VITA IN IGNE.

DIuerſarum ſententiarum opinionem colligo de Salamandra. Sunt qui affirment Salamandram in igne & igne viuere. *Ita Ariſtot. 3. de Gen. animal. cap: 11.* Vnum quodque elementum ſedes & domicilium eſt aliquorum, quæ in ipſo naſcuntur & degunt. Dignum enim eſt, vt ſicut in

M tribus

tribus elementorum regionibus terreſtria, aquatilia, & volatilia degunt animalia, ita quoque aliqua ſint quæ in igneo degant tractu, alias id quod cæteris nobilitate præſtat poneretur incultum & infrequens. Confirmat hoc Vielmius de Opere ſex dierum lect. 23. vbi ait: *Repertum in India genus auium, quæ in ſublimi ſemper feruntur, nec pedes habent, quibus terram prehendant, & ſuper aliarum auium dorſa pariunt oua & tam diu incubant, quoad exierit fœtus.* Confirmat quoque Seneca Quæſt. Nat. lib: 5. cap. 6. dicens: *Ignem qui omnia conſumit, quædam etiam creare & generare.* Optimè igitur affirmarunt de Salamandra, D. Auguſt. lib: 21. de Ciuit. Dei, & Nazianzenus cum Rhodiginio, *quòd in igne viuit & igne nutritur.* Negatiuam verò partem aliqui probant, quia nullum animal poteſt viuere ſine cibo, ſimplex verò elementum non nutrit, tum quia perpetuò tale animal vigilaret, quòd nec leoni concedit Philoſophus, licet ille modico vtatur ſomno, & apertis dormiat oculis, tùm quia omne mixtum complexionem habet primarum qualitatum quod in igne conſeruari nequit. Sed quicquid ſit de negatiua, omnes probant doctores viri Salamandram in igne viuere licet fortè non ſolo & ſemper, ſed tamen conſeruari igne ſemper, & nutriri conſequenter. Quocirca Salamandra plerumque plumis elatis ſuper ignem pingitur & delineatur, vt ſibi ſubſcribere liceat: *Vita in igne.* Arma nobilium Regni Poloniæ & Bohemiæ dum Salamandram intueor, meritò illis ceu ſummis audacibuſque in bello & contra hoſtem Patriæ, & fidei viris, & triumphatoribus addam lemma: *Vita eorum in igne.* Puta artificiali & tormentario, illorum namque merita cum Turcis & ad Varnam effecerunt, vt bona conceſſa ad fines Bohemiæ Chrącowa Wola tenerent hæreditario iure, ac demum cum Stephano Rege incolæ Regn: facti, ſeruitia Patriæ reddiderunt, & vſque in præſens reddere non negligunt. Salamandra, Ioue tonante, ſæuientibus nimborum procellis, & fœda imbrium eluuie longè lateque omnia inundante, prodit in lucem: *Cauſinus lib: 9.* Ita vos quibus talia inſignia nobilitatis conceſſa fuerunt per medias tempeſtates, hoſtium arma & manus, nomen dignitatemque obtinuiſtis.

Sic gens cremato fortis ab Ilio,
Iactata Tuſcis æquoribus, ſacra
Gnatoſque maturoſque Patres,
Protulit Auſanias ad vrbes. Horat. Od: 4. lib: 4.

LINEA FAMILIÆ SALAMANDRA.

Pieleſij, *qui veri ſunt ſucceſſores parentis armorum, à quo Pieles Familiæ diuerſæ, ob bonorum acquiſitorum, diuerſa nomina acquiſierunt.*

Chroncij *ſeu Chrząſcij. à Chranczowa Wola in Confinibus Bohemiæ. Samuel Chrząſcz hæres in prædicta Wola. Hi verè ſunt Pieleſij, ex Báránowſka armorum Grzymálá reliquit Martinum eximium militem, & poſtmodum Rothmagiſtrum*

magiſtrum a à Gedanum. Hic conſtituit domicilia ſua in Regno in Pilzneń. diſtrictu, contracto matrimonio cum Liſowſka, cum qua habuit Ioannem Seuerinum, qui in aulis magnatum obſequia continuauit, & Stanislaum bonorum parentis cuſtodem promotoremuè. Cum altera eiuſdem conſorte Dobrzechowſka armorum Poray, reliquit quatuor filios. Marcianum, qui in Aula Principis colligebat virtutem cum meritis, Venator Regum Sigiſmundi Tertij, & Vladislai Quarti obijt. Samuelem, qui in Vngaria expeditionibus militaribus clarus, contracto ibidem matrimonio obijt. Ioannem, qui in caſtris Cæſareæ Maieſtatis ſeruitia caſtrenſia amplexus fuerat, in expeditione contra Turcas occubuit. Alexandrum, qui à prima adoleſcentia caſtris deditus, expeditiones plurimas in Pruſſia contra Guſtauianos, & domi contra Scythas & Koſakos cum Illuſtriſſimo Campiductore Kazánowſki, & filio ipſius Notario Gen. Caſtrenſi, & Nicolao Potocki per Annos 25. continuas miles, conſors ſua Sophia Spławſka.

Kaſyccij *in Podgoria, moribus & poſſeſſione clari, Adalbertus modernis temporibus corona Familiæ, ob maturitatem iudicij & præſtantiam conuerſationis.*

Deſzkowſcij *ibidem. Nil iucundius generi ſplendido, quam maiorum facta imitari virtute, fortitudine, conſtantia.*

SAMSON aliàs WATTA.



DELINEATIO.

SAmſonis effigies cum actu diſlaniationis leonis fortiſsimi, & Regis animalium: Samſon & Leo coloris flaui, campus cæleſtis. Super coronam tres pennæ Strutij.

ORIGO.

PLurimos in Polonia Maiori his armis inſigniri video, ſed originem non lego in Hiſtorijs noſtris, niſi in Paprocij primo Opere, qui ortum in M.D.Lith. habere dicit *fol.* 1189. Apparet tamen, quòd pro inſigni merito & actu, talia arma in nobilitatis inſigne ceſſerint. Aſsimilabatur ille fortitudine Samſoni, victoria Leoni, vtilitate Patriæ, dulci fauo mellis faueant poſteritati veſtræ.

 Flores

Flores & Roſæ,
Dum res & ætas, & ſororum,
Fila trium patiuntur atra,

FORTIVM SVNT FORTIA ET COMMVNITATI SALVTARIA.

FOrtis animi vir, non duntaxat eſt alterius mentis, quàm probata experientia & ſenectus experta. Moderando namque præſentia, introſpicit futura, & reuoluit memoria præterita, nec vltra æquum & iuſtum, ſanum & decorum, vnguem attollere concipit. Et ſi fortis robore dicebat Laconum miles, dum pro ſigno victoriali in clypeo deferebat minutam muſcã. Signum eſt me tàm proximè ad hoſtes accedere, vt muſca ab eis internoſci poſsit: iam fortis animo vir inter lumina mentis, hoc quoque vnicum efformabit: *Fortia & ſalutaria.* Nam plus manibus bello ſi opus eſt, quàm multis nominibus id viro animo forti maximè conueniet. De huiuſmodi viro, *refert Cearenus p. 542. ſub Nicephoro* 2. Qui dum exoſus populo murum regiæ circumdaret, & fame populum vltro atque flagellis premeret, omnes dabant nomen contra Tyrannum militiæ. Inter quos fuerat veteranus miles, ſed ſenio confectus multo. Hic interrogatus, cur ſenior iam dediſſet nomen militiæ? reſpondebat feſtiuo dicterio: *Robuſtiorem nunc eſſe ſenem, quàm olim iuuenis fuerat.* Tunc enim dimidij aurei frumentum tollere nequiuiſſe, iam duorum facillimè ſuſtinere. Ægit hic miles fortibus fortia, & communitati ſalutaria. Arma nobilitatum veſtrarum ſub titulo nomine & virtute Samſonis diuulgata, quid quæſo aliud nobis referunt, quàm *Fortes in fortia, & ſalutaria omnibus.* Quo vnico nedum fælices in proſapia, magni in Repub. ſummi in Senatu extiterunt, quotquot nomine & gloria excelſi fuerunt, ſed etiam ante Regem Regum, & Dominum Dominantium, florida repererunt merita, & congrua retulerunt præmia. *Refert Ariſtid. lib: 9. Italic.* Quod Valeria Luperca dum ad auerruncandam peſtem ex oraculo erat immolanda Iunoni. Aquila victimarium cultrum rapuit, eundemque bubulæ iuxta templum paſcenti infixit. Facit Cauſinus Apodoſim, quod repentinum à Deo & inſperatum auxilium turbidis ſæpè rebus influit. Quid igitur non influet viro animum fortem ſeruanti? *Fortis fortia & ſalutaria diſtillabit.* Ergò clara poſteritas illud Satyricum x. Iuuenalis veſtris exarate ſedibus.

Bellorum exuuiæ, truncis affixa tropæis
Lorica, & fracta de caſſide buccula pendens,
Humanis maiora bonis credite.

LINEA ARMORVM SAMSON.

BYlenſcij *de Bylencin antiqua Familia, Ioânnes Bylenſki electus Plocen. Epiſcop. qui priuilegium nobilitatis Krzyßenſcij cum aliis ſubſcripſit Sigiſmundi, vt* Paproc. in Stemm: fol: 85.

Watta

Watta *antiqua Familia, vnde arma Samſon Watta dicitur.*

Proſcij, *qui à bonis Prochy per diuiſionem bonorum cum fratribus ſeſe attingentium Proſki nuncupati. Erat ex illis Dapifer Poſnanień. Gaſpar a Prochy ex Margaretha Łaczka progenuit Matthiam Soc. IESV Sacerdotem. Nicolaum, qui in conſortem duxit Catharinam de Rożaczow Cielecka Epiſcopi Poſnanien. Andreæ Szołdrſki ſororiam, Stanislaum cui conſors erat Barbara de Bnin, nunc eſt Generalis Camerarius Poſnanień. Secret. Aulicus, Cubicularius Sereniſſ. Vladisl. IV. Videtur quod erant Trachij, ſed vt a bonis dicti Proſcij, ita & arma Trach mutarunt in Samſon,* vide Trach.

Iá omnicij, *ex quibus Enſifer Poſnã. qui relicta filia hærede, domũ Familiæ clauſit.*

Kokalewſcij, *ex quibus Ioannes Gneſneń. Poſnanien. Pultouienſis Canonicus, Gneſnæ Epitaphium illius.*

Arma virum quamuis monſtrant hic eſſe ſepultum,
 Crudele non eſt ſtemma parentis hoc eſt.
Sedulus, clemens, magnanimus pietate, benignus
 Virtute inſignis progenieque fuit. *Obijt Ætat: 75.*

Nepos ipſius ibidem Canonicus Anno 1582. fuit.

Olewinſcij *de Olewin. Florianus eximius in caſtris vir, vt ipſius declarat Epitaph. Leopol. apud PP. Prædicat. Habuit Dorotheam filiam Garnſij in conſortium matrimonij, cuius filius ſtrenuus in militia contra Guſtauianos, Scythas & Koſacos vir. Ex fratre vero Floriani filius, in Ordine Prædicat. militans ſeruus Domino.*

Máslowſcij *de Máſłowice, in Syrad. Palat. ex quibus vnus erat Vicecap. Vielunen. alter Exactor Contributionum Regni.*

Roſiccij *in Maiori Pol. claram proſapiam virtute ornant.*


Zakrzewſcij *ibidem, dederunt nomina coronis.*

Łoiecki *ijſdem armis vtebatur, Cantor Præmislień. vir literatus, cui Regina Anna Ioannem Zalinſki filium Caſtell. Gedanenſis, ad inſtruendum literis & moribus reddiderat.*

Koſiccij *de Koſiczin Wattá, ex quibus vnus hæredem in Prochy coniugem habuit, & à Trachiis bona Prochy translata in domum Samſoniam.*

Karczowſcij *de Karczow in Palat. Poſnanień. Michael poſt legitimam conſtitutionem ætatis, ex Gnuſſynſka reliquit Albertum militem ſtrenuum & Martinum, ille cum Ocieſka Catharina, Cancellarij Regni fratris filia, habuit Melchiorem eximium militem cum Doroſłáyſki, Marſch. M. D. Lith. contra Sudermanum, qui contracto matrimonio cum Dorothea Retkowſka ſuſcepit Ioannem, Vladislaum, Alexandrum, & filias tres. Martinus vero poſt militarem cum z Gorká occupationem ex conſortibus Poninſka & Tarzecka liquit tres filios, Petrum militem, qui ex Nowowierſka ſuſcepit filiam ſanctimonialem Poſnaniæ. Danielem militem, qui ex Modliſſewſka reliquit filium Alexandrum, qui ex Iáſkolecka reliquit filios.*

SASZOR ſeu ORLA.



DELINEATIO.

EST aquila extenſis alis cum cauda abſque capite, ſed poſtmodum in locum capitis accepit ſtellam candidam, aquila eſt coloris rubei in campo albo. Super galeam & coronam regalem ponuntur pennæ quinque Strutij. Alij tamen vtuntur eadem aquila ſine ſtella, *vt notat Bielſc. fol: 339.*

ORIGO.

ALiqui Originem armorũ in Germania, aliqui in Hung. ponunt, ſed quicquid ſit, à Cæſarea maieſtate conceſſa fuiſſe ipſa aquila edocet. Cõfinia namq; Alemanica ad Vngariam & poſtmodum ditio in Vngaria obtinuit fortè cognomen diuerſum originis armorum, dum alij in Vngaria, alij in Germania initia horum armorum aſsignarunt. Occaſio tamen originis traditionis vigore hæc fuit. Inter fratres, quoniam ob parentum bona rara ſeruatur concordia, vnus illorum laceſsitus vt ſibi apparebat à fratre illum vita ſuſtulit, quapropter inter ſceleris vindictam & pænam à iuſto iudice ille & poſteri ipſius truncatam aquilam aſſumpſerũt. Et quia contingit fortuna rotata ex Principe fieri nobilem, poſteritas fratricidæ, attrita ægeſtate & titulo diminuto, maxima in caſtris, ſumma in periculis cum hoſte tentauit, ac fauente cælo palmam victori & hoſti eripuit. Quapropter Cæſarea maieſtas illis in locum capitis aquilæ ſtellam addidit, vt & fortitudo illorum & benignitas cæli à periodo termini familiam auocans, denotaretur iterum florida. In Regnum autem Poloniæ ante Iagelonis Regis gubernationem illata, tàm benignè & laude celebri refloruerunt, vt in hæc quoque noſtra tempora Regnum adornent. *Bielſc. ſub Anno* 14 1. Ex Vngaria in Regnum allata fuiſſe affirmat, ibique plurimos ex his armis inueniri, quos *Saſsinie* vocant. Adnotarunt aliqui originem, quod aquilæ abſciderit caput in nido foUenti partum, atque vnus ex poſteris in bello, Turcam cum ſigno ſtellæ ornantem caput quia occiderit, ſtellam ad aquilam obtinuit, ſed magis videtur fabula.

TERROR NON ERROR.

FErt ſecum tanquam in ſinu, hoc nomen *Terror, errorem.* Etſi perſpecto conſideraueris genio, vt plurimum, *terror, eſt error.* Annibal dum ſuperare

perare inuios montes atque hoſtili dextera munitos vellet, adinuenit nocte ſilenti & tenebroſa centena boum, vt igne admoto inter cornua, ante exercitum tranſmitteret, qui lucem deferant, iter faciant, hoſtem terreant. Felix initium belli, & ecce dum excurrunt ductores boum, exercitus autem ſubſequitur, lumina affixa cornibus deficiunt nondum ſuperatis collibus montium & verticibus. Adurente itaque igne capita boum, partes in diuerſas eos faciunt diſcurrere, exercitum diſturbare, hoſtibus audaciam adferre, confuſionem Duci parare, verſus eſt terror in errorem. Arma hæc nobilitatum veſtrarum Saſzor, ſunt terror quia aquila ſunt, error quia ſine capite. Rex quidem auium eſt Aquila, & conſequenter *Terror,* ſed ſi Aquila ſine capite eſt, nec nomen Regis iuſte deferet. Vt aliquo ſymbolo exarare valerent inimicitias inter duos potentes, puta viros, fratres, Principes, depingebant Aquilam cum Dracone pugnantem, eſt enim inter illa perpetua inimicitia, vt inquit Plin:lib.10. cap.14. *Acrior* (inquit) *eſt cum Dracone pugna, multoq́ magis anceps, etiamſi in aere.* Lapſa enim grauiore ruunt, fit terror error, & non è contrà. Diſcordia ſeminauerat errorem. Diſcordia abſtulerat terrorem. Diſcordia fecerat Aquilam non Aquilam, dies ſecunda fauit, & factus eſt *Terror non error.* Retulit Lucanus de Aquila.

Vtque Iouis volucer candido dum protulit Ouo
Implumes natos, ſolis conuertit ad ortus.
Qui potuere pati radios, & lumine recto
Suſtinuere diem, cœli ſeruantur in vſus
Qui Phœbo ceſſere, iacent.

Eum amplexi fuerant modum nocui in fratrem. Suſtinuerunt dies in caſtris, bellis, pugnis, expeditionibus, in æſtate & hyeme, contra hoſtes Fidei, Regni Imperij, & maieſtate ab Auguſta, ſtellam retulerunt auguſtam, in locum Aquilei capitis.

Iam nequeunt rabidi contra conſtare leones.

CVIQVE SVVM.

POtentiſsimus in Chriſtiano orbe, & ſapientiſsimus inter Catholicos Principes Imperator Carolus V. ad Aquilam addidit dogma. *Cuiq́ ſuum.* Si verba ad hominem & Imperatorem ſenſus erit. Malis iuſtitiam: afflictis clementiam: bonis præmium: amicis amorem: hoſtibus terrorem: magnatibus honorem. *Cuiq́ ſuum,* puta conferam. Si verò eſt ſermo ad alios eſt ſenſus. Reddendum debitum cuique Regi obedientia, ex lege & iuramento, ſeruitium ex ſubiectione, iuxta conditionem & dignitatem referant Principi quæ debent. Proprie, ſincere, ſine diffidentia, ſine fraude, fuco, ſimulatione. Turpe namq́ue eſt vna manu porrigere panem, altera lapidem. Hinc admonebat Paulus Macius Embl: 49.

Altera dat panem manus, obtulit altera ſaxum,
Allicit illa, ferat vulnus vt iſta cani.

Aſſenta-

Aſſentatorum molliſſima verba caueto,
Eſcam dant, animo vulnera dant animæ.

Dum arma Orla conſidero, ſuſpiro ad Echo. *Cuiq; ſuum.* Gloria quidem alta eſt, atria ornata conſpicere maiorum victorijs, triumphis, at illa in aurem ſuſurrant. *Cuiq; ſuum.* Lætitiæ plena res, arma, loricam, ſubſtantiam, nomen, ipſamque parentis famam audire præſentari videre. Sed Echo exurgit, *Cuiq; ſuum.* Veſtræ quidem erant hæ Aquilæ & Principes declarabant, auulſum caput ab Aquila aliud orbi mox de vobis perſonuit, & ni poſteris ex vobis adeſſet cuiq; ſuum, puta meritum & præmium, actum eſſet de Aquila. Officialibus Regni adſcribunt hieroglyphicum Pierij, qui ponit caput leonis cum anterioribus pedibus vltima verò leonis ſunt bos, & inſtruit gnomon: *Regnans ſeruio.* Magnum profectò officium eſt eſſe nobilem. *Regnat & ſeruit, regnat inter pares & plebeios, ſeruit paribus & plebeijs.* Officium illius eſt, defendere Patriam, augere Rempub. ornare familiam, Regem honorare, leges obſeruare, ſubditos tueri, pericula tollere, nobilibus non deeſſe, & quod ſupremum primumque eſt, Fidem Chriſti & Eccleſiam, totis viribus promouere. Profectò quæ Familia clariſsima reddit cuiq; ſuum, illa regnãs ſeruit non vt ſeruiat, ſed ſeruit vt regnet. Erit & officijs & pietate ſacer.

LINEA FAMILIÆ SASZOR.

D. *de Rogow tempore Iagellonis Regis & Vitoldi digniſſimi viri. Olbiegium apud Vitoudum Ducem exercituum ponit ex certo Authore* Paproc. in 2. *Opere, qui reliquerat filium Caſtell. Rauenſem, cuius bona erant Rogow Kalinic, Olſſe, Rawice, Bronowice, Rapoty, Wagry, Mrogie, quæ bona a poſteris ob maſculæ prolis defectum cum filiabus ad diuerſos nobiles translata fuerunt.*
Chyncá Rogowſki, Polonus cui Sereniſſ. Iagello arcem Breſcenſem, & Præfecturam in Lituania contulerat, ablata arce a Vitoudo A. 1390. Stric. lib: 13. cap: 7.
Rogowſki de Rogow Chyncá Caſtell. Roſperſcen: & Regni Vicecancellarius, meminit ipſius Ianuſouius in Statuto fol: 46. *Stanislaus Rogowſki, Camer. Sereniſſ. Stephani Regis in expeditionibus ad Pſcouiam, Wielkolucum, Pieczary, Turouliam cum Korycki ſocio accepit, in congreſſu bellico cum Moſchis Chwoſt & Mieſſoied, vinctos Regi deduxit inſignes.* Bielſcius *Chincos de Rogow armorum Dzialoſa poſuit* fol: 269 *Hinc aſſerentes collige Rogowſcios.*
Saſowſcij *in Zatorienſi & Oſuiecimenſi diſtrictu, antiqua Familia & meritis excelſa.* Bielſc: ſub Anno 143. *Saſowſcios ab armis Saſor nuncupatos voluit eſſe.*
Palczewſcij, *einſdem diuiſionis bonorum cum Saſowſcijs. Stanislaus poſt literarum notitiam in diuerſis Regnis eximius miles, poſtmodum Vicecapit. & Burgrabius Crac. Sigiſmundus Palczewſki Iudex Terreſtris Zatorien. in negotiis Reipub exercitatus, multoties ad Iudicia Tribunalitia Iudex Deputatus, ad Comitia Regni ex illo Ducatu Nuntius electus erat. Chriſtophorus Notarius terreſtris ibidem, Præclaus & Ioannes, omnes bene mereri de Repub. cupientes, in illo Ducatu in poſſeſſionibus diuites.* Iaro-

Iarogniewſcij, *Ioannes, qui cum Bartholomeo de Wizemburg armorum Nałęcz, & Dobrogoſto Kolinſki, & aliis congregata manu in terris Cuiauień. & Dobrzynenſi in Cruciferos irruerunt, omnes trucidarunt ad fluuium Winſi. Theodoricum Marſchalcum Liuoniæ, & ſeptem Commendarios Pruſſiæ captiuos Regi reddiderunt Anno* 1431. Bielſcius.

Bardſcij, *à bonis & arce Barda ſeu Bartſa,* de qua Cromer. lib: 27. *conflagratam* Bielſc. refert fol: 9'. *modò notant Familiam ſuam ob Oppido Wrzeſnia. Mſcislaus Bardzſki Vladislao Iagelloni & Reipub. amantiſſimus, vt potè qui agmina Theutonici Ordinis hoſtili incurſu in Pol. Maiorem influentia arcebat, & ſtrage non modica affligebat. Patet hoc ex priuilegio eorum, vbi legitur.* Ideo illum Vladislaus Rex Parens noſter *(inquit Caſimirus III. Rex)* ad gradum Palatinatus Poſnanień. euexit, & Præfectura n Bydgoſtenſem commiſit. *Reliquit filium Matthiam verum ſucceſſorem moribus, vita, honore. Nam ex Cubiculario Regiæ Maieſt. Caſimiri III. poſt deceſſum parentis Capit. Bydgoſteń. & Præfectus Regij Stabuli poſt Subinium effectus, vt ſonat priuilegium Petricouiæ datum 16. Nouemb. 1457. Florianus a Wrzeſnia Bardzſki Caſtell. Landenouień. vir in conſilio magnus, in iudicio grauis, habuit in conſortium matrimonij Suiduæ Samotulſcij Caſtell. Caliſienſis filiam, vt ibidem Acta & reformatio teſtantur, ſuſcepit ex illa Matthiam Dapiferum Poſnanień. qui in conſortium matrimonij habuit Annam a Goſtyn armorum Odrowaz, ex qua ſuſtulit tres filios. Chriſtophorum, qui poſt decentes & militares actus in exteris nationibus cum magno Zamoyſcio, & domi in diuerſis expeditionibus, iunxit connubio Annam a Bradow Mielżynſka, ſororem duorum Caſtellanorum Gneſnenſium, ex hac ſuperfuére filij Albertus & Andreas. Andreas quidem ſtrenuus & obſidionalis in Metropoli Moſchouitica, miles cum Illuſtr. Duce in Zbáráż Chriſtophoro, ex Helena de Márkowice armorum Szellgá reliquit Albertum militem cum Illuſtr. Campiductore Regni, ſoror illorum Hedugis Soboccij de gente Doliuorum conſors. Lucas alter filius Matthiæ, ex Grudźiecka reliquit Chriſtophorum Canonicum Poſnan. & Fælicem, qui cum Pogorzelſka ſterilis, cum Wilczynſka reliquit prolem. Matthias tertius illorum vterinus Surrogator Poſnan. vir iudicij maturitate, & rerum in Repub. gerendarum prudentiſſimus. Erat Commiſſarius compoſitionis inter Regnum & Cæſaream Maieſt. aliisq; Ducibus confinia Regni tangentibus in Anno* 1591. *deſtinatus. Celebrauit matrimonij vinculum cum Anna Caſtell. Rogozneń. Opalinſki filia, ex qua ſuſcepit Ioannem, qui ex Eliſabeth Niſzczycka Palatini Belzenſis filia, reliquit Petrum hæredem, Matthia altero filio, poſtquam in Pruthenico contra Guſtauum bello arcendisq; Manſueldorum copiis, a Maioris Poloniæ finibus præclara geſſiſſet facinora, priuatos intra parietes, vita luctuoſe ſpoliato.*

Chobieniccij *de Chobienice, eiuſdem diuiſionis bonorum cum Bardzſciis. Erant viri dignitate, militia, poſſeſſione celebres, ſpectabant ad Chobienice villæ* 12.

Cùm verò proles maſcula deſijt, cum filia vnius Chobieniccij translata fuerunt bona ad Broniewſcium Succamerar. Poſnanienſem.


Gieraltowſcij *eiuſdem diuiſionis cum prænominatis. Hos Saſowſcios eſſe inſtruit* Bielſc. fol: 643. *Ioannes Gieraltowſki eximius bellator, & ductor copiarum ingentium in Vngaria, occiſus Viennæ fraude à nobili Barone, quod Cæſareum Maieſtatem plurimum in dolorem induxerat.* Bielſc. ſub Anno 1571. *Dobrogoſtus Canoni. Poſnanien. ſepultus in Pieniány. Ioannes verò Viennæ ſepultus.*

Kielbowſcij *ad Kośćiánum, virtuti & honeſto dant operam.*

Ligoccij, *Leuitatem neſcit qui infantiæ morum grauitate matureſcit. Id obſeruare nituntur.*

Orlowſcij, *Antiquitatem Familiæ commonſtrat dicta cognominatio, nam ab armorum proclama deducitur, verùm hereditaria bona à quibus notant Familiam Orlow in Varſauień. Terra docent cognominationis vim. Fuerunt viri clari in Regno ex hac familia. Andream Orlowſki Canonicum Crac: refert Catalogus Cathedr. Albertum Capit. Varſauień. acta teſtantur Caſtrenſia. Matthias Orlowſki ex Barbara Petrikowſka armorum Kuſzábá, ſuſcepit Staniſlaum Canonicum Vladiſlau: cuius iudicio Parlamentum Regni in ferendis ſententiis Lublini detulit ornatum & laudem.*

S C H A L E C.



DELINEATIO.

SVnt arma Abdank, ex quibus prominet ſagitta à medio. Super coronam eſt vulturis ala, ſagitta per medium transfixa.

O R I G O.

APparet ex ipſa additione ad arma Abdank, adſcitos fuiſſe ad arma ab illis, qui in vnione ad Regnum arma Abdank in M. D. Lith. aſſumpſerant. Addita fuit ſagitta, & ala vulturis cum ſagitta, ob ſpecioſum progreſſum in caſtris ac victoriæ triumphum à Ducibus M. D. Lithuaniæ.

S A G I T T A I N C Æ L V M.

SI vox imperantis eſſet, vt quis dirigat ſagittam verſus cælum, nedum prophanum ſed ſacrilegum foret. Sed quia in titulo hoc eſt vox & nomen dicentis, nil abſurdi ferret. Equidem noui ſagittarium inter planetas, quid

ras, quid cauſæ, niſi quia ſagittat vel in cælum, vel in terram. In cælum, vt dirigat mentes hominum in ſagittarium iuſtitiæ, qui inebriat ſagittas ſuas ſanguine. In terram, vt influentiæ vim à Planetis intelligamus. Vnde etiam ſenſus fieri poteſt in verbis *Sagitta in cælum.* Imperantis & inſtruentis genus mortalium. Egregium quid Darius fecerat, *vt refert Herodotus in Terpſichore lib:* 5. Audito *(inquit)* hoſte, quæſiuit quinam eſſent. Reſponderunt: *Athenenſes.* Id quum audiſſet, arcum dicitur popoſciſſe, eoque ſumpto ſagittam quam impoſuerat in cælum excuſsiſſe, & ea in aëre excuſſa dixiſſe: *O Iuppiter, contingat mihi vt Athenienſes vlciſcar.* Atque hæc locutus cuidam famulorum præcepiſſe, vt ſibi ſemper appoſita cæna ter diceret: *Here, memento Athenienſium.* Quis his lectis non dicet Darium miſiſſe in cælum ſagittam, non tamen erat ignominioſa vel ſuperbè imperans ſagitta, at precatoria & honorifica. Mos quidem Darij gentilis, & intentio laudabilis. Arma hæc Schalcia ferunt ſagittam in cælum, teſtificantem ſcilicet quod victoria ſua è cælo procedens honorem fauente Ioue domui Chalecciorum conceſſiſſet. Theodoſius Conſtantinopolis olim Imperator, dum ad bellum procedebat, prius in vltimis ſuburbijs Conſtantinopolitanis, deſcendens in Eccleſiam Deum deprecabatur, atque errores ſuos deflebat, tum purgata conſcientia exercitum mouebat. Ioannes Chodkieuicius Generalis Regni & M. D. Lit: Præfectus ſupremus Exercituum, ante congreſſum proſtratus in terram in modum Crucis Deum exorabat, tum pugnam incipiebat: *Si enim Deus nobiſcum quis contra nos?* Ita ſagitta Chalecciorum, in Domini laudem, & protectionis diuinæ teſtimonium, ſuper monticulos hos exaltata permanſit, ideò clara extitit.

Ingenium hinc Pietas inde coruſca nitet.

LINEA CHALECCIORVM.

Michael Chálecki eximius miles, & linguæ Tartaricæ peritiſſimus. Hic ab Alexandro M. D. Lith. ad Tartaros miſſus, vt tanquam amici contra quemcunq; hoſtes illius cum exercitu 30. *millium certis conditionibus præſto adſint. Igitur Sachmat Zawolſcenſiorum Princeps Tartarorum traiectus fluminibus Holcha & Tanai venit in auxilium M. D. Lith. contra Moſchos quem ducebat Michael Chaleccius, qui Nowogrodum Seueriæ obſeſſum recepit & alias ciuitates verſus Branſcum, quas omnes eidem Chaleccio in præſidium reddidit, vt M. D. Lith. conſeruaret. Facto demùm prælio cum Tartaris Perepkopſcenſibus & Mindikiercio eos deuicit, deinde miſit Legatos ad Alexandrum D. M. Lith. ſignificando quod auxiliares copias, contra ſuos hoſtes in centum millibus adduxiſſet.* Bielſc. fol: 491. Anno 1500. *Ioſeph Exactor Contrib. Reg Lidenſis Anno* 1589. *Demetrius Chalecki de Chalec, Theſaurar. M.D. Lith. de quo Conſtitutio Regni* 1590. *Chriſtophorus de Chálec Chálecki, Enſifer M.D. Lith. Capit. Olkinicen. qui cum titulis doceat virum in Patria,*

caſtris, gubernationi, iudiciis eſſe idoneum, perpetuam ſui memoriam commendat. Ioſephus Ioannes Chálecki, ex Falczowſka natus, incola Chyouien. in Ryſczow, ex Eua Ioannis Akſak Iudicis Ter. Chyou. filia, reliquit Michaelem militem, qui cum Anna Szwaykowſka Succamer. Vitepſc. filia tenet matrimonium. Soror Michaelis Barbara Sanctimonialis Leopol. ad S. Catharinam Senenſem facta, Iohannæ nomen retinet. Frater Ioſephi primus Petrus, alter Franciſcus à Coſacis occiſus.

SZABLA Hoc eſt FRAMEA.



DELINEATIO.

EST framea per diametrum in campo poſita, ita vt capulus ſit ad dextram, acumen ſurſum diſponitur, campus eſt rubeus. Super coronam ſunt quinque pennæ Strutionis. Framea tamen eſt rupta ad puncturam.

ORIGO.

IPſa Arma & campus declarant virum Polonum, forti manu in bello laudabilem triumphum deduxiſſe, eoque meritum fuiſſe, vt eadem Arma quibus meruerat, in præmium ſibi conuerterentur.

FRAMEA VLTIONIS.

NON ſine myſterio dicebat Pſalm: 21. de Framea: *Erue à framea Deus animam meam.* Vindictam & vltionem quæ nedum feriat corpus, ſed vitam animamque corporis lædat frameæ ictus ſignificabit. Quapropter illi qui vltores erant honoris Principum, maxima dignitate honorati fuerunt. *Teſtis erit Dion Caſſius in Hiſt. Rom: lib: 59. cap.* 4. Caij Caligulæ fuit in omnibus rebus atrociſsimis adminiſter nomine Protogenes, ſolitus libellos duos ſemper circumferre gladij ac pugionis titulis inſignitos, hic in curiam fortè quaſi aliud propter negotium ingreſſus, cum omnes vt ſolet eum ſalutarent ac dextram iungerent, Scribonium Proculum infeſto vultu intuitus. *Quid* (inquit) *tu me etiam ſalutas tanto Imperatoris odio flagrans?* id reliqui audientes Senatorem eum circumfuſi diſcerpſerunt. Eo facinore delectatus Caius, in gratiam ſecum Senatu redire ſignificauit per decretum, tum vicilſim ei decretum vt in tribunali excelſo in ipſa quoque Curia omnibus alijs ſublimior ſederet, ac ibi quoque militari præſidio vteretur. Arma præſentia cum video, frameam vltionem contemplor, non illam dico


cere-

ceremonialem, quam præſtant Tartari ab antiquo Regibus Poloniæ in ſignum amicitiæ fidelis, dum ſupra acumen framearum mittunt aquam dicendo: *Ita fundatur ſanguis meus hoſtili framea, ſi inimicus Sereniſſ. Maieſt fuero.* Et ſuppoſita manu ad frameam haurientes decidentem aquam bibebant manu. Sed contemplor in armis veſtris realem vltionem, quam ad præſentiam ſuorum Magnorum Ducum Lith: exhibitam conſeruaſtis, cùm contra Moſchos, Tartaros, alioſque M. D. Lit: hoſtes in caſtris & bello adfuiſtis, vitamque & ſanguinem pro illorum tranquillitate & ſalute donaſtis. Ita quod Familiæ veſtræ illud Senecæ in Hercul. Oeteo non poſſit accommodari.

Licet tua vulgus in aula,
Centum pariter limina pulſet.
Cum tot populis ſtipatus eas,
In tot populis vix vna fides.

Arurophilax lapis eſt ſimilis argento, cuius vis eſt, *vt Plutarch. de fluminibus notat,* vt depoſitus ad theſauri limina, ſit fidelis cuſtos auri. Nam ſi fures venerint, lapis emittit tubæ clangorem, quo audito fures per præcipitia feruntur. Sed abeant vani cum ſuis portentis, illi quibus pro armis eſt nobilis framea, ſunt veri cuſtodes theſauri Regnorum & Patriæ. Vnde Turcæ, Tartari, Sarmathæ, Vngari, Moſchi, Valachi, Dalmatæ, &c. magnum deferunt honorem frameis, illiſque qui eiſdem vtuntur, optimum conſeruant omen.

SZACHOWNICA Alias WCZELE.



DELINEATIO.

EST Tabula ſecta lineis rectis & tranſuerſis in quadratos, quadrata mixtim ponuntur aurei coloris & albi. Super coronam eſt virgo Maura, corona regia inſignita, frontem faſcia ligatam gerens, guttæ ſanguinis in faciem delabuntur, manibus ad pectus ſimilem tabulā defert. *Bielſc. addit,* quaſi filia hæc eſſet Regis Granatæ, *fol.* 340.

ORIGO.

MIles ex Sclauonia *Holub* cognominatus in Mauritania militarem exercendo, per ora hominum volitabat, quod Schaccorum ludum peroptime nouiſſet. Et cùm in regione

gione prædicta filia Regis primas in eodem ioco & luſu deferret, vocatus fuit ad opus. Quærit miles quid loco præmij referrat victor? Audiuit: *Neſcis quid illi, qui cum filia Regis contendentes deferant? ea tabula luſus perforabitur caput.* Spectantibus igitur Rege & Senatu, ſuccubuit filia Regis in optato intento, & cum admirabunda ſediſſet, miles tabula arrepta contuſit virginis caput. Laudauit Rex militis audaciam, & victoriæ gratiâ contulit pro armis tabulam, ac virginem fronte & capite læſam. Poſteritas tanti militis in diuerſis locis & Regnis, dum ſibi conſtituit domicilia præcipue in Sclauonia, in Sileſia, in Regnum Poloniæ aliqui horum ex Sileſia ſun ma gloria Boleſlai Chriuouſtij incitati & permoti ad Annum 1103. deſcenderunt, atque perpetua ſtatiua fundarunt.

TABVLA GLORIÆ.

NEminem commouere debet, quod tabulam luſoriam *Tabulam gloriæ* dixerimus. Si enim antiquorum mentem in ludis conſpexerimus, non ignominiam fraudemque intelligemus, ſed virtutem politicam judicabimus, quocirca & tabulam luſoriam, tabulam gloriæ affirmabimus. Quæ mens erat in adinueniendis ludis? *Roſinus lib: 5. antiq. Rom: cap. 1. inſtruit.* Ludi, ſunt publicæ celebritates, quæ vel placandæ Deum iræ, vel pro ſalute populi, vel gratiæ populi demerendæ cauſa ſunt editæ. Finis eorum erat, tum religio quædam, qua antiqui opinabantur ſeſe dijs rem gratam illis ludis tanquam promiſſam facturos, tum populi voluptas cui & Reges & Reſpub. & Imperatores maxime ſtudebant, quo homines voluptate demulſi, in officio continerentur. Scriptor autem de Inuentoribus rerum lib: 2. cap: 13. citando Herodotum, inquit: *Cùm grauitate annonæ Patria præmeretur apud Lydos, ſic famem conſolari ſolebant, altero quidem die cibum ſumentes, altero ludis operam dantes.* Cùm igitur ludorum finis fert ſecum laudem iuxta antiquos & modernos, conueniet plurimùm ipſam quoque tabulam luſoriam gloria donare. Arma veſtra Wczele & Szachownica nuncupata, ex ludo celebri & militari, non immodicam referunt gloriam. Vnde huic tabulæ Schaccorum licet inſcribere, quod tabulis inſcripſerat Auguſtus Cæſar victo Bruto & Caſsio, atque ſopitis ciuilibus bellis. Scribebat ille: *Libertatis Pop. Romani vindex.* Conſiderando namque originem Schaccorum & finem, non alium habeo niſi libertatis populi vindictam inſinuatam. *Refert hoc ita Polydorus lib: 2,* Inuentum olim circa Annum Orbis conditi Ter milleſimum DC, XXXV, à viro ſapiente Xerxe, qui ita tyranni ſæuitiam coercere metu, ac eum documento monere volens, oſtendit maieſtatem ſine viribus hominumque adminiculis parum admodum valere atque tutam eſſe, quando per iſtius modi ludum ſatis patebat regem facilè oppreſſum iri, niſi inuigilaret à ſuiſque defenderetur. Vocant hodie hoſce calculos ſeu ſcrupos ſurunculoſué, quibus præliando ludimus, (eſt enim certamen inſtar prælij)

Schacos

Schaccos à ſcandendo forſitan dictos, quod calculi cùm mouẽtur, in alteram aduerſariam partem ſcandere videantur. Tantam igitur tabula veſtra ferat ſecum laudem, meritò tabula gloriæ nuncupanda erit. Sed ſatis hoc & inde clarum eſt, quod gloriam ſtemmatum & ludo cum filia Regis audaci & perfecto retulerit retinueritque.

Nunc tolle animos & tecum finge triumphos,
In noſtras Rhodius depluit imber opes.

VICTORIÆ SPES.

SPem victoriæ aliquando ipſi ſtrenui viri faciunt, vnde in pugna Leuctrica imminente quidam Lacedæmoniorum exclamauit: *Hic dies declarabit virum.* Alij loco, tempore, re, & occaſione, victoriæ ſpem metiuntur, ipſæ enim circumſtantiæ bellicæ, ſpem non modicam pariunt. Verùm etiam ex armis præſentibus, tabula nimirum Schaccorum, ſpes victoriæ concipi poteſt. Ioannes Ferus in theatro Impreſſarum depinxit tabulam Schaccariam cui ſubſcripſit hæc tria: 1. *Longè alius.* 2. *Porriget hora.* 3. *Sors nequaquam.* Talis ſubſcriptio docet generales regulas ſpei in victoria. Dum dicit: *Longè alius, alludit ad reginam, Rochos, popones, militcs, qui à longè proſpicientes aduerſarios, incautos è medio tollunt.* Regula victoriæ. Rem proſpicere imminentem à longè, ne diſturbans exercitum vox ſuccedat Non putaram: aut edocet vt pugnantibus adſint copiæ auxiliares à longè ſeu à tergo. His namque ab hoſte conſpectis, audacia illorum minuitur, fortitudo attenuatur, ſpes labefactata perit. Si verò à longè non videantur copiæ ſed turmatim omnes pugnant, facilis confuſio, ſubita oppreſsio, à latere & tergo, totam ſpem deprimit. Dicit ſecundò: *Porriget hora.* In pugna Schaccorum dum arte & prudentia ſcanditur & præoccupantur nociua loca, ludus deducitur in horam, victoriam tunc porrigit hora. Equidem in bello paruus error in principio, magnus fit in fine; at cum initium prudenti fortitudine ſtabilitur, hora fortunæ rota vix mouetur, aliquando noſtræ, aliquando aduerſæ parti Mars fauet, aliquando mutantur animi & nutantur, ſed hora porrigit ſpem, vt qui legem victor parabat, victus poſtmodum ſuſcipit legem. Vndè quidam: *Fidem fati virtute ſequamur.* Alius. *Inter vtrumque. Puta conſtans maneto.* Hoc eſt, placida & aduerſa fortuna pugnato, ſpem porriget hora. Dicit tertiò: *Sors nequaquam.* Puta in ludo Schaccorum, ſors locum non habet, artem, ingenium, circumſpectionem exigit. Alij quidem ludi ſorte gaudere poſſunt, ſed ludus Schaccorum ipſa experta ſcientia determinat rem. Regula hinc victoriæ ſpei habetur. Quod ſors parua in bello laudem victoriæ non adfert, ſed perneceſſum eſt, fugientibus non dare fidem, abijcientibus ſpolia non credere, ſpolijs & ſorte prima non occupari, at vlteriorem finem & progreſſum præmeditata ratione videre. Sic author horum gentilicium proceſsit, & victor euaſit.

LINEA ARMORVM SZACHOWNICA, ET FAMILIÆ WCZELE.

HOlub, *id eſt Columbus, huic primitus conceſſa hæc arma fuerunt,* vt refert Dlugoſſus.

Lebno, *ab eiſdem armis cognominatus, Sclauonica namq́; lingua Lebno hæc arma vocantur à contuſo capite, quod nos Euphoniæ gratiâ Wczele vocauimus.*

Tumigrala *Nicolaus, quem etiam Siecouium appellabant, Cuiauiæ Præfectus circa Annum* 1432. *De illo Cromerus*: Wczelius is gente fuit, cuius inſigne eſt latruncularia tabula. Bielſc. de illo fol: 340.

Mielinſcij *in Maiori Pol. Alexander in exteris nationibus virtute & fortuna collecta, Sereniſſ. Regis Auguſti Aulicus expeditionem militarem primum, tum Legati munus ad Reges obiuit. Demùm Abbas Tremeſnenſis renunciatus, maximam ſui memoriam in ædificio organis, Bibliotheca reliquit. Poſtmodum à Sereniſſ. Steph. creatus Epiſcop. Vendenſis in Liuonia, plurimos labores pro Eccleſia propaganda ſuſcepit. Nicolaus frater ipſius ex Tribuno Caliſienſi Dapifer, ibidem bonum Patriæ cohoneſtando, moribus, virtute, actibus, reliquit filium Nicolaum linguis, Germanica, Italica, &c. ornatum. Chriſtophorus tertius horum frater, etiam ex Tribuno Caliſienſi Dapifer, vt Conſtitutio Regni* 1588 *dicit. Experientiæ magnæ in caſtris, & in publicis Regni negotiis, reliquit ex Kotficzownâ tres filios, Albertum militem ſtrenuum in omnibus expeditionibus ſui temporis præſentem. Stanislaum & Alexandrum, quorum initia linguarum Moguntia extitit,* Bielſcius ſub Anno 1578. meminit *Mielinſcij Nobilis Poloni, qui in Sileſia Bramum, à quo in Confinibus plurimum laceſſitus fuerat in captiuitatem arripuit, quem nec dimiſit donec ſibi ſatisfaceret.*

Gniazdowſcij *in Maiori Pol. Ioannes Abbas Mogilenſis Suffraganeus Gneſn. vir doctus, atq́; ad Reipub. negotia diſpoſitus, obiuit plurima munia pro Patria. Michael frater ipſius egregius miles, adiunxit ad honorem Familiæ lauream fortitudinis.*

Droſzewſcij, *eiuſdem diuiſionis bonorum cum Gniazdouiis, ſed à bonis nouum aſſumpſerunt cognomen.*

Iábłkowſcij *in Maiori Pol. literis, Iuriſperitia, cæteriſq́; virtutibus ad Reipub. negotia prompti & nati. Erant germani fratres Albertus & Venceslaus, Alij fratres patrueles his fuerunt, Clemens, Ioannes, Georgius, Swientoslaus.*

Pretficij *ſeu Pretwicij de Gáwron, ex Sileſia in Podolia conſederunt. Bernardum cum Illuſtriſſ. Ductore Sieniáwſki, magnum defenſorem Podoliæ, ac perſecutorem Tartarorum, vſq́; in Oczakow referunt Hiſtorici,* de illo Cromer. in Orat. Funebr. Sigiſm. Regis, & Bielſcius ſub Anno 1541. *Cum Záwácka reliquit coniugem Chodorowſcij, & filiũ Iacobum, qui pro meritis & triumphis honoratus fuit Præfectura Barenſi,* De illo Starouolſcius inter Centum bellatores. *Iacobus filius, diſciplina militari, morum grauitate, beneuolentia &*

humani-

humanitate maximè omnibus gratus, relicto filio ex Ciołkowná Ioanne ac filia, maximus amator factus eſt Ordinis Prædicat. cui & Eccleſiam ex lapide erexit in Szarawká, atq; facta fundatione & ornata prætioſis monilibus, & apparamentis ſacrario, maximum augmentum Fidei in locis deſolatis inter Schyſmaticos, promotione Ordinis, & SS. Roſarij ſtabiliuit, à Sereniſſ. Regibus pro graui merito Palatinus Podoliæ, & Præfectus Treboulię renunciatus fuit. Huic bona Szarawká pro meritis conceſſa æuiternè fuerunt, vt Ianuſ. fol: 125.

Kiczánowſcij *in Maiori Pol. Regibus reddunt obſequia, vt Familiæ ſuæ prodeſſe valeant. Refert enim Xenophon, quod ſuprà forum Traianum deſcriptum legebatur:* Potentiſsima dos in Principe, Liberalitas & Clementia.

Ludźisłáwſcij *in Maiori Pol. Rebus honeſtis & Reipub. neceſſariis dederunt operam, ſi enim Imperatorem ſtantem oportet mori,* vt Veſpaſianus dicebat, *profectò nobilis in quiete & otio, Familiæ ſuæ adferre ornamenta minus poterit.*

Lutenſcij *ibidem, viri probi & humani. Pium antiqui dixerunt Aurelium Antoninum Imper. quia maluit vnum ciuem ſeruare, quam mille hoſtes occidere.*

Włoſcieiewſcij *ibidem, Patriæ ſeruire intendunt. Nam ſi gloria Principis eſt, iuxta Tacitum Rempub. magis amare quàm filios, maximè decebit ciuem optimum, plus velle Patriæ quàm filiis.*

Karmienſcij *ibidem, optimi viri domi & foris, ſemper enim in ea Repub. ſubditi & proceres ſunt boni, continentes & ſtrenui, vbi ipſe ſummus magiſtratus Reipub. eſt talis.*

Rumieiowſcij *ibidem, Regi & Patriæ obſequentes. In eo namq; incolumitas Regni ſita eſt.* ait Xenophon, *ſi Principi promptè omnes pareant etiam Proceres.*

Myſleccij *ibidem, ponunt merita vt præmia aſſequantur. Præmiis namq; milites vt plurimum ad magna facinora edenda incitantur.*

Dzbierkowſcij *ibidem, Militari ſubleuant domum, ita enim ſucceſſus familiarum augentur.*

Naleſcij *ibidem, Commune eſt nobilium de aula & caſtris familiam curare domus, eadem conſtitutione poſteritati fauent.*

Dzieleczynſcij *ibidem, eruditionem in literis & diſciplinam in caſtris fouent. Otium namq; & ſegnities omnium ſeditionum in caſtris & domi origo eſt.*

Pogorzelſcij *ibidem, Moribus & doctrina inſtruunt poſteritatem ad rectè fideliterq; ſeruiendum Reipub.*

Rzegnowſcij *ibidem, Fælix initium vitæ curant; nam vbi initium eſt bonum, ſperatur progreſſus rerum iucundus.*

Chwałkowſcij *ibidem, Laudabiliter reddunt obſequia Patriæ.*


Gáleſcij *ibidem. Pugnabant pro Patria intrepidè, nam qui miles inuitus & coactus pugnat, facilè vincitur. Liberè, & rectè ſeruierunt Patriæ.*

Wſolowſcij, *non fuerunt ſuſpecti Patriæ, ideò ea tribuenda illis, quæ optimo ciui & militi conueniunt.*

Trzeccij, *non ceſſant Reipub. ferre honeſti commoda, idcirco ſine occaſu fælices.*

Cema *in Pruſſia, poſt Crucigeros Regibus addictiſſimi, & Reipub. optimè meriti, cum Sambia Malborgum ipſorum adminiſtratione conceſſa fuerant, fidelitatis ſuæ & amoris monſtrarunt obſequia. Fabianus Cema Palat. Malborgi, Præfectus Tucholenſis & Starogardenſis, cum Achacio Cema Palatino Pomeraniæ, Præfecto Stumenſi & Gniewſcenſi ſubſcripſerunt priuilegia vnionis ad Regnum Podlachiæ & Volhyniæ. Modernis temporibus erat Fabianus Cema Caſtell. Chelmnenſis, Præfectus Sztumſcenſis, ex quibus titulis facilè colligere licebit, quanta præceſſerunt merita tantorum præmiorum.*

STANKARIN.



DELINEATIO.

EST aquila nigra integra, extenſis alis in dextram proſpiciens, coronata corona aurea, & pedes coloris flaui, in pectore campus ſanguineus, intra quem eſt luna alba ſurſum cornibus verſa, quam pugio gladij in medio tangit, gladius integer. Super coronam eſt vexillum bellicum, partim extentum, partim lanceam tangens.

ORIGO.

IN Ducatu Mantuæ, belli & pacis tempore, terra mariq́ue gloriam Familiæ acquiſitam origine, conſeruarunt. Hiſtoria inter Florentinos & Piſanos, Guelphos & Gibellinos de illis referret. In Regnum Pol. 1547. Sereniſſ. Rege Auguſto ſceptra gubernante per Franciſcum Stankarum Mantuanum, filium Michaelis Vexilliferi Ducatus Mantuani illata fuerunt. Fuerat eorum indigenatus ſub Sigiſm. Auguſto Anno 1569. & confirmatio atque renouatio priuilegij à Vladislao IV. *vt infrà patebit.*

LVCET ET FERIT.

MAgni debentur tituli his tribus: *Aquilæ*, vt Reginæ. *Gladio*, vt terrori belli. *Et Lunæ*, de nocte lucenti. Iunctis autem ad inuicem his tribus, iam ſummi porrigendi tituli. Mihi arriſit plurimùm ad arma præſentia titulus: *Lucet & ferit.* In Theatro Impreſſarum Ioannis Feri, video Aquilam cum ſtella cuiuſdam Cæſaris ſymbolum, cui additum lemma: *Fulget Cæſaris aſtrum.* Dùm verò in præſentibus gentilicijs video lunam & gladium

gladium pugientem, licebit apponere: *Lucet & ferit.* Sed eò potiſsimum lucere hæc arma dicam, quia illis ſubſcriptum legebam inter radiãtia lumina.

Mantua me Ducibus ſublime coequauit auitis,
Signat Regales, armiger ales opes.
De tanta celebris mox ægit ſorte triumphos,
Illam Aquilæ hos rutilans fronte corona nitet.

Feriunt autem hæc arma, quia non ſine cauſa gladium vexillumq́ue portant. Qui Italicam Hiſtoriam eorumq́ue bella ardua perſpexit, quomodo quauè arte Stancarij lucebant & feriebant facilè iudicabit. Si autem Regnum Poloniæ videamus. non modicum luxerunt dum illis indigenatus, Regni tituli, Curiæ honores, collati permanſerunt. Profectò erant duces in hoſtes & clipeus, ferientes hoſtem, protegentes Regnum, ſi Martialia ſigna eorum, ordinibus equeſtribus annumerata & recepta fuerunt. Suppoſuit quidam Aquilæ in præeminentiæ Symbolum dicens: *Et viſu & volatu,* puta ſuperat omnes Aquila, nam in ſolem intendit indefeſſe viſum, & nulla auium tam profunde verſus cælum perniciq́ue volatu poteſt, vt Aquila. Ita Familiæ Stancarorum dicendum venit: *Et gladio & telis, & Marte & conſilio, in Curia & in caſtris, in pace & in bello, Ducibus & Regibus, nocte & die, ſuam proteſtati fuerunt operam & fidelitatem,* vt de illis dicendum eſſet, quod aliquando Lampertus in Alexandro de familiaribus ipſius & ſocijs reliquit: *Erant viri amantes Principis ſui, qui de illo nec ipſi riderent, nec riſui eſſe vellent, qui nihil venderent, nihil ſingerent, ad bonum facile conſentirent.*

LINEA FAMILIÆ STANKARORVM.

Michael Stancarus Vexillifer Ducatus Mantuani, cuius filius Franciſcus, Hæbraicè, Græcè, Latinè, ipſe Italus doctus in Regnum Pol. venit, atq; laudo Regni à Sigiſmundo Auguſto indigena, ciuis, & nobilis 1569. vnà cum conſorte ex Illuſtri Loſſiorum Familia declaratus & receptus fuit. Reliquit filios Franciſcum & Ioannem Ambroſium, & filias Annam Strzyżowſcij, & Paulinam Przyſkowſcij conſortes. Franciſcus 1. filius, poſt liberales diſciplinas & reddita Patriæ obſequia, aſſumpſit in coniugem Barbaram Marſzewſka, ex Karſka genitam armorum Madroſtki, ex qua ſuſcepit Petrum & Adamum, & filias Agnetem Białobrzeſcij, Annam etiam Białobrzeſcij primò, poſt Wężyk Wydawſcij, Euam Myslowſcij, Sophiam Achlery primò, tum Otuinouij ſecundo & Heduigim. Petrus ad exteras nationes literarum & militaris gratiá miſſus, diuerſarum linguarum ſtudia recepit, in Patriam rediens in aula Magnatum, in publicis Regni negotiis ſummoperè verſatus, dignum ſeſe præſtitit Patriæ incolam. Habuit in conſortem Marinam Petri Boguſouicij, quam Catharina Reiowná Dapiferi Lublineń. filia genuerat, ſterilis illa deceſſit, vnde altero matrimonio copulauit ſibi Criſtinam Adami Zołkiewſki filiam, ex qua ſuſcepit Alexandrum filium & filiam, ob literaturam & peritiam

O 2 *iuris*

iuris nobilium, à Gabriele de Rytwiány Zborowſki Notarius Caſtrenſis Horodleienſis, a Vladislao IV. Sereniſſ. Rege Secretarius ſuæ Maieſtatis, denium Tribunus Gráboуieccenſis inſtitutus fuit, multas commiſſiones, nuntia, deputationes dextrè & fœliciter peregit. Adamus frater Petri non diſſimilis fratri, ea deſiderauit in Patria perficere, quæ illum Familiamq́ ſuam æternitati donarent. Ex Anna Laurentij Iabedinſki filia, Subiudice Terræ Buſcenſis armorum Slepowron, ſuſcepit filias Deodatam & Sophiam. Ioannes Ambroſius alter filius Franciſci primi, qui dum adoleſcenti morum grauitate ſibi comparauit eadactus nobiles gradum, primò Regens Cancellariæ Crac: vltrà decennium, demum Notarius Caſtrenſis Præmislienſis fuit, ex Sophia Stradomſka armorum Prus plurimam ſuſceperat prolem, ex quibus Michaël à Tartaris in captiuitatem abductus, & Stanislaus vnus ex ſeptem fratribus ſuperſtes, cum Barbara Bieniecka ex Zaidecka progenita tenet matrimonium. Obijt Ambroſius Ioannes 14 Maij 1616. Cui tale Epitaphium appenſum in Bilel.

Ambroſio Ioanni Stankaro, Generoſiſſ. Parentibus Franciſco Stankaro, ex Illuſtr. D. Mant. ſtirpe oriundo, mox Regis Auguſt. beneficio, ſicque merito indigena Pol. ex Magd. Loſsio edito. Qui cum ob inſignem probitatem, eloquentiam & iuris peritiam omnibus acceptiſsimus eſſet, primùm in Caſtro Cracouienſi Vicenotarij, deinde in Præmislieñ. Notarij munere cum laude functus eſt, &c.

Ne autem aliquid deeſſe videatur nobili Familiæ Stankarorum ex opinione hominum, et quæ dicta ſcriptaq́ hæc haberent ſuum fundamentum, profero in medium Priuilegium Indigenatus illorum Sigiſmundi Auguſti Regis tenoris huiuſmodi:

SIGISMVNDVS Auguſtus Dei gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſſiæ, Pruſſiæ, Maſouiæ, Samogitiæ &c. Dominus & Hæres. Significamus præſentibus literis Noſtris, quorum intereſt vniuerſis & ſingulis Præſentium notitiam habituris. Quòd quamuis Nos ſapientiſſimo inſtituto Prædeceſſorum Noſtrorum, omnes Regni Noſtri Ordines ſingulis prærogatiuis ac cunctis libertatibus ſatis abundè locupletauimus; tamen eò libentiùs etiam id facimus, dum ab eis, qui tanto libertatum ſplendore à Nobis exornati ſunt, debitum quoq; obſeruantiæ ſymbolum, & ſummæ gratitudinis decus Nobis exhiberi cognoſcimus. Cùm itaq; non modo Proceres & Terrigenæ Regni Noſtri, ſed etiam extranei in ſecuritate & tutela regiminis Noſtri fœliciter degentes, in dies maioribus in Nos bene merendi ſtudijs ſumma cum laude, virtutumq; ſuarum ſplendore enti certet dant & excipient, Nobis certè gratiſſimum exhibent officium. Pari modo & ratione, optimè de Nobis meritum & à Senatu Noſtro multis modis habentes commendatum Nobilem ac Egregium Virum Franciſcum Stancarum Mantuanum, Michaelis Vexilliferi Ducatus Mantuæ Filium Illuſtris Proſapiæ Ducum Mantuæ cognatum in Regno Noſtro Poloniæ longo iam tempore commorantem, hactenus honeſtè geſtum meritis verò & officijs ſuis erga Nos clarum & pluribus encomijs adornatum, libertatum Regni Noſtri, quibus fulcitur & ſtabilitur maximè auidum, ac illis omnimodè gaudere volentem; Nos benigno reſpicientes animo, inprimis tum integritatem, probitatem, prudentiam, ingenij dexteritatem,

morum

morum nobilitatem, vitæ ſynceritatem, dictorum, factorum, innatam conſtantiam, & alias virtutes eximias, quibus prædictus Nobilis Franciſcus Stancarus Mantuanus fidelis Noſter dilectus, præditus ornatuſq; eſſe prædicatur, tum eius quoq; fidelia & prompta in Nos conteſtata obſequia & merita, quæ nobis hactenus fideliſſimè præſtitit, & futuris quoque temporibus præſtiturus eſt: vtque virtutis, probitatis, & fidelium meritorum ſuorum aliquem fructum à Nobis ſe accepiſſe ſentiat, ex ſpeciali gratia Noſtra, conſenſu Noſtro, & Senatus Noſtri aſſenſu accedente, volentes eum ob prædictas eius virtutes & merita ſingulari fauore noſtro proſequi, & gratitudinis Noſtræ, votiq; ipſius reddere participem, pro Indigena Regni Noſtri aſſumimus, adiungimus, cæteriſq; omnibus Nobilibus aſſociamus, appropriamus, incorporamus, & inuiſceramus, prout de facto aſſumpſimus, adiunximus, aſſociauimus, appropriauimus, incorporauimus, & inuiſcerauimus, omnibuſq; libertatibus Regni, Priuilegijs, & conceſſionibus, ac honorum quorumuis gradibus, dignitatibus, Iurium immunitatibus, & prærogatiuis Nobilium vniuerſis, iuxta conſuetudinem Regni Noſtri, omnibus Proceribus ac Nobilibus conſuetis & obſeruari ſolitis, donamus, dotamus, præſentibuſq; donauimus ac dotauimus. Vtq; is idem Nobilis Franciſcus Stancarus Mantuanus, cum ſua legittima prole ex Magdalena Illuſtris Loſſiorum Familiæ, tàm maſculini quàm fæminei ſexus legittimè progenita, & in poſt progenitura, vtriuſq; ſexus familia ſua, omnibuſq; & ſingulis ſupramemoratis Procerum & Nobilium Noſtrorum libertatibus, Priuilegijs, dignitatibus, honoribus, ac prærogatiuis, pariter vt cæteri Nobiles Regni Noſtri ijſdem potiuntur & fruuntur, cum ſucceſſoribus ſuis gaudeat, participet, & pacificè fruatur temporibus perpetuis permittimus, & hiſce præſentibus literis Noſtris permittimus. Cæterum prout prædictus Nobilis Franciſcus Stancarus Mantuanus, Maiorum & prædeceſſorum ſuorum Clenodijs & ſtemmatibus, ab antiquo gaudebat, & nunc propemodum ijſdem quoq; (quæ ipſi ex innata benignitatis Noſtræ clementia conceſſimus, & vti, frui permittimus) cum ſua omni poſteritate gaudebit & fruetur perpetuo cōcedimus, & libenter permittimus, eumq; vt prædictum eſt communi libertati omnium Nobilium Noſtrorum, cum ſtemmatibus & inſignijs ſuis, quibus nunc vtitur, & in futurum quoque cum eadem poſteritate ſua vtetur & fruetur adiungimus, appropriamus, & incorporamus, ac pro vero Nobili & legittimo Indigena Regni Noſtri ſuſcipimus, indicamus, & in Patriæ Noſtræ gremium aggregamus adoptamuſq;. Viſum itaq; eſt Nobis eadem Familiæ ipſius Clenodia, inſignia & imagines, cum armis & ſtemmatibus ſuis, ritè & ſuo ſolido ordine, natiuiſq; coloribus depingendas, delineandas, deſcribendas, ac præſentibus inſerendas, ipſi concedi. Quarum prior Aquila nigra expanſis alis, roſtro & pedibus flauis, erecta ſtat, cuius pectori medio, in rubro campo enſis albus vibratus, ſeu gladius diſtrictus inſitus apparet, poſt modum in apice gladij luna media corniculata, cornu vtroq; ſurſum erecto emicat; Inſuper Aquila prædicta vertici capitis ſui coronam auream ſuperimpoſitam habet, tandem ex ea corona vexillum rubrum ad inſtar prælij diſpoſitum, rutilans & coruſcans eminet. Quæ eiuſmodi inſignia ac ſtemmata à Nobis viſa, tenore præſentium benigniter confirmamus, ratificamus, approbamus, iamq; de facto confirmauimus, ratificauimus, approbauimus, & robur perpetuum præinſertis omnibus impoſuimus, permittentes prædictum Nobilem Franciſcum Stancarum Mantuanum, fideliter Nobis dilectum, cum ſua ſucceſſura poſteritate, præfatis Clenodijs & inſignijs, nec non ſupra recenſitis omnibus beneficijs, libertatibus, priuilegijs, conceſſionibus, dignitatibus, honoribus, atq; iurium & immunitatum prærogatiuis vniuerſis, à Diuis Maioribus Noſtris, vel etiam à Nobis ipſis Noſtris Incolis benigni-

ter conceſſis, & in Regno Noſtro Poloniæ de Iure & conſuetudine gentis huius inclytæ, nunc & ab antiquo receptis, obtentis, & in futurum recipiendis, & obtinendis, cum cæteris Proceribus & Nobilibus Noſtris, liberè nunc & in futurum perpetuo pacificè vti, frui, & potiri. Quod vniuerſis & ſingulis Regni Noſtri Senatoribus, Prouinciarumq; Noſtrarum Dignitarijs, Officialibus, & Præfectis, cunctiſq; hominibus ex Nobili ſanguine procreatis notum facimus, edicimuſque vt exemplo noſtro, tàm locupletis teſtimonij honore, merito à Nobis decoratum fauore quoq; ſuo, ac conſortio Nobilitatis dignum recipiant, & pro vero Indigena ac Nobili, ac ſi ex inclytæ huius gentis ſanguine progenitus ſit, reputent & iudicatum habeant. In quorum omnium fidem, & euidentiùs teſtimonium præmiſſorum omnium, haſce præſentes literas Noſtras, manu Noſtra ſubſcripſimus, & ſigillo maiori Regni Noſtri obſignari mandauimus. Datum Lublini in Comitijs Generalibus Regni, die 5. Auguſti, Anno Dñi. 1569. Regni verò Noſtri 40. Præſentibus Reuerendiſſimis, Reuerendis, Magnificis & Generoſis Iacobo Vcháńſki Archiep. Gneſneń. Legato Nato & Regni Noſtri Primate. Adamo Konarſki de Kobylno Poſnanienſi. Petro Myſzkowſki Plocenſi. Alberto Stároźrzebſki Chelmeń. Epiſcopis. Sebaſtiano Mielecki Caſtellano Cracouień. Capitaneo Breſteń. Staniſlao Myſzkowſki de Mirow Cracouień. & Rathneń. Capitaneo. Petro Zborowſki Sandomirień. Capitaneo Stobniceń. Ioanne Sierákowſki Lancicień. & Przedeceń. Capitaneo. Ioanne de Barćin Krotowſki Iunivladiſlauień. Ioanne Fierley de Dambrowicá Lublineń. Regni Noſtri Supremo Marſchalco, Capitaneo Rohátineń. Andrea Dembowſki Belzeń Capitaneo Rubieſzouień. Arnolpho Vchanſki Ploceń. Capit: Wiſogrodień. Fabiano Czema Mariæburg. Capit. Tucholień. & Stárgárdień. Achacio Czema Pomeraniæ Capit. Stumeń. & Neweń. Palatinus, Stanislao Sobek de Suleiow Sandomir. Regni Noſtri Theſaurario Capit. Tyſloueceń. & Málogoſteń. Adamo Drzewicki Iuniuladislau. Capit. Goſtineń. & Inowlodeń. Staniſlao Herburth de Fulſztyn Leopolień. Capit. Samborień. & Drohobiceń. Staniſlao Słupecki Lublineń. Andrea Comite de Tęczyn Belzeń. Anſelmo Goſtomſki Ploceń. Capit. Raueń. Sigiſmundo Wolſki Czerſceń. Capitaneo Varſauien. Hieronymo Oſſolinſki Sadeceń. Ioanne Tarlo de Szczekárzowice Radomień. Capitaneo Pilſneń. & Lomaſeń. Nicolao Ligęzá de Bobrek Zauichoſteń. Capitaneo Biecenſi & Zydaczouień. Alberto Przyiemſki Lądenſi. Ioanne Sienienſki de Sienno Zarnouień. Ioanne Kryſtoporſki Wieluneń. Ioanne Sienienſki de Gologory Halicień Ioanne Herburth de Fulſztyn Sanoceń. Staniſlao Kryſki de Drobnino Raciązeń. Capitaneo Dobrzyneń Caſtellanis. Valentino Dembienſki de Dembiány, Supremo Regni Poloniæ Cancellario. Franciſco Kraſinſki de Kraſne Præpoſito Płoceń. Regni Poloniæ Vicecancellario. Staniſlao Bárzy de Błozew Marſchalco Curiæ Noſtræ, Capitaneo Sniatynenſi. Staniſlao Oſſowſki Curiæ Noſtræ Referendario, alijſq; quàm plurimis Officialibus, Capitaneis, Aulicis, & Secretarijs Noſtris. Datum per manus Magnifici Domini Valentini Dembienſki de Dembiány, Cancellarij Noſtri ſyncerè Nobis dilecti.


SIGISMVNDVS AVGVSTVS REX.

Relatio eiuſdem Magnif. Dñi Valentini Dembinſki de Dembiány, Regni Pol. Supremi Cancell.

SIENIV-

SIENIVTORVM.

DELINEATIO.



EST medium vexillum latum in campo rubeo, crux quaſi pendens integra coloris cæleſtini, vexillum coloris albi.

ORIGO.

A Ducibus Ruſsiæ & Volodimiriæ conceſſa fuerunt militi dicto Sien, qui ex Volhynia militem ducebat. Sien Ruthenum, Semianum latinè ſeu Simeonem ſignificat, à quo filij Sieniutij & Sieniutæ atq; Sieniutouicij nuncupati fuerant. Antiqua & multis meritis clara Familia apud ſuos Principes, quod ipſa linea Familiæ atque diuerſæ illorum poſſeſsiones demonſtrant, atque tituli cum dignitatibus Regni edocent. Originem verò armorum Simeoni militi inde conceſſam ipſa gentilitia inſtruunt, quòd in bello cruento nedum fortiter & ſtabili animo pugnauerit, ſed medios inter hoſtes ſuorum victricia ſigna iam ab hoſte preſſa & lacera, proſperè eduxerit, hoſteſque proſtrauerit.

MANEBIT VICTORIA.

CVM Alexander Magnus, tertio pugnando cum Dario, iam duabus victorijs amiſsis, in medium prælij proceſsiſſet, & ingens multitudo hominum Darij, in milites ipſius terrorem inducebat, fertur dixiſſe: *Manebit victoria.* Aſſumpſit verba Macedonis in Symbolis Salomon Neugebauerius, depinxit ſignum militare medium inter cuſpidines haſtarum, & inſcripſit: *Manebit victoria,* Vnde obſecro victoriæ ſpes viro circumdato haſtis & ſagittis? Reſpondet: *Fugam victoria neſcit.* Quaſi diceret: Sic circundato vndique exercitu ab hoſte, non iam meditanda fuga eſt, ſed data reſolutione, victoria ſperanda. Nam licet mors ſubſequeretur, dum hoſtis quoque ſubitò & turmatim à reſoluto exercitu cadit, & victor profligatus, cladem ſuam potiùs, quàm victoriam nominabit. Arma hæc nobilitatum veſtrarum ò Sieniutij, vexillum lacerum cum cruce, ferunt non aliud Echo, quàm *Manebit victoria.* Manebit per æuiterna tempora, cum vos militaribus deditos, ad omnem Patriæ expoſtulationem promptos, lætoſque ſemper offertis. Manebit per mentes hominum, nam gratum genus mortale meritorum in Patriam, deuouent dies veſtros æternitati & ſaluti. Manebit per ora hominum, illorum enim eſt famam perennem nobilium, poſteritati

ſuæ

ſuæ in exiſtimationem altam & prototypon imitationis deferre. Hinc Petraſanta in Teſſeris Gentilicijs aſſerit, quod ad laudem æuiternæ domui ſuæ comparandam Aſſamonæi, in vexillo habebant nomen Regis æterni & Dei exercituum, & ſucceſsit fæliciter ipſorum poſteris. Quapropter alludens quidam in curriculum fælix humanæ naturæ talia reliquit Poemata.


Aſcendo vt rurſus deſcendam, adoleſco vt ſeneſcam,
Floreo vt areſcam, viuo breui vt moriar.
Sed rurſum vt viuam morior, mirabilis ordo,
Vita mihi mors eſt, mors mihi vita noua eſt.

LINEA FAMILIÆ SIENIVTIORVM.

SIenius ſeu Simeon, cui primùm talia nobilitatis arma à Duce Volhyniæ & Vodolimiriæ conceſſa, ob præclara in caſtris & bello merita fuerant. Sieniutowicz filius Sienij, à quo cognomen poſteritas ex nomine proprio aſſumpſit. Sieniuta cognomen antecedens Sieniutowicz, inter nobiles Polonos, aliam terminationem accepit nempe Sieniuta, eo itaq́ cognomine Familia prædicta etiam in præſens nominatur. Supronius ſeu Sempronius Sieniutowicz, aliàs Sieniuta reliquit filium Iuſcum ſeu Ioſephum, qui reliquit filias tres, 1. *Nowoſieleccij,* 2. *Kutrowſcij,* 3. *Holonienſcij conſortes, & filios duos Chreborium ſeu Gregorium & Romanum ſiue Remigium. Chreborius ſuſcepit ex coniuge duos filios & 4. filias. Matthæum qui ſteriliter deceſſit, & Fedorium ſiue Theodorum Tribunum Cremenecen.* vt Paproc. in 2. Opere, *qui reliquit Nicolaum ſterilem, Abrahamum cuius filij Petrus, Anna, Dorothea, Catharina, & Chriſtophorum, qui ſumptu proprio in Moſchouiam deduxit vexillum, Fundator Ordinis Prædicat. in Lachowce, dum ex Caluiniſmo redierat ad gremium Eccleſiæ S. Romanæ, ſed poſtmodum Arianus infælices finiuit dies. Filiæ Chreborij erant Sophia Bohouitinij conſors, quæ reliquerat filias,* 1. *Málinſcij Danielis Vexilliferi Volhynenſis,* 2. *Wieleborſcij,* 3. *Szaſkieuicij conſortes, altera Anaſtaſia Szumſcij, tertia Catharina Czaplicij, quarta Eliſabeth, quæ primùm Capitanei Zytomirień. Deniſko, poſt filij Caſtellani Volhyniæ Myſsko conſortes. Romanus alter Chreborij filius, reliquit Chreborium & Iuanum ſeu Ioannem, Chreborius 4. filios reliquit Alexandrum, qui habet filios Georgium, Venceslaum, Romanum, Alexandrum & Annam. Andream Moyſen, & Conſtantium. Iuani autem filij Nicolaus & Andreas. Petrus Sieniuta ex Abrahamo natus, hæres omnium bonorum vnicus Chriſtophori Sieniutæ, in exteris nationibus literis, linguis, & militari ornatus, adhibet intentum vt Regi Patriæ & Reipub. digna præſtet, more maiorum & anteceſſorum obſequia, tenet matrimonium cum Wilami filia, ex qua ſuſcepit prolem, natus eſt Petrus ex Sophia Zborowſka, quam progenuit Konárſka, Parentem verò ſuum genuit Firleiowná. Creſcat in profectum & dignitatem Familiæ, memor ſui Patrui & videntis omnia Dei, qui vt ipſe vnus eſt, ita vnicam habet ſponſam*

ſam Eccleſiam, inuiolatam, & cui non præualebunt portæ inferi, vna quoq; fide profitendus ab omnibus; nos quidem ac totus Ordo Prædicatorum pro ſucceſſore fundatoris hoc vnum debemus, vt ſeruientes Domino, Miſſam facere incipiamus, ſicut monebat S.Ambroſius lib:5. Epiſt. 33. *Et dicemus ſicut Apoſtolus Domini Andreas ad Proconſulem affirmabat:* Ego omnipotenti Deo, qui vnus & verus eſt, immolo quotidie, non taurorum carnes, non hircorum ſanguinem, ſed immaculatum Agnum in altari, cuius carnem poſteaquam omnis populus credentium manducauerit, Agnus qui ſacrificatus eſt, integer perſeuerat & vnus.

S I E K I E R Z.



DELINEATIO.

EST ſagitta crux & munities rupta, in ſcuto expreſſa. Originem propriam difficile ob antiquitatem inuenire, vnũ conſtat à Ducibus Lituaniæ nobilibus non data fuiſſe nobilia ſigna cum ſua libertate, niſi pro ſummis laboribus in caſtris contra hoſtes.

INSPERATA VICTORIA.


MVltis exprimitur inſperata victoria. Si namq; victores ſunt qui erant purgamenta vrbium, qui effundebant ſe in luxum & epulas & nocturnos cætus, qui largius merum circumferri iuſſerunt debellaturi hoſtem ſuper menſam, quam cogitarunt ingredi caſtra, qui ceu galeati lepores, habebant vim ad capienda pecora & cito fugiendum. Inſperata profectò victoria fuit. Non ita me hercule horum gentiliciorum Domini inſperatæ victoriæ gaudent honore, at conſiderantes quod victoria amet curam, nec hoſtes poſſe meliùs quàm cura, ſedulitate, conſilio ſuperari ſpreuerunt inertiam, luxum, rapinas, & virum fortem, nobilem, vigilem aſſumpſerunt, & cui vim non ſuppeditauit natura, illam arte, exercitio & labore conſecuti ſunt. Franciſcus Medices Dux Hetruriæ, & Sfortia Palauicinus aſſumpſerant pugnando in ſymbolum Muſtellam cum ramo rutæ, qua enecat bufonem. Exprimebant inſperatam victoriam, cautè & arte pugnando. Me hercule in arma Siekierzorum mentem deuoluendo, gladios, ſagittas, fortem vallum, palos & munitionem conſiderando, aſpectu primò nulla ſperabatur belli fortuna, ſed cum fortiter tentando & pugnando ſuperauit Siekierz inacceſsibilem munitionem eamque fregit, meritò inſperatæ victoriæ titulum reportauit. *Cauſinus in Symbolis habet ex Pauſania in Elia-*

cis lib. poſteriore. Bæotium puerum nomine Glaucum, qui cùm agriculturæ operam daret cum patre, & dilapſum vomerem manu pro malleo vſui reſtituiſſet, coniecit parens ex eo fortem fore, & duxit in Olympia, in quibus certauit, cùmque ab aduerſario vt certaminis imperitus grauiter vrgeretur, exclamauit è multitudine pater: *O puer, iſtum ab aratro.* ſcilicet ictum infli̇ge. Hac voce inflammatus adoleſcens, ingenti plaga aduerſarium percuſsit & vicit. Fuit hæc inſperata victoria *inquit Cauſinus.* Arma veſtra hæc quicunque ſpeculabitur, ea ferunt intellectui, Inſperatam victoriam.

LINEA FAMILIÆ SIEKIERZORVM.

SIenkus ſeu Semianus Siekierz, in Minſcenſi Palat. Baſilius Sienkowicz Siekierz. Fedorius Siekierz. Bochdanus ſeu Deodatus Siekierz. Semianus, ſeu Simeon Siekierz. Bochdanus Siemieniowicz Siekierz, omnes viri bello fuerunt clari, nec ætatem ſuam vanis conſumere occupationis paſſi. Quam forte fælixq; Regnum, quod proprium militem domi exercitatumq; alit. Nullus enim amantior Patriæ, nulluſq; fidelior eſſe poteſt, quàm qui eam Patriam, in qua natus eſt defendit & protegit.

SEMIONOWICZ.



DELINEATIO.

EST vexillum latum coloris albi, extremitates trium partium quadrati coloris cæleſtini, in medio eſt ſtella candida, ſuprà vexillum eſt crux in medio.

ORIGO.

PRopriam originem ob multam reuolutionem annorum præcipuè vbi notationes rerum non obſeruabantur difficilè indagare. Hoc tamen certum eſt ſigna militaria non fuiſſe conceſſa, niſi optimis ſtrenuis, & vita periculiſque gloriam acquirentibus militibus. Tria igitur poſita in armis nobilitatis, tria ſignificant: *Vexillum militare*, inſtruit illum virum cui conceſſa fuerant arma fuiſſe ductorem copiarum. *Stella*, docet ipſum noctis ſilentio induſtriam victoriæ porrexiſſe bellatoribus. *Crux*, notat fuiſſe bellum cum paganis, illumque inſignitum Chriſtiano nomine.


FORTIBVS NON DEERVNT.

QVI fortis eſt robore & fortis fide, ille verè fortis eſt. Nam & Deus pugnat pro illo, qui fidem Dei tuetur. Vnde Salomon Prou: 3. *Ille erit*

erit à latere tuo & cuſtodiet pedem tuum ne capiaris. Fortem verò robore, omnis populus extollit, & cum Dauide dicit: *Saul percuſſit mille, & Dauid decem millia.* Nunquam vota Deuſque defuerunt fortibus, niſi ipſe obſtet votis ipſi quoque Deo. Deo inquam: Nam Ioui cura eſt verendi Principis, *vt inquit Theocritus.* Peſsimùm autem. Aſpiciunt oculis ſuperi mortalia iuſtis, *inquit Ouidius.* Cuius verſum ſi comate ad ſuperi ſeces, erit ſenſus, Peſsimum, puta Principem virum, hominem aſpiciunt oculis ſuperi, & decernunt mortalia. Iuſta. Votis verò obſtabit *id quod Plin. in Panegyrico optauit:* Ago cum Deo vti ſoſpitem te incolumemq́ue præſtet, ſi tu cæteros, ſi Remp. benè & ex vtilitate omnium reges. Si contra; ille quoque à cuſtodia tui corporis oculos dimoueat teq́ue relinquat, vota non ſuſcipiat. Arma nobilitatum veſtrarum dum inſpicio, crucem, ſtellam, vexillum militare, viſus incitat linguam, & dicere iubet: *Fortibus non deerunt.* Nec veſtris defuiſtis Ducibus, qui talia monumenta in hæreditatem vobis conceſſerunt, reſtat vt in præſens deeſſe nolueritis. Reges nunc ſunt fortes potenteſque Domini, & Magni Duces M. D. Lith. deeſſe ſic fortibus, manu, conſilio, ſubſtantia error. Ioan. Ferus in Theatro Impreſſarum Dardæ peditum decurionibus ſubſcripſit: *Fracta magis feriunt.* Innuendo non ſolùm, quod fracta in vulnere Darda maximè ferit, ſed quod nunquam deeſſe fortibus cupit. Ita milites Ageſilai Spartanorum Regis fecerunt: Dum enim in Bœotia ad vrbem Coroneam cum Thebanis dimicaſſet, atque ibi vulneratus eſſet, *refert Xenophon,* tàm acre prælium ſtetit à milite, vt nullum ſuo tempore fuerit acrius. Profectò, & fortibus hi non defuerant, & fracti in capite & Rege, magis feriebant. Eo vobis eundum exemplo, qui tàm ſplendida defertis arma, & tanti parentis authoritate dignamini.

Vtuntur præſentibus armis Siemionouicij in Oſmianenſi diſtrictu, in Magno Ducatu Lithuaniæ.

SIESTRZENIEC.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſagitta ad medium diſlacerata ab auricula incipiendo, per cuius medium eſt gladius quaſſatus, campus videtur eſſe rubeus. Conceſſa autem militi dicto Sieſtrzeniec, vel ob aliquam conſanguinitatem, vel ex aliquo modo loquendi appropriato, qui communis eſt magnatibus vocare optimos milites Fratres, Rothmagiſtros, Capitaneos, licet adhuc titulo tali non gaudeant,

deant, niſi in actu ſignato ob præclara ſua merita. Qui quidem Sieſtrzeniec inter arduos gladios & ſagittas acutas, palmam victoriæ vel acquiſiuit, vel acquirendam medio excelſo propoſuit.

PER TELA, PER HOSTES.


SVmmum eſt encomium militis, imò optimi iam Ducis exercituum & gubernatoris, dum inter ignes, bombardas, tela & gladios nouit conſeruare vitam, non alio antidoto quàm audacia, prudentia, fortitudine & arte. Illi amabo aureis apponere literis: *Per tela, per hoſtes.* iuit, vicit, triumphauit. Tyrtheum Poëtam Athenienſem pede claudum, Ducem tamen belli Lacedæmoniorum contra Meſſenios, qui tanto animo penetrauit per tela & hoſtes vt ipſum Ariſtomenem Ducem, qui ſua manu in vno prælio trecentos Lacedæmonios interfecerat, repreſſerit. Aliud magnæ admirationis adducam: Antigonus Macedonum Rex, cùm ad Regiam dignitatem recens aſcendiſſet, idque grauiter ferret populus, virtute fretus, in populi conſpectu diadema ſceptrumque poſuit dicens: *Si alium quempiam ſe Regno digniorem inuenirent, ad eum ex arbitrio diadema ſceptrumq; deferrent.* Ibat animi magnitudine per tela, per hoſtes, quapropter nullum ſe digniorem Regno aſſerebat. Erat Sieſtrzeniec tranſiens per tela & hoſtes, non dico ille, qui cum Koziegłowſcio & Confinibus Regni ducebat iurgia, *de quo refert Bielſ. fol: 351.* Sed Parens horum armorum, cui non ita vtile placuit quàm honeſtum, ideò ad aſſequendum, non cedebat nouercanti fortunæ, ſed fortiter reſiſtebat, aduertendo ſæpiùs, quod exiguis momentis ſubitò inclinentur omnia quæ in bello geruntur. Igitur obiecta confidentia & audacia, ibat per ignes, tela, & hoſtes, donec aſſequeretur deſideratam ſibi poſteriſque gloriam. Ergo vobis:

Hic murus aheneus eſto,
Nil conſcire ſibi, nulla paleſcere culpa.

Vtuntur his Armis:

Sieſtrzeniec in Magno Ducatu Lith. cui primùm talia arma collata fuerunt à Ducibus Lithu. Eius poſteritas vocatur Sieſtrzencouicij, viri ante ſemper bellicoſi, modo & exoticis linguis Marte & literis ornati, digna obſequia Ducibus Rádźiuiliis, demùm Regibus in caſtris reddiderunt. Vocantur aliqui illorum Bohuſij.

SZELIGA.



DELINEATIO.

EST media luna coloris aurei ſurſum cornua tendens. Alij volunt medium annulum eſſe, ſed communiter media luna pingitur, crux exurgit è medio lunæ etiam coloris aurei, campus eſt ſanguineus. Super coronam eſt cauda pauonis.

ORIGO.

Diuerſam originem adnotarunt. Aliqui exiſtimant originem habere in Regno ab armis Oſtoia, adempta ſcilicet vna luna, ſed magna mutatio armorum Szeliga ab armis Oſtoia declarant diuerſa inter ſe arma. Alij quod veritati conformius dicunt, militi dicto *Szeligá* continuò in armis & ſolerti conceſſa fuiſſe affirmant, quod ex Lituano exercitu cum ſpolijs ex Regno redeuntibus deduxerit Leſconi Nigro, virum Lituanum ex medio hoſtium arreptum, ex cuius viri noticia, fælicem hoſtium ſtragem atq; ſuorum eliberationem incepit habere & habuit. Quapropter viro Szeligá & militi ſuo conceſsit mediam lunam, quod de nocte virum arripuerit, crucem, quod paganum, campum ſanguineum, quod cum ſanguinis effuſione ſucceſſerit pugna, & pennas pauonis ob oculatam eius prudentiam; aurei autem coloris crucem & lunam, ob fortunatum aureumque belli & liberationis captiuorum progreſſum.

ALMA PROTECTIO.

QVA protectione nulla eſt maior, ſecurior, diuturnior, illa alma protectio eſt. Habet Cuſpinianus ſimilem: Rudolphus Habſpurgenſis in Regem Romanorum electus, dùm iuramentum à quibuſdam Principibus exigeret, & illi abſentiam quorundam, quibus præcipuè ſceptrum Regni commiſſum fuerat excuſaret, ille accepta Crucifixi imagine dixiſſe fertur: *Ecce ſignum in quo ſaluatus eſt mundus, hoc ſceptri loco vtemur.* Moti hac re Principes, crucem exoſculati, fidelitatis iuramentum præſtiterunt, auxilia contra rebelles, & qui Imperij loca violenter ſibi vſurparent promiſerunt. Alma hæc fuit protectio, & Imperatoris & Principum. Profectò armorum Szeligá non diſsimilis eſt protectio, Bozentá Archiep. Gneſnenſis Szeligius,

 de quo

de quo Cromer. lib: 13. ad finem, & Bielſc. ſub Anno 1382. quàm alma protectione Regis ab Vrbano VI. Pontif. Maxim. in hanc dignitatem peruenit ex his colligite. Obſtabant Capitulum, Dux Plocenſium Zemouitus, electus Dobrogoſtius Nouodrouius Nałęcz, ſed protectio alma Regis & Venetorum vicit omnia. Neque minùs differendum venit de alma protectione Regni à Seligitis. Illi namque fide Chriſti ac fonte Baptiſmali abluendo Iagellonem Regem M. D. Lith. almæ protectionis Regni extiterunt origo. Illi ſummis in expeditionibus contra hoſtem magni milites, ſtrenui & vigiles Rothmagiſtri, qui & captiuitatem hoſtilem, & mortem pro Patria ſuſtinuerunt, continui fuerunt. Iulius Guilem. Zincgrefius polita luna in Symbolum, addidit illi: *Acceptum communicat orbi.* Ita profectò Patroni & tutores veri armorum Szeligá, acceptam fortitudinem bellicam à ſuis maioribus, eandem ſedulò ac prudenti inſtituto in caſtris ſucceſſoribus ſuis communicarunt, & reddiderunt. Tales tibi apertè referent Hiſtorici Niemoiewſcios, Magieros, Troiánowſcios, Charzewſcios, alioſque in hac Familia & gentilicio inſignes bellatores. Precabor igitur Familiæ veſtræ, quod precabantur naui Granuelæ, *vt habet Iul. Cæſ. Capaccio Impreſſarum lib:* 1. *cap:* 28. In omen fælicitatis ſcripſerunt naui ac nauigantibus in ea: *Durate.* Ita Familiæ veſtræ precor, *Durate.* Omen autem erit hoc proſperum, ſi vos rebus ſeruabitis ſecundis. *Hoc enim addebat Poeta:* Secundæ autem res ſunt, ſi bellum iuſtum pro Patria conſeruanda, ſtatu defendendo. Si vita cum innocentia, cultus ſine Dei offenſa, Fides ſacra ab Apoſtolis & Petro tradita, conſeruabuntur. Quapropter ſit Echo animæ veſtræ ſurſum vt cuiuſdam fuerat dicentis:

Da Deus vt ſit mens mihi ſana in corpore ſano,
Atque tibi faciam grata viriſq; bonis.
Da Deus vt viuam mandato munere fungens,
Et benè propoſitum, te duce cedat opus.
Suſcipe me tandem mortis cùm venerit hora,
Placatus nati funere, ſumme Deus.
Summe Deus, miſerere mei, mihi morte ſecunda,
Contingat melior munere vita tuo.
Vita ea quæ requies eſt, ac æterna voluptas,
Exultans plena cognitione Dei.

LINEA FAMILIÆ SZELIGA.

Szeligá *cui primùm collata fuerunt hæc nobilitatis arma,* Paproc. in 1. Opere *ponit nomen illius Borislaus. Clementem Szeligá de Ianowice Vexilliferum Syradień. referunt priuilegia Regni in Anno* 1436. ait Paproc. in 2. Opere. *Thomam Szeligá Succamerar. Syradień. ad Coronouiam à Cruciferis in captiuitatem abductum, dum ab exercitu cum Dabeccio armorum Griff, & Wizeſinſcio armorum Rożyc,* refert Bielſc. ſub Anno 1410. *ante hos duos Vislaum Szeligá de Szeligi propè Kunouiam in Terra Sendomirienſi.*

Bozenta

Bozenta filius prædicti Viſlai de Szeligi ex Canonico Crac. & Procuratore generali Regio, vt addit Crom: *Archiep. Gneſn. per promotionem Ludouici Pol. & Vngariæ Regis, ſedit annis 7. Obijt 1389. De hoc Ianicius in Vitis Archiepiſcoporum Gneſnenſium.*

Tempore Bodzentæ Chriſti ſe fonte Iagello
Tingit, Lechiaci ſceptra capitque ſoli.
Cætera ſi deſint, erit hoc memorabilis vno,
Lituanis veram quod dedit eſſe fidem.

Andreas Epiſc. Vilneń. ordine octauus, acris ingenij & abſtinens de armis Szeligá, vt Catalog. Caſtell. Trocenſis D. Alexand. Sluſská refert.

Niemoiowſcij, *antiqua Familia & Reipub. amantiſſima. Nicolaus Iudex Terræ Inoulocenſis. De hoc Priluſcius in Statuto fol:* 591. *vbi* (inquit) *Sereniſſ. Rex Sigiſm. Aug.* Sunt autem per nos deſignati Iurium & Statutorum correctores, Gen. Nicolaus Niemoiowski, Iacobus filius ipſius Orator ſui temporis magnus, ſed religione Caluinus. *Alter ſuus germanus ibidem Vexillifer, ſed religione Arianus. Albertum meminit* Ianuſouius in Statuto fol: 385. *Ioannem Iudicem Caſtren. Inouloclauień. refert* Conſtitutio Regni Anni 1589.

Magierouij *in Belzenſi Palat. de Przewodow, erant quatuor filiæ vnius Magieri viri dignitate & poſſeſſione magni, vt apparet ex diſpoſitionibus filiarũ ipſius. Sophia Magierowná Herborthi Caſtell. Belzenſis conſors. Anna Niſzczyccij Palatinidæ Plocenſis coniux. Barbara Nicolai Belzecki armorum Iáſtrzębiec. Catharina Karapczewſcij armorum Oſtoia conſortes. Nicolaus Magier vnicam reliquit filiam Sccignienſcij conſortem. Chriſtinum Magier refert quoddam priuilegium Pocillatorem Sendomir. Anno* 1444. *ex Magieriis in Sendomir. Palatinatu prognatis, deſcenderunt in Ruſſiam aliqui, & ciuitatem Magierow fundarunt, quæ poſtmodum ceſſit dotalicio Belzecciis*

Mireccij *ſeu Miereccij, qui propriè ſunt Magierij, ſed à bonis Mireccij cognominati. Simon vir bello & prudentia celebris.*

Bielenſcij *in Rauenſi Palat cognominantur Pſtragowie, & hi propriè ſunt Magierij, ſed à bonis aliter vocati fuerunt. In Sendomirienſi Palatinatu erat Andreas Bielenſki, qui ex Grodowſka armorum Lubicz reliquerat prolem, alij in Ruſſia ſua elegerunt domicilia.*

Zloccij *in Viſlic. diſtrictu. Cùm humanum genus arte & rationibus viuat, ideò ingenium ad liberales artes, iudiciũ ad nobilem viuendi rationem diſpoſuerunt.*

Troiánowſcij *in Sendomir. Palat. Andreas Rothmagiſter ad Obertinum in illo fœliciſſimo congreſſu cum Valachis communem reportauit palmam,* habet de illo Bielſc. fol: 565. *Reliquit duos filios ex Anna Czarnocka armorum Lis. Stanislaus primus filius ſyluarum Bielſcenſium cuſtos, demùm Rothmagiſter, & Theſauri in Tykocin fidelis curator, nam poſt deceſſum Sereniſſ. Auguſti multis promiſſionibus labefactatus & donis, vt faueat Cæſareæ parti, fecit ſe*

immobi-

immobilem & conſtantem. Sorori Regis & Reginæ, quæ demum Seren. Steph. Batorio nupſerat, cum Ierzykowiczowna armorum Leliwa reliquit prolem. Gaſpar ſecundus filius non diſſimilis fratri, virtute & pietate celſus, cum Komorowſka reliquit prolem. Ioannes de Troiánowice Troiánowſki, Not. Terr. Mielniceń. electionem Vladislai IV. ſubſcripſit.

Zabawſcij, *Ioannem exactorem Præmislień. refert Conſtitutio Regni Anni* 1588. *ſed propriè ſunt ex Palat. Cracouienſi.*

Boſtowſcij *in Sendomirień. Palat. de Boſtowa, Anno* 1568. *poſitum eſt Epitaph. in Caluo monte G. Pauli hæredis in Boſtowa, pietate, moribus, conſilioq; graui.*

Chárzewſcij ex *Varſauienſi. Paulus eximius miles in Vngaria, dum cum Deſpoth pugnauit, in captiuitatem Turcicam venit, qui ex triremibus cura fratris Stanislai liberatus.*

Mirzeiewſcij *in Lomzenſi Terra. Quia experientia artem facit, inexperientia verò caſum, ideò illi in aulis Principum & Magnatum, demum in caſtris ſua tenuerunt exercitia.*

Struſinſcij *in Ciechanouienſi Terra. Quoniam ſignum ſapientis eſt poſſe docere, ideò illi eximij milites in caſtris, optimi viri domi & inter nobiles exiſtimati ſunt, aliorumq; exemplar.*

Goreccij *in Syradień. Palat. & in alijs. Sunt alij armorum Roža ſeu Poray, ideò difficilè in Hiſtoriis cognoſcere de quo ſit ſermo. Matthiam Gorecki Vexilliferum Poſnan.* refert Ianuſouius in Statuto fol: 762. *Georgium Exactorem Braclau: habet Conſtitutio Regni* 1588. *Alexander Gorecki ex Poſnanień. Palat. ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. ex Syradienſi verò Palatinatu ſubſcripſit eandem Petrus Gorecki.*

Zerniccij *in Syradień. Palat. Humana natura quia multipliciter eſt ancilla, obtulerunt illam curiis magnatum & caſtris, vt niſi Regi & Reipub. famuletur.*

Stániſláwſcij *in Syradień. Palat. Quia in fundamento naturæ nihil eſt diſtinctum, ideò literis, factis, moribus, commendarunt intentum Reipub. & caſtris.*

Szeligowſcij *in Syradienſi. Omnino hi ſoli docent qui cauſas de ſingulis dicunt, ideò illi exercitio in Academiis, aulis heroum, atq; in militaribus caſtris, ſingulari experimento rerum noticiam aſſecuti ſunt.*

Laſowſcij *in Vielunenſi. Senſus viſus quia multarum nobis rerum differentias demonſtrat, plurima inter viros nobiles, milites, magnates, videre deſiderarũt.*

Potoccij *in Syradienſi Palat. antiqua Familia, ex hoc Palatinatu electionem Sereniſſ. Vladislai IV. Stanislaus, Martinus, Adamus ſubſcripſerunt. Bernardum* in Opere 1. ponit Papr. *bellatorem eximium, ſed illum Hiſtorici cuius gentilitatis fuerit non adnotarunt. Clarum tamen eſt cum Supremo Duce Kámieniecccio armorum Piláwá fuiſſe Potoccium Bernardum in bello cum Valachis Anno* 1512. *nec diſſimile eſt Rothmagiſtrum illum fuiſſe Pilauitam & affinem Kámieniecccij de Cracouienſi Palatinatu.*

Wyſokienſcij, *in Podlachia & ad Czerwinſko. Si antiqui Philoſophi: acquiſitis neceſſa-*

neceſſariis vitæ inceperunt Philoſophari, multò conuenientiùs nobiliter natis nobilem adornare Familiam.

Prumienſcij *ad Czerſkum. Quia vniuſcuiuſq; rei optimum in omni natura eſt verè bonum, virtuti ergo & bonitati quæ optimũ ciuem collocant, operam ponunt.*

Markowſcij *in Maiori Pol. & alibi; Erat Albertus Liuoniæ Exactor Contrib. Regni in Anno* 1589.

Gorſcij *ibidem, eiuſdem diuiſionis bonorum cum Márkowſciis.*

Czarnotulſcij *ibidem, eiuſdem diuiſionis bonorum.*

Dąbrowſcij *ibidem, eiuſdem diuiſionis bonorum.*

Dobieſzewſcij, *eiuſdem diuiſionis bonorum.*


Zuchlinſcij: *Eſt Alberti Epitaph. Cracouiæ*: Hic iacet R. Pater D. Albertus de Zuchlin, Præpoſitus Lencicieñ. Caliſienſis, Cuſtos Sendomir. Canonicus Gneſn. & Crac. ac Regni Pol. Vicecancellarius defunctus, Anno 1471.

Slawski, *Andreas ex Volodimirienſi diſtrictu.*

Chliſtowſcij, *in Minſcenſi Palatinatu.*

Przeckowſcij, *in Lomzenſi Terra antiqua Familia. Albertus Theſaurarius Lomzineñ. ante, nunc Notarius Terræ Rozanenſis.*

S L E P O W R O N.



DELINEATIO.

EST ſolea equi calcibus inferiùs verſa, ſuper verticem eſt crux deſuper cuius eſt coruus, annulum aureum roſtro geſtans, campus eſt violaceus, coruus niger. Super coronam idem coruus cum annulo.

ORIGO.

IN Regno Poloniæ acquiſita, ex vnione duorum gentiliciorum, Coruini ſcilicet & Pobog. Vir enim de armis Coruin ex Vngariæ Regno defluens, ex Valerio Meſſala Coruino Romano, & conſequenter ex Ioanne Huniade Duce & Gubernatore Vngariæ dum reddidit cum fratre obſequia militaria Regibus & Principibus Maſouiæ, vterque domicilia quidem ſua conſtituerunt in Regno, ſed vnus conſeruauit natiua gentilicia Coruin, alter verò ob coniunctionem matrimonialem cum Familia Pobogorum, adiunxit arma Cor-

ma Coruin ad arma Pobog, & conſenſu Principum ſuperpoſuit cruci. Quæ quidem arma ſucceſſu temporis, & nouum preclama aſſumpſerunt, nempè *Slepowron.* Habent antiquitatem arma prædicta in priuilegio Conradi Ducis Mazouiæ Domini & hæredis Plocenſis, Cerneń Rauenſis. Dato Varſchouiæ Anno 1224. vt in linea Familiæ patebit. Vnde etiam patet à bonis Slepowrony, illos Slepowronios, & arma Slepowron nuncupata fuiſſe.

CVM TEMPORE CREVIT.

NEdum lunæ orienti, ſed etiam cuique magnæ fortitudinis animali, puta Leoni, Pardo adſcribendum eſt hoc lemma: *Niſi enim ad ætatem dignam peruenerit leo, nequit fortitudinem ſuam probare, ſed cum tempore creſcendo fit fortiſſimus.* Idem aſſerendum venit de viro forti: *Cum tempore creſcit.* Hinc de corde hominis Varro tradit: *quòd hominis anniculi cor ſit duarum drachmarum, quinquagenarij centum, & ab eodem tempore totidem minuitur drachmis quot excreuerat.* Vt igitur cordi ſubſcribendum eſſet: *Cum tempore creſcit,* ita & viro forti, non enim creſcit in gloria, prudentia, actibus, niſi cum tempore. Hinc quidam ad Struthionem alluſit: *Dura placent fortibus, mollia puberibus.* Nobilitatis Slepowron arma dum inſpicio, dicam: *Creuerunt cum tempore.* Nam ortum ex armis Iáſtrzębiec acceptum in Lubicz deduxerunt, poſt in Zaglobam incidentes, præſtita pietate Pobog arma acquiſierunt, vltimò Slepowronium amplecti deſtinarunt, hoc eſt, compoſita arma ex Coruin Romanorum, Hungarorum, & Germanorum, cum Pobog armis ob coniunctionem Familiarum aſſumpſerunt. Creuerunt igitur arma hæc intus & extrà Regnum. At ſi inſignitos talibus armis in Regno contemplaueris, videbis, plurimùm cum tempore creuiſſe, ex ſtrenuis magniſq; Rothmagiſtris, Ductores exercituum erant, & Præfecti Anno 1224. ex magnis ciuibus optimi Senatores, ex Senatoribus Summi in Regno Pontifices. Creuerunt cum tempore ſummi. At quia tempore diuerſa fata ſunt, vt quidam:

Tempus idem non eſt: vario pro tempore fata,
Mutantur pluuiis proxima ſole dies.

Vt cum tempore non decreſcatis, ſed vos maneant altæ cathedræ, primæ Senatorum Curillæ, ſitiſque ſua ſorte contenti. Duo vobis proponere audeo: Primum, *Fouere ſe mutuo.* Nam ſicut ſcintilla ignis ſeiuncta ab altera focum non componit, ſed ab illis exurgit Echo: *Exſtinguimur ſi diſtinguimur,* ita neceſſe eſt vt ſe mutuo foueatis, exemplo Sciluri, qui inuictos & glorioſos fore filios ſuos duodecim prædicabat, ſi mutuo ſeſe fouerent, Virtus enim vnita magis fortior. Secundum propono: *Factis addere facta,* nam licet mereantur plurimùm maiorum facta, ſed non præmiantur niſi propria. Vnde quidam illudebat Struthioni, quod pennas haberet & non volaret dicens: *Non pennæ ſed vſus.* Ita cauenda ſubſannatio cuiuſdam Scythæ. Tu quidem gloriæ

gloriæ domus tuæ es terminus, ego verò ſum initium. Maximè namque differentiæ ſunt notæ. *Erat, Eſt, Fui, Sum.* Hinc de gloria triplici reliquerat diſtichon:

Gloria magna piis numerare parentibus ortum,
Qui celebri ducunt nobilitate genus.
Gloria maior humo propria clareſcere laude,
Ingenij ſtudio militiaq; bonis.
Gloria ſincero pietatis maxima cultu,
Æterno pura mente placere Patri.

LINEA FAMILIÆ SLEPOWRONIORVM.

COruinus, *qui primum coniunxit arma Coruin cum armis Pobog. Hic ex Pannonijs ante tempora Huniad & Matthiæ Imperatoris centena in Regnum Poloniæ venit, ſicut ex literis Slepowroniorum à Slepowrony apparet.*

Vartislaus de Slepowrony, huic Conradus Dux Maſouiæ Dominus & hæres Plocenſis, Cerneñ. & Raueñ. ius Teutonicum & alias immunitates contulit hoc priuilegio: Nos Conradus, &c. Conſideratis & inſpectis pronis ac fidelibus ſeruitijs nobis per ſtrenuum militem noſtrum Vartiſlaum Curiæ Noſtræ Præfectum fideliter exhibitis ac impenſis, & in poſterum Chriſto Duce Nobis & ſucceſſoribus Noſtris vnà cum ipſius poſteris eò celeriùs impendendis, præmiſſorum meritorum ob reſpectum villas ipſius, ſiue hæreditates Slepowrony, Strachowa, Brodźino, Wola vulgariter nuncupatas in diſtrictu Ciechanouienſi ſuas de iure Polonico in ius Teutonicum transferrimus, &c. Dat. Varſauiæ, Anno 1224.

Wawrzetá de Slepowrony, de hoc Baſko Cuſtos Poſnan. dum cladem ad Suchodol refert 1224. Ibi Wawrzetá Slepowronius cum nonnullis Maſouitis, & cum ipſo Duce Conrado in ſyluis ſe abſcondit, poſtea in Maſouiam non multi reuerſi ſunt. Anno verò ſequenti Conradus poſt cladem Lituanis, Prutenis, Iacuingis contra Boleslaum Pudicum præfecit eundem Wáwrzetam Slepowronium.

Slauomirus de Kraſne. Hic temporibus Ludouici Regis Pol. & Vngariæ, & Ioannis ac Zemouiti Maſouiæ Principum, vixit 1377. Anno, vt literæ referunt in domo Kraſinſciorum, cuius nepos Slawko Iudex Terræ Rozanenſis & Makouienſis 1412. Quem Dux Maſouiæ Ioannes à certis obligationibus & contributione vnà cum poſteris liberum æuiternè pronunciauit Anno 1427. Reliquit tres filios Nicolaum de Kraſne Dapiferum Ciechanou: Iacobum de Pienic Dapiferum Zakrocimenſem, & Slauomirum de Sczuk. Ex his Nicolaus de Kraſne, erexit villam Anno 1460. quam Kraſinſka Wola appellauit, comparatis demum villis Zaleſie, Liſtow, Moſaki, illas Eccleſiæ Parochiali in Kraſne coram Petro de Chotkowo Epiſcopo Plocen.1482. legauit & inſcripſit. Habuit tres filios, Ioannem virum Eccleſiaſticum, Iacobum militem, qui in Vngaria Matthiæ Regi Vngar. in exercitu nigro reddidit obſequia. Andream,

qui in Bukouiana clade in Valachia, Conradi Ducis Maſouiæ Rothmag. occiſus 1497. fuit. Prædictus verò Andreas cum Alexandra Dźierzgowſka reliquit duos filios, Nicolaum Canonicum Vladislauień. & Ioannem Dapiferum Ciechanouień. huius Ioannis filij cum Catharina de Mniſzowo armorum Lubicz reliquit Franciſcum Epiſcopum Crac. Ducem Seueriæ, qui dum eſſet Canonicus Gneſn. & Louicen. atq; Archidiaconus Caliſień. erat Legatus ad Paulum IV. Carapham Pont. Max. Poſt deceſſum Dźierzgouij Archiep. Gneſn. ad Sigiſm. Auguſt. Regem directus, per Przerębſcium Archiep. Gneſn. ab illo ad Maximilianum Imperatoem legatus iterato miſſus cum dignitate Regis eandem perfecit, Præpoſitura Plocenſi ſuſcepta Procancellarius acclamatur, demùm EpiſcopusCrac. creatus, morienti Sigiſm. Auguſt. ſacram Euchariſtiam porrexit. Interregna poſt Sigiſm. Auguſt. & Henricum Valeſium prudenti ratione moderatus eſt, contra Tartaros Ruſſiam inuadentes poſt Henricum 100. equites cum Stanislao Kraſicki armorum Rogálá in defenſionem miſit, contrà Gedanenſes ſub Rege Stephano 200. pedites, 50. grauis armaturæ equites cum Stanislao Pękoſtáwſki expediuit. Obijt in Bozencyn, vbi & ſepultus eſt cum tali Epitaphio: Franciſcus Kraſinski de Kraſne, olim Regni Procancellario, qui in negotijs executionis Legum & Vnionis M. D. Lith. cum Regno Pol. Sigiſmundo Aug. regnante, ac duobus periculoſis Interregnis, egregiam operam R. P. nauauit, Epiſcopus demùm Cracou: creatus. Obijt Anno quinto Chriſti 1577. Ætat: 52 *De illo Kamſcius.*

Excipit inde gregem Paſtor Kraſinius orbum,
Et tanto dignum ſe docet eſſe loco.
Vir bonus & moderati animi, prudentia cuius
Auertit Patriæ multa pericla ſuæ.
Bella gerit quiuis, ſolis ſapientibus almæ;
Autores dici pacis, & eſſe datum eſt.

Albertus Kraſinſki Caſtell Sierpſcenſis, qui ab adoleſcentia in aulà Sereniſſ. Aug. Cubicularius, reliquit cum Ciemiewſka Nicolaum Succamerar. Rozanenſem, qui in aula Imperatoris Maximiliani dum collegit profectum viri illuſtris, in Patriam rediens detulit Patriæ ornamenta, demum cum Sczawinſka Caſtell. Lencicień. Capit. Sochacou. & Ochmagiſtri Reginæ Annæ filia ſuſcepit matrimonium, & reliquit prolem. Nicolaus germanus Alberti Gneſnenſis & Crac. Canonicus. Stanislaus Kraſinſki Archidiaconus Cracou. ad Sanctiſſimum Pium IV. à Clero legatus fuit, apud Franciſcum Procancellarium fratrem ſuũ erat in Cancellaria præſidens iuris Cæſarei & Pontificij, à Stephano Rege Commiſſarius in Vngariam cum Stanislao Száfrániec Caſtell. Sendomirień. & Chriſtophoro Komorowſki Caſtell. Oſuiecinenſi, quam cum laude ad bonum finem perduxit. Andreas Kraſinſki Iudex Ciechanou. tum Caſtell. ad Reipub. negotia digniſſimus, reliquit ex Czerniecka Ioannem Cantorem Crac. Scholaſticum Lencicień. Gneſneń. & Louicenſem Canonicum, virum literis, linguis,

moribus

moribus ornatum. Scripſit librum intitulatum Polonia 1573. *Scripſit etiam Orationem de Electione Regis Henrici, maxima negotia proficua Regno multis legationibus dexterè confecit. Franciſcus germanus ſuus Tribunus Rozanenſis, Germanicæ & Italicæ linguæ guarus reddidit Patriæ digna merita, cum Sereniſſ. Steph. ad Pſcouiam perpetuus miles. De primo horum* habet Ianuſouius in Statuto fol: 769. *de ſecundo* fol: 768. *Stanislaus Vexillifer Plocenſis, poſt Palatinus, in exteris nationibus amplexatis virtutibus, reddidit debita Patriæ obſequia, ex Sobienſka filias habuit Dorotheam Wodinſka Caſtell. Liuenſem, & Annam Rádzánowſka,* de hoc Conſtitutio Regni 1601. *Franciſcus à Kraſne Kraſinſki, Iudex Terræ Ciechanou. & Ioannes Caſimirus Palatinides Plocenſis, Sereniſſ. Vladislai IV. Camerarius, ſubſcripſerunt electionem Vladisl. ex Terra Ciechanouienſi. Ioannes Kraſinſki Caſtell. Varſauień. Stanislaus Succamerar. Ciechanou: optimè de Repub. meriti, maiorum ſuorum veſtigijs inhærentes.*

Drodzienſcij *ſeu Drożienſcij, Chriſtinus de Drodźino, qui tempore Ludouici Regis* 1377. *vixit, ſcripta Dominorum Kraſinſciorum referunt. Plurimi ex hac Familia fuerunt viri militares & ſpirituales. Albertus Drozenſki, plurimos quidem filios habuit cum Anna Podoſka, & dignos per martem & literas ad Senatum & caſtra militaria, ſed citò dies finierunt, ex quibus Iacobus, & Matthias Duci in Oſtrog, Conſtantino reddentes obſequia in caſtris ibidem occubuerunt. Obijt prædictus Albertus* 1582. *in Plonſko ſepultus.*

Wroblewſcij, *ex his Canonicus Plocen.* 1584. *Sunt in diuerſis terris in Maſouia, in Bielſcen, in Ciechanou. in Lencicienſi. Martini Vicecapit. Ciechanouień. filius, Ioannes eximius & ſtrenuus Rothmag. cum Chodkieuicio in Liuonia, & in Confinibus Regni Capitanei Treboulień. Balaban Vicesgerens in caſtris a Coſacis rebellibus cum quibus multipliciter pugnauit, occiſus eſt in congreſſu bellico ad Zolninum. Albertus ex Terra Ciechanouien. Ioannes ex Palat. Lencicienſi, electionem Vladisl. IV. ſubſcripſerunt. Eſt etiam eximij Rothmagiſtri Epitaphium Laticouiæ.*

Młodźieiowſcij *de Młodźieiowice, in Sendomir. Palat. Stanislaus Caſtell. Radomſcenſis, de hoc* Priluſcius in Statuto fol: 29. *Petrum Tribunum Sendomirien. referunt priuilegia Anni* 1340. *Stanislaus cum Zaborowſka armorum Ráwicz reliquit Ioannem Abbatem Pokrzywnicen. virum moribus & doctrina inſignem. De hoc Epitaph. Sendomiriæ in Eccleſiæ B.V. Mariæ.*

Qui rectè vixit gratus fuit omnibus, illum
Vera laude vehet neſcia fama mori.

Hyacinctus frater germanus Abbatis Theſaurarius Curiæ, Krzecouienſis Piaſecenſis Capit. Zupparius Crac. in omnibus expeditionibus cum Sereniſſ. Stephano præſens, cum Wielicka armorum Iunoſá, Iudicis Sendomir. filia tenuit matrimonium. In cuius arma ita quidam luſit de ipſo.

Quid pugnacis equi ferrum? quid paſſio Chriſti?
Ore terens aurum quid nigra ſignat auis.
Nempe virum fortem qui cœli numine fretus,
Protinus ex humili ſcandit ad alta loco.
Fortunæque memor greſſus ita dirigit omnes,
Vt nihil à recto deuiet officio.
Id quia præclaris geſtis Hyacinćte fateris,
Virtuti meritò hæc ſeruit imago tuæ.

Sorores horum erant Stephánowſka cuius filius Ioannes Notarius Theſauri. Młodecka & Łacka cuius filius Franciſcus cum Bathorio Præpoſito Miechouienſi Romæ incubuit literis, erat armorum Brodźic, huius Hyacinthi Theſaurarij filius, itidem Hyacinthus Vexillifer Terræ Liuen. & tempore Interregni 1632. poſt mortem Sigiſmu III. pro Electione Vladisl. IV. ex illa Terra Nuntius.

Pniewſcij, *vnius termini bonorum cum Kraſne de Pniewnik. Targonia de Pniewnik reliquerat filiam Nicolai Minſki conſortem, hæc bona Pniewnik & Kobylká induxit in domum Minſciorum. Petrus Præpoſit. Vladisl. Canonicus Gneſnen. in Priuileg. cum Pruthenis.*

Pienieccij, *Hi deſcendunt à Iacobo Dapifero Zakrocimenſi, qui diuiſionem habuit cum Nicolao Dapifero Ciechanouienſi.*

Lanieccij, *Euſdem diuiſionis bonorum cum Pienieccijs.*

Rembowſcij, *Ex his erat Caſtellanus Ciechanouienſis. Gabriel egregius miles & Rothmagiſter in Podolia.*

Sczuccij *de Sczuk, deſcendunt à Slauomiro Slaukonis filio, qui Slauko erat Iudex Rozanenſis & Makowſcenſis.*

Wierzbiccij, *in Lomzenſi Palat. de Bogáćice. Nicolaus Notarius Caſtren. Lomzenſis, & Ioannes ipſius germanus Tribunus ibidem Surrogator & Exactor Contributionum Regni.*

Romoccij *in Ciechanou. Adamus Vicep. Plocenſis, Valentinus Vicecap. Bielſcen.*

Stromſcij, *in Plocenſi Palatinatu* Sarnowſcij, *ibidem.*

Simborſcij *in Plocenſi Palat. Refert Epitaphium Varſauiæ apud P. Bernardinos, Stanislaum Canonicum Varſau: in Piaſecno & Stániſláwow Parochum qui obijt* 1561.

Grochowarſcij, *in Plocenſi Palatinatu.*

Ciecierſcij *de Cierſko, Coſmas Rothmag. digniſſimus ex ſtrenuo milite cum Goſtomſki. Alij notant Familiam ſuam de Ciećiorki in Ciechanouienſi Terra. Familia viuentibus Ducibus eximia.*

Slepowronſcij *in Sochacouienſi. Forte ex ipſa cognominatione armorum ducunt denominationem.*

Kownáccij *ibidem, viri virtuoſi & prudentes, nam ſicut oculi prælucent corpori, ita non eſt virtus ſine prudentia.*

Mnichowſcij, *ex quibus Franciſcus in Plonſk in Eccleſia occiſus, vbi plus eſt periculi, ibi maior eſt adhibenda cautio. Warcicium* refert Bielſc. ſub Anno 1397. *Albertum Caſtell. Zauichoſt.* idem fol: 394.

Spado-

Spadowſcij *in Sochacouienſi diſtrictu, vnus eorum ad Kumeyki miles, cum Thoma Zamoyſki Supremo Cancell. Regni, ibidem occiſus à Coſacis.*

Topczewſcij, *in Lomzeń. Terra de Leſczki, Gaſpar in Ruſſia elegit domicilia.*

Wężij *in Podlachia, diſtrictu Drobicienſi originem ducunt à Wawrzenta, viros in armis & toga excellentiſſimos teſtantur Acta in Sochacow. Ioannes Wąż, Vladislai Ducis Maſouiæ vice Theſaurarius ob merita ſua in præliis contra Iedzwingones, dotatus eſt ab eodem Principe multis villis in diſtrictu Drobicienſi, vbi à nomine ſuo fundauit villam dictam Węże, is ex Margareta Kriſka filia Leonis Kryſki procreauit Nicolaum, Nicolaus 6. filios, tres ſpirituales, reliquos ſæculares, de quibus vnus erat Martinus Subiudex Terreſtris Drobicienſis, vir in marte & doctrina præclarus, qui quando iudicia Tribunalitia ordinaria Regni Pol. originem ſumebant, primus inter cæteros Iudex fuit, ex Ryteiowna habuit tres filios, inter quos erat Chriſtophorus (qui duxit Reginam Kurczowna Palatinidem Derpteń.) Ioannem & Adamum in expeditionibus Moſchouiticis viros peritos. Adamus ex Anna Bokiciowna Laurentiũ Vexillif. Mielniceń. & Iudicem exercitatuum in expeditionibus motus communis contra Turcas, qui ex Generoſa Anna Belchacka filia Pocillatoris Terræ Chelmnenſis, & ſororina Magnifici Andreæ de Lipe Lipſki Epiſcopi Crac. procreauit filios, Vladislaum, Stephanum, Ioannem, Franciſcum.*

Bągienſcij *ex Waſoſze. Quoniam qualia ſtudia ſunt, tales ſunt & animi, ideò illi literis, virtuti, iuri nobilium dant operam, vt Reipub. & Patriæ ſint proficui.*

Naſiorowſcij *in Ciechanouienſi Terra, erat vnus illorum Aduocatus Colomiæ in Pocutia.*

Szeplewſcij *in Belzenſi Palat. Certamina quia indigent bonis & fortibus viris, illi caſtris & educatione acquirunt.*

Olſzewſcij *ibidem. Rebus iuſtis & bonis dulciter & honeſtè vtuntur.*

Harbowſcij *ex Drobicenſi. Laudem amant domus, vituperium fugiunt.*

Milewſcij *in Lomzenſi.*

Ioſiewſcij *ibidem. Salutem Patriæ & honeſtũ Familiæ omnibus rebus anteponunt.*

Milkowſcij, *in Podlachia optimi milites, vnde in præmia, titulos, alimenta, inmunitates habent.*

Gutowſcij *in Wyſenſi. Natura, exercitio, & bona educatione gloriam conſeruant.*

Sarniccij *in Chelmenſi. Doctrina & profectu domui ſeruiunt. Stanislaus Hiſtoriæ Regni adnotator latino idiomate, & ſtatuti Regni vulgari lingua.*

Trzćinſcij *in Lukouień. Probis omnia benè cædunt, nam improbi nil per ſe valent.*

Piotrowſcij *in Præmislienſi. Æquitate & publica vtilitate proficui ſunt Patriæ.*

Kurpiowie *in Syradienſi. Inuidiam & contentionem fugiunt, turpe enim putant omnia vocare in crimen.*

Iáſtrzebſcij, *in Lomzenſi & Lucouienſi. Ioannes Subdapifer Lublinenſis* 1489. *Adamus Vexillifer Chelminenſis in Bieſzcza hæres. De his Acta Lublinenſia. Andreas ex Marina Mroczkowna armorum Nieczuiá reliquit Adamum,*

Aulicus

Aulicus Reginæ Annæ pluries in Succiam Nuntius, qui tenuit bona in Stobnicenſi & Viſlicienſi pro meritis Capitaneatibus, ex Gralewſka armorum Sulimá reliquit 4. filios, Stanislaum, Adamum, qui vterq; ſpirituales viri. Dominicum, qui cum Anna Burkowſka armorum Oſſoria reliquit prolem, & Albertum Caſimirum literis ornatum, & in exteris nationibus & linguis peritū.

Swiderſcij *in Wiſcenſi Terra, Sebaſtianus poſt exercitia in caſtris & aulis magnatum, bona ſua Dobrzyce. Reliquit filios omnes bello deditos, Ioannem, Paulum, Hieronymum, Andream. Ex his Ioannes in diſtrictu Radomienſi, in villa Myſliſowice reliquit 5. filios, Valerianum, qui factus Dominicanus, nunc eſt Theologus. Alexandrum, Sigiſmundum, Norberthum, & hic Dominicanus. Ioannem & Nicolaum, creſcent Parentum benedictione, & conſeruatione virtutis. Ioannem dictum Mrożik eximium militem in Podolia contra Turcas, Tartaros & Valachos,* refert Papiocius in 2. Opere.


Mirolzewſcij *in Cuiauia, Reipub. & Patriæ alumni, vnde ad plurima pro ea perpetranda incenduntur & impelluntur.*

Idźikowſcij *in Ciechanou: vnus illorum apud Duces Burgundiæ magnus triumphator ex hoſtibus, accepit ab eis in præmium caput S. Sigiſmundi Regis Burgundiæ, & attulit ad ſuam poſſeſſionem Krolewa, & quia ſterilis erat, Eccleſiam Parochialem fundauit, ibidem & ius præſentandi dedit Slepowronijs. Poſt deceſſum ipſius, illa celebris & Sancta Reliquia tranſportata eſt ad Eccleſiam Epiſcop. Plocenſem.*

Gorſcij *in Lucouienſi. Salutari Patriæ & illuſtria Familiæ curant.*

Romanij *ad Praſniſiam. Fæcundá prole Familia, tenent commune Scriniolum ad tuendam Familiæ conſeruationem medijs debitis.*

S L E P O R O D.



DELINEATIO.

EST tumulus quadratus, è cuius medio exurgunt duæ Dardæ ſeu vexilla pedi- ditum, in quorum medio eſt ſagitta infixa tumulo, defendiculo frameæ per mediū grauata, aut cruce ſalutari munita.

ORIGO.

A Magnis Ducibus Lithuaniæ originem retinet, ſicut etiam ad Vitepſcum ornantes actibus arma viri nunc reperiuntur. Patet igitur acquiſita fuiſſe in bello contra Moſchos vel Cruciferos, dum plurimos proſtrauit vel manu vel conſilio, vel vigilia.. Hinc Tumulus, Dardæ, Sagitta, gladij rupti & cruces in arma exaltâti viſuntur.

VIRTVS


VIRTVS E TVMVLO.

Potentiſsimus Samſon dum leonem ſæuientem diſcerpſit, è tumulo ſuam excitauit virtutem. Dum baſes cum conſultoribus conuulſit, fortitudinem cum tumulo extulit. Themiſtocles gente & genere magnus, vt triumphatorem conditionis leuioris conſpexit, tumulum in pincernis alteri reliquit, & ipſe excitatus in tam fœdo ſepulchro, virtutem aſſumpſit, ac ſplendidæ ſuæ Familiæ iam enormi vitiorum propriorum congerie labefactatæ & ſpurcæ, encomio fortitudinis radiare effecit & compulſit. O quàm iucunda eſt virtus exercentibus ipſam, vnde neminem oportet mercede conducere vt benè viuat, ipſa etenim virtus abundè magnum eſt ſui præmium. Eſt igitur non modicis prædicanda laudibus horum armorum parentis virtus, ſi è tumulo & oblitterata memoria ſuam floreſcere virtutem, maiorumque excitare memoriam ſtuduit & ſolicitus fuit. Sed oritur mihi quæſtio: vnde ſopitæ domus & antiquis ruderibus obtectæ effluunt iterum in clarum & celebre nomen. Aſtrologi atque cæleſtium motuum indagatores in hoc paſſu requiſiti, reſpondebunt reuolutionem cæleſtium, quæ tanti roboris eſt, vt niſi ſupremi aſtrorum motoris diſpoſitione immutentur, fieri ea quæ cum reuolutione veniunt neceſſe eſt. Si verò Poëtas requiremus, Atlantis negotium mutationi Phaetontinæ ſupponent. Aulicus autem quæſtione accepta, ſorti & fortunæ deuouebit. Mihi vero hoc vnicum placuit: *Virtus è tumulo gratia Dei excitata.* Hæc infantes eloquio facit perfectos. Hæc ex carcere ſqualido euocatos in Principes & Reges conſtituit. Hæc ea dat facitque quod Pſalmiſta edocuit: 112. *Quis ſicut Dominus Deus noſter qui in altis habitat, ſuſcitans à terra inopem & de ſtercore erigens pauperem.* Fauet in ſenſum apud Virgilium Æneidorum 4. Annibalem contra Æneam & Romanos votis ex oſsibus euocans:

Exoriare aliquis noſtris ex oſſibus vltor,
Qui face Dardanios ferroq́ ſequare colonos.

His Armis vtuntur in M. Duc. Lithu. Sleporodij, ex quibus Matthæus erat Notarius Caſtri Vitepſcenſis.

S R Z E N I A W A.



DELINEATIO.

EST fluuius albus cruce ſignatus, in campo rubeo. Super coronam inter duas tubas ſedet leo proſpiciens, erectam caudam geſtans. Alij ſine leone tubas deferunt.

O R I G O.

DVci militiæ qui cum Principe Opolienſi contra hoſtes fidei pro Boleslao Chrabri Rege Pol. ad fluuium Druzyná pugnauit conceſſa fuerunt. Dlugoſius deſcribendo Martyrium S. Stanislai Epiſcopi Crac. diſtinguit arma Srzeniáwá apertè, inquit enim: *Milites cum Rege ac tribus Domibus ac Familijs erant, Iáſtrzembcij, Streſæ, & qui fluuium Srzeniáwá cum cruce, & qui fluuium ſine cruce qui ſe Drużyna appellant, pro inſigni deferunt.* Idem *Cromerus habet fol*: 61. *ſub Anno* 1079.

P R O P V G N A C V L V M R E G N I.

HOC vnum ex ingenio hominum deſideratur, totam ſeruitutem non pati, nec totam libertatem amittere. Quapropter propugnacula ſibi & Regni adinuenerunt, ſed quæ Regni propugnacula affirmabimus? Aliqui tenent in propugnacula, muros, foſſas, vallos, ſed talia magis fœminas eſſe demonſtrant, quàm viros declarant. Aliqui ſtagna, aquas, paludes, ſed hæc magis ranis & ſerpentibus fauent quàm hominibus. Ingentes aquas cuniculis & lacubus viri bellicoſi exſiccarunt, alij rebus venenoſis inutiles reddiderunt. Placuit inter omnia propugnaculum Lacedæmoniorum: Adhæreat vir viro, pes pedi, ſcutum ſcuto, galea galeæ. Conſimilia ſunt propugnacula Turcarum, qui non pariete & præſidio regna defendunt, ſed ipſi ſemetipſos, conſenſu communi, ingenti numero & magnis machinis bellicis hoſti præſentant. Vnde Chryſoſt. Homil: 33. in Epiſt. ad Corinth: de ſpirituali præſidio, ſcilicet Epiſcopis loquendo dixit: *Scipſos ante cæteros locantes parati ferrum, minas excipere primi, vt vini vice ſanguis profluat ex vite ſpirituali.* Quocirca Liuius lib: 22. de bono præſidio & præſidarijs Regni dixit: *Nullus terror cùm omnia bello arderent fide ſocios demouit, quia iuſto regebantur imperio.* Eodem proceſſerunt medio Srzeniauitæ, dùm ipſis pectoribus,

ribus, vultu conſpicuo, fronte expoſita, in hoſtem eiuſque potentiam irruerunt eorumque triumphos, ſpolia, vires ſubiugarunt. Refert Clemens Alexandrinus, quod in Magorum Regione inueniuntur tres montes eminentiſsimi, ſi aliquis ad primum peruenerit, audit vocem clamantiũ milium hominum perinde ac ſi eſſent in acie; ad alterum verò ſi peruenerit maiorem & euidentiorem ſtrepitum apprehendit, ad tertium vt perueniet, audit canentes Pæana, perinde ac ſi viciſſent. Docet tali ſonitu mortales natura, quòd per labores ac pugnas itur ad triumphos. Tot tantoſque Reſpub. Polona cognouit veſtros labores vt Hiſtoriæ impletæ, memoriæ mortalium delectatæ & inſtructæ (qui ſcilicet labores pro Patria ſint ſuſtinendi) permaneant. Hinc felici omine quidam vobis precabatur.

Vnda perennis eas creſcentibus auctior vndis.
Et nunquam glacie te mala claudat hyems.

MEMORIA BENEFICIORVM DEI.

SOlennes memorias virorum magnorum celebrarunt Ægyptij, Græci, Romani, &c. vt templa, pyramides, coloſſos illis erigerent, ludos, obligationes ſepulchralia conſtituerent. Chriſtianis verò non ita vana & tranſitoria meditantibus, quàm cæleſtia & æterna, beneficiorum Dei memoria curæ primæ adeſſe debet. Præſentia arma nobilitatum veſtrarum, eſt quædam imago memoriæ beneficiorum Dei; nam Chriſtianis paucis numero pugnantibus cum multitudine paganorum collata eſt victoriæ beneficentia, pro qua & in qua palma armorum veſtrorum crux & fluuius enituit, atque in vos deſcendentes à tàm fortunato Duce profluxit. Quid igitur gratitudinis ergò Omnipotenti Domino exercituum referemus? Exemplum Ægyptiorum inſtructionem ſuppetet. Dum Ægyptum fæcundat aquis Nili inundatione leonis ſydus, *refert Sidon. Epiſt:* 11. *lib:* 11. inſtituerunt vt canales tubi & Syphones, qui aquam eructant per terebrata foramina in leonina capita aquam admittant, vt è leonis rictibus euomi videatur. Conuenit nos non minùs gratos fieri ſed ſuperare Ægyptios. Crux igitur Chriſti exaltetur in cordibus, domibus, ac Familijs veſtris, in æternum memoriale Domini, dicentes & docentes: *Hæc mihi ſemper erunt.* Superabimus inquam tanto memoriali Ægyptios, illi enim leonem colũt & nemo cælum appellat.

Oppida tota canem venerantur nemo Dianam, nos verò ipſi Domino cælorum & Seruatori noſtro veram deferemus laudem cum Rege noſtro Inuictiſsimo Stephano Bathoreo, qui in loco prælij ad Gedanum erecta cruce Chriſti, ſcripſerat: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo ſit gloria.* Ita enim fiet vt è cælo ſuaui quodam ſibilo percipiamus ſalubre nuntium. *Fugiet dolor & gemitus.*

LINEA FAMILIÆ SRZENIAVITARVM.

MIroslaus Comes de Nakiel. Hunc parentem armorum aſſignant fuiſſe Priuilegia Eccleſiarum illum referunt ab antiquo. Tranſierunt bona Nakiel à

Srzeniauitis ad Griſſ:s. Wierbeslaus Comes cuius conſors vno partu ediderat liberos viuos 36. 1269. Anno. Marcum Epiſcop. Ploconſem refert ex his armis fuiſſe Paprocius *ſed fallitur. Apertè enim* Dlugoſſus ſub Anno 1068. dicit, *prædictum Marcum non fuiſſe Polonum, ſed Italum Lucenſem, & ſub Anno 1087. vbi è viuis ſublatus fuit dicit: Octaua Auguſti Marco Plocenſi Epiſc. mortem oppetente Stephanus 1. natione Polonus Italis neglectis electus fuit, cunctante & Italum promouente Victore III. Pont. Max. Quod etiam Author Epiſc. Plocen. habet:* Latium huic Patria fuit natus in Lucanis, &c. *vnde nec ſub Drużyniis numerandus erit. Petrus Archiep. Gneſnen. 1166. Hunc* Dlugoſſus ſub Anno 1165. *de domo Srzeniáwá fuiſſe, & per electionem ſucceſſiſſe ab Alexandro III. Papa, prouiſus & conſenſu Ducum Pol. ſubnixus, Srzeniawá cum cruce quod ſua fuerint arma* Ianicius habet in Cathal. Epiſc. *Ille Suleiouienſi Monaſterio Ordinis Ciſtercien. multa adiunxit à menſa Epiſcopali ex decimis*, ait Paproc. in 2. Opere. *De illo Ianicius.*

> Non alia Petrus licet eſſet laude proborum,
> Laus magna eſt, quoniam ſummus amator erat,
> Talis & ipſe fuit, quales complexus amore eſt,
> Namque ſibi ſimilem mitis & agnus amat.

Raduanus Epiſc. Poſnan. de domo Srzeniauitarum à Ianislao Gneſnenſi confirmatus, & in Eccleſia Vnieiouienſi de conſenſu Miecislai Maioris Pol. Ducis conſecratus fuit. Dlugoſſ. ſub Anno 1156. *Przybislaus miles genere nobilis de domo & Familia Srzeniauitarum, qui in monte Equineo ad Proſowice Eccleſiam ex cocto latere crexit & fundauit, motus beneficio quodam diuino.* Dlugoſſ. deſcribendo montes Pol. ſub Koniuſzá. *Srzeniauitarum Familiæ vexillum* Miechou: refert lib: 4. *contra Valachos ſub Caſimiro Magno* 1364. *Nicolaus Archiep. Gneſnen. & Epiſc. Vladislauien. ſimul* 1402. *Srzeniauius cum cruce* vt Ianicius adnotauit, *filius Clementis Comitis natus in Kurow ad Bochnenſe oppidum, plurima bona nepotibus congregauerat, quæ poſt deceſſum ipſius cito amiſerunt, ex equo delapſus poſt dies paucos obijt.* Bielſcius 285.

Kurowſcij, *ex nepotibus prædicti de Kurow deſcendentes. Petri de Kurow fratris Epiſc.* meminit Bielſc. in quodam negotio de Regina Sophia ſub Anno 1427. *Petrum Kurowſki Caſtell. Sadecen* refert Ianuſou: in Statuto fol: 86. *Multa refert de his fratribus* Author Epiſcop. Vladislauien. fol: 273.

Kmitij. *Antiqua magnis præmiis remunerata Familia, quæ primas ſummaſque in Regno detulerat ſedes. Iaſcus ſiue Ioannes Kmitá, gente Srzeniauius Præfectus Syradien. cum nobilitate Syradienſi ad reſtringendum gliſcens incendium (puta per Vladislaum Monachum) profectus eſt.* Cromer. ante Annum 1376. *Iaſcus Kmita Præfectus Crac. dum tumultum ſedaret inter Hungaros Reginæ Eliſabethæ & ſeruos Prædborij Brzezij ortum propter fenum, ſagitta Vngarica in ceruicem ictus, ex equo defluxit & expirauit. Furentes defuncti neceſſarij & familiares 160. Vngaros occiderunt, & triduo arcem cum reliquis obſederunt, in ſolatium necis paternæ dedit Regina filio Iaſci Petro Præfecturam Lencicien.* Cromer. lib; 15. fol: 275.

Petrus Kmitá de Wiſnicz Marſchalcus Regni, Scepuzienſis & Sadeceń. Capit. ſubſcripſit priuilegium Ioannis Adalberti Regis, quo confirmat ſtatuta Caſimiri parentis ſui, atq; propria adiungit Anno 1454. Stanislaum in eodem priuilegio de Wiſnicz Caſtell. Premislień. lego Paproc. in 2 Opere *Dobieslaum Caſtell. Woynicenſem 1434. ponit, & alterum Dobieſlaum Caſtell. Lublineń. 1473. Stanislaum Kmita Palat. Belzeń. 1509. Petrus Kmitá de Wiſnic natus ex Stanislao & Catharina Tarnouiæ, vt maximus ſcrutator vitæ ipſius notauit. Hic primos ætatis annos in Germania, & apud Maximilianum Cæſarem in militia & morum cultu exegit, atq; illi ſumme charus fuit, dicit etiam* Cromer: fol: 560. *Venit ad aulam Sigiſmundi I. Regis, vbi proceritate ſtaturæ, oris dignitate, animi magnitudine, dicendi copia & induſtria meruit Marſchalcus Curiæ Regiæ poſt aliquot peractas legationes creari, demum ad Mag. Marſchalcatum Regni euectus,* vt Cromer: fol: 602. *ad cæteros Magiſtratus videlicet Caſtell. Woyniceń. Palatinatum Sendomir. mox ad Cracouień. vnà cum Præfectura Capit. Scepuſień. Premisl. Coleniſq; promotus fuit, imitatus eſt etiam aſſirmante aduerſario, virtutes & fortia facta maiorum in Rempub. & Sereniſſ. Reges declarata & perfuncta. Equeſtrem ordinem ſibi beneuolentia comparauit, fortes viros fouit, doctos amauit, matrimonij honeſtatem ac fidem pudicè ſeruauit, hæreſes execratus eſt, in S. Apoſtolica Catholica fide Romana immobilis permanſit, habuit duas vxores Annam Lucæ de Gorká Caſtell. Poſnanień. & Capit. Maioris Pol. Generalis filiam, qua ſteriliter defuncta ſuperduxit Barbaram filiam Ioannis Herburth Dobromilſki, qua nulla prole relicta ſtirps maſcula in eo terminata eſt, relicto amplissimo patrimonio filiis ex ſororibus Barzijs & Stádnicciis, obijt pridie Cal. Nouem. 1553 Ætat 76. ſepultus cum ſuis maioribus Crac. in Cathedrali. Et quia Familia Kmitarum in Crac: Palat. viguit, poſt mortem ipſius & viget, inde defeciſſe in eo prolem maſculam in Epitaphio, & in Elogijs Padnieuij ſcriptam conijcio, quia ramus procedens in recto à ſtipite arboris Familiæ terminum in ſexu maſculo per ipſum aſſumpſit, at procedentes Kmitæ ab altero ramo ipſis collaterali adhuc germinarunt in benedictione Domini.*

Lubomirſcij *eiuſdem Familiæ cum Kmitis & Stádnicciis, Patrueles autem Lubomirſciorũ ſub armis Drużyná nominatorum, Theodoricus temporibus Nicol. Szydlowiecij Capit. Zatorień. Vicecap. ibidem in Zator A. 1529. è viuis ſublatus & conditus. Sebaſtianus Capit. Sanoceń. Ioachimus Capit. Iaslień. Iudicis Crac. filius, hi duo aulas Sigiſmundi Auguſti, & Stephani Regũ, militiamq; & caſtra quoad vixerunt non deſeruerunt, ex quorum lumbis tres fratres germani in aulis Regum & caſtris verſati. Nicolaus Capit. Tymbarceń. Procopius Wilnæ mortuus, Sixtus Tenutarius Glinniceń. qui reliquit filios tres, Nicol. Canonicũ Crac. virum erudiſſimum & Poëtam non vulgarem. Ioachimum Tenutar. Bukowień. Sixtum Tribunum Crac. qui adhuc in viuis eſt cum deſiderio magnæ expectationis filio, filias itidem 3. Heduigim Alberti Nieniárowſki, Catherinã Petri Iordan conſortes, & Sophiam quæ in Cænobio Zwierzyneceń. cum magna opinione ſanctitatis mortua, ibidem ſepulta quieſcit. Ex ramo verò Stanislaus Vicecapit. Sandeceń. vir militaris, cuius filius Sebaſtianus idem Capit. reliquit filium Chriſtophorum, in exterorum caſtris educatum, hic cum de Patria bene mereri ſtudet immatura morte præuenitur, & in Wiſnic quieſcit.*

Aduertat Lector benignus, quoniam tàm Arma Srzeniáwá cum cruce, quàm ſine cruce eadem appellatione nuncupata ſunt, eſt perdifficile cognoſcere quænam domus ſtumine cum cruce & quæ ſine cruce vtuntur. Quapropter illos ad arma Drużyná notatos videat lector benignus, ſicut etiam hic ſub Srzeniáwá conſideret Drużynios.

Srzenauouij *ab armis qui nuncupantur cum cruce ſtrenuos viros fuiſſe notat* Paproc. in 1. Opere, *ſed qui relicti fuerant erant minorennes. Petrus Regis Stephani Subdapifer, & miles in omni expeditione. Andreas maior domus apud Zborouium Petrum Palat. & General. Crac.*

Tęgoborſcij *in Cracouienſi Palatinatu. Feruidos gerant animos ad profectum vitæ & dignitatis.*

Charzowſcij *in Palat. Crac. & Sendomir. Deſcenderunt etiam ad Palat. Lubl. euſdem ſunt diuiſionis bonorum cum Rupniowſcijs, ſed à bonis Charzowice denominati ſunt. Nicolaus Aulicus Sereniſſ. Regis Sigiſm. 1. Ioannes ſtrenuus miles in expeditione contra Turcas occubuit. Adamus Nicolai filius miles decennio Turcicam captiuitatem paſſus, in Patriam rediens cum Karſka matrimonium tenet, hæres in Charzowice. Gaſpar ex Iárocka progenuit Laurentium, Iacobum, Ioannem & Stanislaum, viros militari præcipuos; ex Laurentio erant filij Stanislaus, qui contra Suecos Ferdinando III. Imper. ſeruiendo miles occubuit & Laurentius, ex Chriſtophoro cum Szypowſka, Adamus, qui in Cecora cum Zolkieuio pugnando in captiuitatem deuenerat, inde ſumptibus patrimonij liberatus cum Barbara Lipſka coniugium tenet hæres in bonis Cichâwa. Albertus Alexander, qui iuuentutem ſuam in aula Ducis in Zbaraż, virilem ætatem in Caſtris Ferdinandi Imperat. conſumpſit, miſſus nuncius in Turciam, pericula à Turcis imminentia Regno, Patriæ denunciauit.*

Szypowſcij *à Bielſcijs de Biała deſcendunt in Crac. Palat. Hieronymus, Chriſtophorus & Sebaſtianus extiterunt Anno* 1553. *vt diuiſiones bonorum declarant. Adamus Canonicus Crac. qui Capellam Muſices ibidem erexit. Sebaſtianus hæres in Szypowice, Szycze, Silbowicze, vir literis & militari clarus, cum Margareta Kwáſniowſka reliquit Ioannem à Biała Szypowſki, qui ornatu literis iuuentute miles cum Zamoyſki tàm extra quàm intra Patriam continuus ſtrenuusq́, tenuit cum Anna à Tagoborze Tagoborſka, quæ cum poſt* 34. *annos ſterilis deceſſiſſet, accepit in conſortem Iſabellam Zaleſka relictam Zielenſcij.*

Przyłęccij, *viri literis, iuriſprudentia atq́ iuris nobilium Regni ornatiſſimi. Marianus poſt deceſſum Sigiſmundi Auguſti corrector iurium,* vt Bielſc. notat fol. 653. *Hermolaus de Przyłęk Aulicus S. R. M. Hieronymus Dapifer Crac. Achacius Secr. R. M. electionem Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Kluſij *in Ruſſia, antiqua & bello clara Familia. Clementem Kluß ſtrenuum militem referunt Hiſtorici.*

Mroczkouij *in Sendomir. Palat.* vt Paproc. notat in 1. Opere, *ſed Bielſc. diuerſorum armorum notat tale cognomen in Regno. Alij ſunt inquit Nałęcij, alij Leſzczyccij, vnde in Hiſtorijs de quibus ſit ſermo iudicare, opere precium erit.*

Gárbowſcij *in Sendomirienſi nobili occcupationi dediti.*

Piſárſcij *in Crac. Palat. Epitaphia in Rudáwá cum cruce Ioannis Rothmagiſtri. Nicolai Piſárſki cum filijs Ioanne Rothmag. & Stanislao* 1570. *Eiuſdem quoq́ Stanislai filij ibidem depoſiti ſunt. Ioannes & Stanislaus Achacius de Piſáry Piſárſki, electionem Sareniſſ. Vladisl. IV. ſubſcripſit.*

Ora:

Oraczewſcij, *in Caliſienſi & Cracouienſi Palatinatu. Petrus Oraczowſki vir iudicio, facundia, & probitate omnibus amabilis, ad Tribunalitia & Comitia Regni ſæpius nuncius fuit, cum Eliſabeth Vlenſka reliquit prolem. Stanislaus de Przybyſławice Deputatus ad Iudicia in electione Sereniſſ. Vladisl. IV. cum Stephano electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Lubowiccij *in Gneſnen. diſtrictu, hæredes in Lubowice, Familia clara virtutibus & meritis. Ioannes eximius miles & Vexillifer ad Chocinum. Petrus in obſidione Smolenſciana anteſignanus Præfectus, ibidem diem vltimum clauſit, ſucceſſit illi frater Venceslaus eximius bellator in Moſchouia. Paulus militando in captiuitatem Turcicam deuenit, liberatus obijt in Patria. Ioannes Franciſcus Secr. Sereniſſ. Regis Vladislai IV. & Aulicus Caroli Principis Plocenſis Antiſtitis. Alij illorum Notarij & Iudices Terræ Nakielſc. fuerant. Alij viri ſpirituales Canonici & Præpoſiti extiterunt. Alij Camerarij Principum & Sereniſſ. Regum, virtute iter ad honores meruerunt.*

Kozlatkowſcij *in Syradienſi Palatinatu. Honeſto atq; fidelitate deducunt ſeruantq; Familiæ honorem.*

Poniatowſcij *in Syradienſi Palatinatu. Dauid Cuſtos Gneſnen. Poſnanienſis, Cruſuicenſis Canonicus, Epitaphium Gneſnæ 1550. Adamus & Matthias Poniatowſcij, electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Stráchánowſcij, *in Syradienſi Palatinatu. Dies & hora ſunt, quæ exaltant & deprimunt homines. Dant fortunam & adferunt cladem. Det nobis Dominus bonam diem & horam.*

Bielenſcij *ibidem, quia è variis ſumendum eſt optimum, ideò illi elegerunt Regibus præſtare obſequia.*

Borysławſcij *ibidem. Sunt quoq; alij armorum Rożycz,* vt Bielſc. notat fol: 469.

Kurzewſcij, *in Caliſienſi Palatinatu.*

Sádlowij *de Zbludowice. Thomas Sádło 1504. Hunc Acta referunt.*

Młowſcij *in Cracouienſi.* Rozembarſcij. Porębſcij, *ad Szacz.*

Bierouij *in Crac. ex quibus Stanislaus Bier Camerar. Terreſtris Crac. Anno 1584.*

Lidaida, *qui tempore vnionis ſuſcepit talia arma à Regno in M. D. Lithu.*

Charaymouij, *viri belli & pacis tempore in Ducatu illo proficui.*


Rachozij, *erat vnus Cancell. M. D. Lit. Vaſilius Vexillifer Curiæ M. D. Lit: Eius frater Iudex Terræ Minſcen: cuius filius Demetrius eximius miles. Gabriel Rachoza ex Palat. Minſcenſi, electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſit, erat Archimandrita Kyiouienſis vnus illorum.*

Skinderij *in Luceorienſi diſtrictu. Skinder Notarius Lidenſis,* Ianuſouius in Statuto folio 361.

Amfor *in Minſcenſi Palatinatu. Michael vir militaris.*

SZTERN-

SZTERNBERK Alias SZTEMBERG



DELINEATIO.

EST ſtella cum octo radijs aurea in medio clypei cæleſtini coloris. Super coronam pauonis cauda. *Ita Paproc. in primo Opere, Herburtus in Stemmatibus.*

ORIGO.

D*Lugoſſus ſub Anno* 1241. *ita refert:* Morauiam dum vaſtat Batty nullo obſtante & Rege Bohemiæ Venceſlao ſeſe in loco tuto continente ad Olomucz ſtatiua poſuit. Dux Tartarorum genere & armis apud illos magnus ad mænia vrbis proceſsit, & à militibus Morauianis captus fuit, ei qui eum captiuauit pro inſigni data eſt ſtella, & caſtrum Stemberg, à Venceſlao Bohemiæ Rege. *Bielſc. fol:* 168. Petam fuiſſe prænominatum Ducem Tartarorum affirmat, verùm *Cromer. lib:* 8. *fol:* 143. Petam per Sileſiam & Morauiam in Vngariam ad Batty & Kaydanum veniſſe notauit. Alius igitur Dux ad Olomucz captus, & alius fortè fuit etiam occiſus, ideo *Dlugoſſus* captum Tartarorum Ducem, & *Bielſcius* occiſum aſſeruit.

REGIBVS IN VIAM.

QVaſi naturale ſibi lemma omnis ſtella fert: *Monſtrat Regibus viam.* Auroram namque ita ſtella illuſtrat, vt præiſſe ſolem dicatur. Me hercule ſi Primates Regni ſuis Regibus monſtrant viam in bello, in tumultu ſedando, habebit pacem Regnum ex omni parte in circuitu, *ſicut 4. Reg cap. 5. dicitur.* Crater ſydus inter defectiones maiorum ſyderum oritur, *dicunt Aſtrologi.* Quapropter ſubſcribunt huic ſtellæ, ſicut Petra Santa in Symbolis habet: *Inter eclipſes orior.* Ita ſi cum Rege vnica virtute, Senatus, Reſpublica, Populuſque in hoſtes mittit liberas manus, ex multis periculis facili modo erumpent, pacemque conciliabunt. Cùm ludos Circenſes Romæ Appolini reddebat nobilitas, adferunt noua triſtia ad choros ludentium. Annibal cum exercitu hoſtiliter in Romana properat, ſoluunt ludos, ceſſant pergere circulos, vnus verò ſenum vt omnes abire videt, non deſijt ducere choros quoadvſque redirent in theatrum ad ſacra Appolinaria. Quod vbi nobilitas populuſque vidit, acclamauit; *Salua res, ſaltat ſenex.* Profectò

ſalua


ſalua res erit, ſi Regibus, Regni magnates erunt in viam, ſalutem, conſilium, fortitudinem, ſtabit namque in æuum talis Reſpublica, & ſenes læti ducent dies nouos: Senibus enim licet corpus annis infirmum, ingenium tamen ſapientia validum eſt, *dicebat Salluſtius.* Ideò bono fama & gloria Patria viſa ſenex ſaltabit in gaudio: vbi vero diſcordes, Rex & Senatus, Reſpublica & populus, Clerus & nobilitas, omnia in peſſum, cuncta in ruinam, plurima in nihilum verti, neceſſe eſt. Plutarchus in Pirrho clariſsimè id declarauit dicendo: *Pirrhus Epirotarum Rex cum Aquila ab omnibus vocaretur ob magnitudinem victoriarum.* Reſpondebat: *Aquila ſi ego ſum? vos alæ meæ eſtis.* Quaſi diceret: Ille tantuſque ſum, quem qualemque vos me eſſe, audacia, fortitudine, fidelitateque veſtra exoptaſtis, ſed ſine vobis ſum vt aquila ſine plumis. Habuit hanc virtutis gratiam parens armorum Stemberg, monſtrauit Regibus viam: Cùm enim Rex in tutis locis caſtriſque ob ingentem Tartarorum exercitum ſeſe contineret, è medio obſeſſorum in vrbe contra hoſtem obſeſsis inſidiantem proceſsit & viam Regi monſtrauit. Hinc arma & arx. Hinc requies certa ſuorum laborum.

LINEA STEMBERGIORVM.

S*Temberg, cui caſtrum eiuſmodi appellationis collatum fuerat, ſub Olomucienſi obſidione dum Tartarorum primatem excurſione facta & ciuitate in captiuitatem reduxit, circa Annum 1241. Zdenko Stemberg Burgrabius Pragenſis, legatus ad Sereniſſimum Regem Caſimirum Iagellonicum, a tota nobilitate Bohemorum, vt ipſorum Rex fieri non dedignetur.* Bielſcius ſub Anno 1467. *Erat quoq; Canonicus Cracouienſis Stemberg, ſicut Epitaphium Cracouiæ in arce dicit Anno 1527. Stembergouios in Sendomirienſi Palatinatu adnotauit* Paprocius in 2. Opere.

Gorſcij *in Maſouia, in Varſauień.* Wolſcij *ibidem.*

SZTEMBERG Secundò.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſtella cum ſex radijs, qualia arma inueniuntur inter Romanam nobilitatem, cuius coloris & quæ nobilitas eiſdem vteretur, conſule ſub ſtellis *Petra Santam in Stemmatibus.* Arma talia Sztemberg ſecundò dixi, non ob augmentum vel detrimentum aliquod ab armis Stemberg, quæ radios octo in ſua ſtella exprimunt, ſed quia plurimi pinxerunt arma Sztemberg ſtellam cum ſex radijs. Excludendo igitur errorem pictorum, & differentiam in Regno armorum ſtel-

rum ſtellæ cum octo radijs à ſtella cum radijs ſex oſtendendo, Sztemberg ſecundò iuxta aliquorum opinionem qui nullam putant in hoc differentiam ſed ſolummodò ſtellam reſpiciunt poſuimus. Arma enim Sztemberg primò & iuxta veritatem Anno 1241. ad Olomucium acquiſita fuerunt. Arma verò Sztemberg ſecundò & opinata, introducta fuerunt ex Roma per Ioannem Baptiſtam Romanum Epiſcopum Cruſuicienſem ordine ſextum, qui præſuit illi Eccleſiæ annis quindecim, Anno 1082. De quo conſule vitas Cruſuicienſium, & Vladislauienſium Epiſcoporum, ita de illo habet:

Cruſuicias, ſacra dat Præſul Baptiſta, per oras
Gregorius vigil his inuigilare iubet.
Romulea natu celebris de ſanguine gentis,
Pallas huic roſeum ſparſerat ore decus.
Spiritus irradiat ſuperis, Eccleſia chari.
Paſtoris cineres Cruſuicienſis habet.

INTER SYDERA SYDVS.

DOctiſsimi Aſtrologi non immodicam inter ſydera ponunt differentiam. Aliquas etenim ſtellas errantes, aliquas ſtellas fixas, aliquas Polares vocauêre. Quibus omnibus ſtellis quametſi adſcribere ſigillatim liceat inter ſydera ſydus cum omnes certam influentiam tribuant terræ & cæleſtibus, nec impartitum ſibi à ſole lumen negant miniſtrare ſublunaribus, attamen talis tituli virtus ſtellæ Polari, primario conueniet. Illæ namque ſtellæ ſeptem, à quibus ſeptemtrionalis regio defert nomen, quas Polares vocamus, non ita influentiam agunt terrenam vt terræ adhæreant, ſed cum hoc ipſi attendunt polo nec mouentur niſi circa polum. Hinc de Polaribus ſtellis dicere fauor & veritas erit: *Monſtrant Regibus viam.* Arma hæc, ſtella aurea in campo cæleſtino radicata eſt, *inter Sydera ſydus.* Nam inter feruidos & valentes milites Rothmagiſtros & Tribunos Caſtrenſes, vnus parens horum armorum, factus eſt vir virorum & ſpeculum fortiſsimorum. Eſt ſtella hæc monſtrans Regibus viam: quia nedum protexit Regem Bohemorum Venceslaum, & ad Regnum illi iter demonſtrauit, ſed etiam Regibus Bathy, Caydano, & alijs potentiæ Tartaricæ Satrapis, viam abeundi à Morauia, Sileſia, & Bohemia, & citatis itineribus, vt gnomon minaci motu inſibillauit: *Tanquam ſepulchrum timuit Bathy Olomucium.* Eandem vobis fulgoris ſpeciem ominabor, ô Illuſtriſsimi protectores Familiæ horum armorum, vt ſitis inter ſydera ſydus, nam contemplata poſteritate ex his armis, quæ tàm titulo fortiorum, quàm deuotorum à Politicis inſignitur, hæc eſt intentio eorum fuitque, ſit aliorum ſeruire Deo, noſtrum adhærere. Vndè illorum Echo ſemper ad cultum fuit ceu virorum. Iuſtitiam omnium virtutum matrem, nutricem, cuſtodem, inuito & prouoco, illarum verò vt matronarum echo ſpargebatur. Dones Domine vt lucifer in corde exoriatur.

Si ali-

Si aliquis vtatur prædictis Armis in Regno, præter prænominatum Illuſtriſſimum & Reuerendiſſimum D. Epiſcopum Cruſuicienſem, habebunt anſam optimè merendi in Patria.

STRZEGONIA Alias STREGOMIA, ET KOSCIESSA.

IAM in Tomo Primo Delineationem & Originem armorum poſuimus, quapropter remittimus benignum Lectorem. Modò aliquot Familias adiungemus, alias verò latiùs declarabimus.

Chodkieuicij *in M. D. Lith. de quibus licet dixerimus in armis Koſcieſſa & Chodkiewicz, hic tamen arborem veram ponemus. Iuanus ſeu Ioannes Chodkiewicz, Palat. Vitepſcenſis, Sereniſſ. Regis Caſimiri Exercituum Dux in Bohemiam Anno* 1454. *cuius frater patruelis erat Alexander Chodkiewicz Palat. Nowogrodenſis: quapropter ab vtriſq; lineam Familiæ deducemus. In Comitiis Chrodlenſibus, vbi ad arma nobilitatis Polonæ recipiebantur nobiles M. D. Lith. Anno* 1413. *Chódkiewicz nominatur ſed nomen non ponitur,* vide Bielſcium fol: 313. *clarum tamen eſt fuiſſe Iuani vel parentem vel patruum. Ex Iuano Palatino Vitepſcenſi natus eſt Hieronymus Chodkiewicz Caſtell. Vilnenſis, Exercituum M. D. Lit. Dux, Orator ad Chriſtianiſſimum Imperatorem, Comitis dignitatem in Sklow & Myß obtinuit, Liuoniam poſt defendit, Moſchorum* 50. *millia vno prælio deuicit. Floruit tempore Sigiſmundi Augusti, reliquit duos filios, Georgium & Ioannem, Hieronymum Caſtell. Vilnen. Marſchalcum M. D. Lit. & Ducem Exercituum, qui magnis laboribus auxit togæ ſagiq; decus. Ad Sixtum IV. Pont. Max. erat legatus, reliquit Ioannem Caſtell. Vilneń. Samogitiæ Capitaneum, qui Liuoniam ſibi commiſſam dexterè & cum gloria Patriæ gubernauit, reliquit tres filios, Hieronymum qui ſterilis deceſſit, Alexandrum Palat. Trocenſem, Capitaneum Boryſſouień. Fundatorem Ord. Prædic. in Alba Ruſſia, ex quo erant filius primus Felicianus & Euphroſina Procopij Sieniáwſki conſors, ex qua nunc vnicus Sieniáwſki Hieronymus eſt, qui cum Potocka Palatini Podoliæ filia tenet matrimonium. Ioannes Carolus Chodkiewicz frater Alexandri Palat. Vilneń. & Magnus D. Exercituum Lit. & ad Chotinum contra Oſmanum Turcarum Imp. habuit filium Alexandrum & filiam conſortem Sapihæ M. D. Lit. Marſch. ſed iam hæc ex Iuano familia periodum accepit Familiæ. Alexandri verò Chodkiewicz Palatini Nowogrodeń. filij Hreborius Caſtell. Vilneń. Exercituum Dux M. D. Lit. & Georgius Caſtell. Trocenſis. Ex Hreborio filij erant Alexander Capit. Grodnenſis, & Iaroſius ſeu Hieronymus M. D. Lit: Subdapifer. Georgij autem filij erant Conſtantinus qui ſteriliter deceſſit. Georgius qui ſine prole finiuit vitam, & Hieronymus Caſtell. Vilneń. Capit. Breſtenſis, bellator con-*


tinuus & plenus amicorum ob beneuolentiam & humanitatem plauſibilem optimis ciuibus. Reliquit Chriſtophorum qui nunc per plurimos dignitatis gradus Palatinus eſt Vilnenſis, vir pietate, beneuolentia, largitate & militaris ſcientiæ notitia incomparabilis, eius germanus frater Ioannes M. D. Lit: Subdapifer. Extant ex Chriſtophoro Palatino Vilnen. filij tres ex Kiſzczanká progeniti. Ioannes Præfectus Regij Stabuli in M. D. Lit. Chriſtophorus & Hieronymus, qui dignitate maximè fulgentem armis & virtute familiam, Caſtris, Senatu, Titulis, virtute, pietate, religione propagabunt, illuſtrabunt, reſeruabunt, atq́ laboribus in Patria feſſi, vitam immortalitate conſecrabunt.

Rákowſcij *de Rakow in Viſcenſi Terra, Ex his Stanislaus & Georgius domicilia ſua in Pruſſia conſtituerunt propè Raſtemborgum in bonis Puſtniki, vt priuilegia in Ziburk inducta latius habent. Georgius verò in Epiſcopatu Varmienſi in bonis Pudlak reſidet, reliquit iſte Ioannem & Gaſparum, ille reliquit Adamum Parochum, & Bartholomeum militem, qui in Polocenſi Palatinatu conſtituit ſua domicilia. Gaſpar verò filios habuit Ioannem militem cum Sapiha in Moſchouia, qui poſt Presbyter factus, & Iacobum hæredem in Pudlak, reliquit filium Petrum militem in Liuonia cum Ferensbecho, ſed poſtmodum Presbyter factus.*

Stániſláwſcij *ijdem quod Rákowſcij, ſed à Stanislao vocati poſtmodū Stániſtáwſcij.*

Pudlinſcij, *ijdem quod Rákowſcij, ſed à bonis Pudlak cognominati Pudlinſcij.*

SWIENCZYC.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt cruces duæ in vna linea coloris albi in campo cæleſtino, tres pennæ Strutij ſuper coronam. Antiqua ſunt hæc arma in Polonia à primis fortè Catholicis ſuſcepta, vel ex ſpolijs Cruciferorum conceſſa, quomodo etiam in armis M. D. Lit. conſpiciuntur. Videmus hæc arma in *Bielſcio fol:* 242. ad effigiem Sereniſſ. Regis Ludouici Hungariæ, Poloniæ, & Dalmatiæ Regis, & aliorum ſuperiorum Regum, etiam in ciuitate Korczyn in arce & in Ecleſia PP. Franciſcanorum in antiquis feneſtris conſpiciuntur. Vocata verò Swienczyc quia ſunt cruces, vel quia ſunt à militibus religio-

religioſis, demùm in vnione M. D. Lit. cum Regno in Hrodlo 1413. eadem arma à nobili Lituania ſuſcepta ſunt, vnde in Lituania, & in Volhynia nobiles eiuſdem vtuntur armis.

NIL SINE DEO.

IN ſymbolum & notam ingenij quidam aſſumpſerat ſpheram Aſtrologicam quam manus hominis è cælo tenebat, & ſuppoſuit: *Nil ſine Deo.* Maximè laudabilis doctrina, de illa enim Eccleſ. 10. *Vtilem Rectorem ſuſcitabit tempus.* In quæ verba S. Chryſoſt. Hom: 22. in Gen. *Quando apud homines deſperatum eſt, tunc potentiam & ſapientiam ſuam Deus declarat.* Arma præſentia nobilium dum inſpicio, & video cruces ſalutares, à magnis bellatoribus honoratas, & à ſummis Ducibus altè obſeruatas, dicere potero: *Nil ſine Deo.* Imò addere licebit: *Omnia vana & nihil ſunt ſine Deo.* Hinc D. Auguſtinus in Pſal. 103. *Totus ſplendor generis humani, honores, poteſtates, diuitiæ, tumor, & flos feni eſt.* Quapropter Anacharſi Philoſopho conſideranti Athenas quidam Græcorum dixit: *Vidiſti Solonem?* Reſpondit: *Ita.* Et ille: *Omnia iam viſo Solone conſpexiſti, hoc ſunt Athenæ, hoc ipſa Græcia.* Si ergò vnus homo tota pulchritudo Græciæ & honos, profectò vnus Deus, bonum, pulchrum, æternum omnibus, & ſine illo nil homo, nil omne eſt quicquid eſt, ſed hæc ſurdo narratur vt fabula. Reintegrat enim illorum intentum Pſaltes 13. *Dixit in corde ſuo non eſt Deus, corrupti ſunt & abominabiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt ad vnum.* Hinc vnus Scriptorũ:

Rarus amoris amor, virtutis nullus amator,
In pretio pretium nunc in honore honos eſt.
Diuitiæ præſtant, emitur pecunia nummis,
Et ſua iam virtus, præmia vilis emit.

Habeo tamen de eiſdem armis in Volhynia, qui conſideratis rebus vt inſpexit nil eſſe & poſſe mundum ſine Deo, relicto ſchyſmate cum Deo & Eccleſia ſancta Romana eſſe voluit, ſecuti exemplum illius vxor & fratres, vnâ cum filijs. Et dicunt: *Si Camillo manente Roma capi non potuit, iam fide vera in cordibus noſtris regnante, Deus nobiſcum erit.* Hunc dico Adamum Korczewski, qui bonorum ſuorum hæredem Saluatorem Chriſtum, & S. Dominicum conſtituit ac fundauit in Grodek Conuentum Prædicatorum. Viue igitur Eccleſiæ quam adamaſti, Familiæ quam adornaſti, viue Ordinum amori, Heroum votis, poſterorum exemplo.

LINEA FAMILIÆ ARMORVM SWIENCZYC.

ANtiquiſſimæ Familiæ vtebantur his armis, ſed in Regno iam fortè non ſuperſunt, quapropter in Scriptoribus non nominantur. In alijs tamen partibus Regni extant, qui eiuſmodi armis inſigniunt Familias.

Korczewſcij *in Palat. Kijouienſi, & in M. D. Lith.* *Iuanus, qui ex M. D. Lith.*

Lith. in Volhyniam & Podleſiam venit, eximius ſtrenuuſq́ miles, qui pro benè meritis certas accepit poſſeſſiones, in quibus erexit oppidum Gredek, dictum modò Adamgrodek. Adamus, qui à ſchyſmate ad gremium Eccleſiæ S. rediit, militaribus diſciplinis præclarus, cum Chriſtina Modliſſewſka tenet vinculum matrimonij, fundarunt in oppido Adamgrod nunc nuncupato Ordinem Sacrum Prædicatorum. Iuanus patruus Adami hæres in Polownia & Biezow, ex Anaſtaſia Stáwecka ſuſcepit Alexandrum militem, qui poſtmodum cum Stecka tenet matrimonium, & hic vná cum vxore ad Fidem Catholicam venit. Martinus & Abraham milites eximij, germani fratres ipſius. Ioannes à Lwowck Præpoſitus Miechouienſis, vtebatur eiſdem armis, ſed magis religionis gratiá quàm nobilitatis.

S W I E R C Z E K.



DELINEATIO.

EST litera maiuſcula N. cuius linea media tranſuerſa in medio literam C continet, in campo cæleſtino, aurea arma. Super coronam, in galea tres pennæ Struthionis.

ORIGO.

EX Græcia originem aſsignant. Quapropter quid ſint, & ex quibus compoſita ſint, & qua de ratione ſic compoſita, difficilis eſt ratio cognitionis. In Regno verò Poloniæ iam antiqua, nam illorum *meminit Dlugoſſus*, & viros fuiſſe pacificos ſub his armis adnotabat. Militem verò in Polonia *Swierczek* nuncupatum fuiſſe primum qui his armis vtebatur, à quo & clara, & potens Familia poſtmodum in Ruſsia proceſsit, Iázlowiecciorum inſcriptiones & monumenta in illorum arce propugnatoria, conſortes, de hac Familia magnorum virorum efferunt.

VIRTVTIS MERCES.

DEcantatum pluribus eſt: *Mercedem virtutis eſſe honorem.* Non enim authoritati ſed meritis ipſis tribuitur. Vnde Demoſthenes Olypth. 2. *Quanto quis plura & grauiora ſupra dignitatem conditionemq́ ſuam fecit, tantò apud omnes admirabilior exiſtimatur.* Iuliano nondum Imperatori, ſed optimo Patriæ defenſori Socrates in Hiſtoria Eccleſiaſtica finxit in triumpho eiuſ

pho eiuſmodi figuram. Duas columnas decenter erectas & ornatas extulit, a quarum cacuminibus pendebat ſericea corda tenens coronam lauream, quæ vt veniebat Iulianus ſubito rupta demiſit coronā in caput Iuliani, quod vbi conſpexit populus, acclamauit: *Imperator futurus.* Eandem triumphalem formam victores ad Delphos, & Marius triumphator de Cimbris antè detulerat, vnde Iuuenalis: *Nobilis ornetur lauro collega ſecunda.* Quaſi dicerent: *Virtutis merces corona.* Præſentia arma nobilitatis dum perſpicio, inter duas columnas video coronam, mediam quidem; ſed quia ex literis conſtāt hæc arma, iam hæc litera C Cidarim & coronam ſignificabit. Quaſi innueret: *Ferunt hæc arma non medium meritum, nec medium præmium. ſed totum & plenum.* Significant enim coronam omnium honorum, de Lauro, de Mirto, de Oliua, de Cedro, quales ſcilicet deferebant: Cæſar, Papirius, Marius, & alij antiqui triumphatores. Tunc enim pulchra ſunt munimenta, cùm ea vir fortis tuetur. At vnum vobis hæc arma tacitè dicunt: Corona hæc licet coronam ſignificet integra, re tamen ipſa media eſt. Res autem & ſignificatum, vt inter ſe differunt, ita diſtincta quoque ſignificant, omnis autem ſignificationis fundamentum res eſt, ſi ergò res eſt media, hoc eſt, ſi corona eſt media, ſignificabit rem mediam & coronam mediam, quod profectò decrementum præſagit. Quocirca ne decreſcat Familia veſtra, tria vobis ſeruanda manent, Fides, Virtus, Fortitudo. De Fide ipſe dicit Apoſtolus: *Sine fide impoſſibile eſt placere Deo, Deus autem quia vnus eſt, vna quoq; de illo fides eſt.* De Virtute etiam Demoſthenes, & alieni ab Eccleſia docuerunt: *Ciuitas pro ſaxis ac mænibus incolentium virtute munienda eſt, quos ſi iungat concordia, nullus poteſt eſſe murus inexpugnabilior.* De Fortitudine aliquis dicebat: *Maieſtas dignitaſq; regia, non veſtium ſplendore, ſed prudentia ac fortitudine paranda eſt.* Gladius enim fortitudinis organum eſt, puta honoris, fælicitatis, diuitiarum, & gloriæ perennis.

LINEA FAMILIÆ SWIERCZEK.

SWiercz, *in Podolia, & Ruſſia clara quondam domus, ex quibus magni bellatoris Iázłowieccij erat conſors, vt aliena à Fide, in arce in Capella vna cum marito ſepulta eſt Iázłouecia.*

Kijewſcij, *in Poſnanienſi Palatinatu.*
Rádźiewſcii, *ibidem.*
Kráykowſcij, *ibidem.*

SCEPTRA

S C E P T R A.



DELINEATIO & ORIGO.

SVNT duo ſceptra regalia in crucem diſpoſita, coloris aurei in campo ſaphirino. Talia arma Sereniſſ. Rex Vladiſlaus Iagello contulit Academiæ Cracouienſi, Anno 1401.

PARENS VIRTVTVM.

ENarrat Beroſus, quod Noe poſt diluuium aſſumpſerit in arma ſua duas claues in medum crucis diſpoſitas, per quorum medium erat ſceptrum regale. Innuebat vt exiſtimo nouam & ſalutarem diſciplinam ad exercitium virtutum relictæ genti & ſucceſſoribus illorum. Dicebat enim in hoc ſecreto: Tenuit homo clauem ad cælum in paradiſo, nam transferri debuit lege diuina in cælum; amiſit clauem & poteſtatem, dùm eiectus ex paradiſo exul factus in maledicto opere ſuo, & quia oblitus pænæ iterum peccauit Domino ſubſequens homo, ſoluit Catharacta cæli Dominus, & diluuio viuentia cum homine deleuit, atque ita ô heu ſenſit clauem ad inferos. Propoſuit ergò iterum Noe nouam & ſalutarem diſciplinam, ad conſequendum cælum & fugiendum inferos, Crucem ex clauibus conſtantem Petri ſcilicet & Chriſti, ſic namq́ue durat ſceptrum in terris & conſequitur cælum à prædeſtinatis. Idem quoq́; docebat Sem: Nam ex claue & ſceptro formata cruce in ſuæ dignitatis gentilicia innuebat omne bonum, æternum, & ſanctum ex diſciplina crucis manere. Arma præſentia Academiæ Cracouienſis doctiſsimæ, & Sanctorum virorum reſplendentis gloria dum intueor, Parentes eſſe fuiſſeq́; virtutum ſine hæſitatione aſſero. Nedum quia Sereniſsimi Regis Vladislai Iagellonis hoc primum vltimumq́ue fuerat fundationis Academiæ intentum, vt parentes virtutem plantantes in cordibus paruulorùm fierent. Sed quia virtutum ſeminator Deus, illos non ad diuerſum negotium diſpoſuit. Ericus XIV. Rex Vandalorum & Suetiæ ad ſceptrum addiderat ſcriptum: *Deus dat cui vult.* Cùm ergò Dominus Academiæ ſceptra conceſſerit, quia voluit illis dedit. Dedit verò vt parens virtutum fieret nominareturq́ue. Neque alia intentione Heduigis Regina Sereniſsima teſtamento legauerat ædificandam Academiam Cracouienſem, quam vt virtutis, pietatis, iuſtitiæ ſit perpetua parens & Domina.

Audite hanc thalamo nobiliore ſati,
Doctrina in quouis pulchra eſt. ſed pulchrior ipſa
In vobis: armat Martis vt Artis honos.

Eandem

Eandem Academiam Cracouienſem totus Equeſtris ordo electi Regi Pol. Henrico inter conditiones poſuerat, vt eam reſtauraret, & proprio ſumptu viros doctos conſeruaret, *Bielſc. fol: 698.*

VIRORVM ACADEMICORVM NVMERVS AVREVS.

Beatus Ioannes Cantius Magiſter in Academia Cracouienſi & S. Th. D.

B. Simon de Lipnica Ord. PP. Bernard. Bacc.

B. Michael Gedroc, Ord. B. M. V. de Metro Bacc.

B. Stanisl. de Horzis, Magiſter Acad. Crac 1450.

Beatus Marianus de Iežiorko, Art. Bacc 1491.

Beatus Martinus Ieſſowic Patrum Excalceatorum in Italia miraculis claret Baccalaure9.

Beatus Stanislaus Caſimiritanus, ad Ædes Corporis Chriſti.

Beatus Elias ad Sanctam Catharinam laureis Academicis inſigniti.

Nicolaus Tęczynſki Pal. t. Ruſſ. Baccal. 1453.

Sbigneus Oleſnicki Cardin. Epiſc. Cracouień. Magiſter 1455.

Ioannes Tęczynſki Caſtell. Crac. Magiſter 1456.

Gabriel Tęczynſki, miles egregius cum Adalberto Rege Baccalaureus.

Andreas Roſa Archiepiſ. Gneſn. Magiſter 1458.

Ioannes Lubrańſki Epiſcop. Poſnanień. armorum Godžiamba. Magiſter 1478.

Iacobus Ligęza Pulkozicius de Bobrek, Caſtell. Wynicień. Magiſter Philoſoph. 1491.

Bartholomeus Samotulſki Nałęcz Bacc. 1463.

Achacius Iordan de Zakliczyn armorum Traby Baccalaureus 1506.

Stanislaus Ozyus Cardin. S. R. E. Epiſcopus Varmienſis. Baccalaureus 1521.

Martinus Cromerus de Biecz, Epiſcopus Varmienſis. Baccalaureus 1530.

Stanislaus de Koroznęcki, armorum Roſa Cancell. Regni, Epiſc. Cracouień. Baccalaureus.

Andreas Oporowſki Sulima Epiſc Vlad. Magiſt.

Petrus Tomicki Lodžia, Procancell. Epiſcopus Poſnanień. Magiſter.

Gregorius Vigilantius Samboritanus S. Th. Profeſſor, Poëtarum Phœnix, vitæ integritate conſpicuus. Hic primus B. Stanislai Koſtcæ vitam eleganti carmine conſcripſit, aliaq; plurima Poëſcos monumenta in Archiuo Acad. reliquit, exitu vitæ mirabilis.

Georgius Myſkowſki Iaſtrzębiec, Magiſter.

Ioannes Ocieſki Iaſtrzebiec Magiſter Cancell. Regni, & Generalis Cracouienſis.

Iacobus Gorſki I. V. D. Archidiacon. Gneſneń. Cracouienſis Plocenſiſq; Canonicus. Archipresb. Cracouienſis. Plebanus Toruneń. Procancell. Vniuerſitatis, armorum Szeliga.

Stanislaus Sokolowſki S. Th. D. Prapoſitus S. Floriani, Canonicus Cracouień. Warſauień. Concionator S. R M. armorum Gozdawa.

Albertus Wędrogouius Philoſophus & Orator inſignis. armorum Trzaſká

Ioſeph. Vrzendouius, Princeps facilè in Philoſophia.

Stanislaus Kurzelouius, Profeſſ. Acad Med D.

Petrus Slouacius, Medic. Doctor.

Martinus Foxius, Phyſicus Medic Doctor.

Stanislaus Mieſkowſki. Gallus Chraplewſki.

Martinus Viazdouius.

Ioannes Srzemienſis Concionator Eccl. Cathed.

Iacobus Karuminus Canonic. Gneſnenſis.

Baſilius Fabricius, Græcus & Poëta.

Mathias Wlemirſki, Magiſter.

Nicolaus Koczowſki, Magiſter.

Gaſpar Celindrinus Mathem. & Hiſtoricus M.

Martinus Slachcinſki Philoſ & Poëta. Magiſt.

Stanislaus Zawácki eloquentia vir inſignis, ob ingenij acumen circa promotionem cognominatus Picus, Phyſicus, Medicus, Conſul Cracouienſis & Profeſſor in Academia multis vicibus ſimul Rector Vniuerſitatis & Proconſul Ciuitatis, ob eloquij ſuauitatem Regi Stephano quem in primo illius in Regiam vrbem Cracouiam ingreſſu nomine Ciuitatis & Academiæ ſalutauerat admirandus fuit.

Ioannes Ceruinus in Academia Cracouienſi, primùm laurea Philoſophica decoratus, poſtea Franciſcanorum Conuentualium ſodalitati adſcriptus, in Diuinis ſcripturis ad ſtuporem eruditus. In eadem Religione Adamus Piſáren. Magiſter Artium, integritate vitæ fuit alijs exemplo, Religioni verò ſua eruditione ornamento.

Petrus Skarga in Academia Cracouien. laurea Philoſophica ornatus. Collegio Canonicorũ Leopolien. ſimul cum munere Concionatoris Ordinarij adſcriptus, poſtea in Soc. Ieſu cooptatus. quam ſanctitatis exemplo doctrina, & preſtantis ingenij monumentis in lucem editis mirum in modũ illaſtrauit, apud Sereniſſimum Regem Sigiſmundum III officio Concionatoris per annos pluſquàm viginti functus eſt, vſq; ad vltimam ſuam decrepitam ætatem. Hic in vita S. Cantij non exiguum virorum Acad. ſui æui recenſet Catalogum ad quem te Lector remitto.

Stanislaus Batkouius. Doctor Theologiæ, Canonic. Crac. Fuit ipſi curæ ſtudioſæ iuuentutis diſciplina & cæleſtium rerum contemplatio.

Martinus Plocenſis eximius Theolog. facundiſſimus Orator, Concionator celeberrimus doctrina ſua Acad. vt Luna noctẽ illuminans.

Andreas Schoneus D. Th. quam vltra viginti annos in Acad. magna cum laude & Auditorum frequentia profeſſus eſt.

Adamus Falecki Theologiæ D. Præpoſitus ad ædes SS. Omnium Cracouiæ.

Ioannes Clobucius Theolog. Philoſ. & Hiſtoric.

Simon Halicius Orator diſertiſſimus & Philoſophus Theologuſq; acutiſſimus, qui omnem ſuam Bibliothecam librorum copia refertiſſimam diuerſis Religioſorum Cænobijs, & inter eos Cænobij Cracouien. SS Trinit. teſtamento legauit primus Orator Tulicianus.

Petrus Gorcinius I.V. D. Canonicus Eccleſ. Cathedr. Crac. qui 15. vicibus Rector Academiæ feliciter præfuit.

Hieronymus Gorecius I.V.D. Præpoſitus ad S. Annam Crac. à ſapientiſſimis viris Romæ oraculum Lechi propter eruditionẽ & vim ingenij ac memoriæ facilitatẽ appellat9 fuit.

Simon Sirenius Medicinæ D. qui idcircò potiſſimum, clarum nomen inter Medicos obtinuit, quod in herbarum cognitione excelleret, earumq; virtutes ac proprietates patrio ſermone libro conſcripto & in lucem edito, expreſſas reliquit.

Iacobus Ianidłouius, Philoſophicis diſciplinis excultus peracri ingenio ad Iuris ſtudia conuerſo, arcana illius ſcientiæ tanta celeritate complexus eſt, vt omnibus doctis admirationi eſſet. Doctoris in Iure Romæ inſignibus decoratus eſt.

Valentinus Fontanus Med. D propter artis medendi peritiam omnibus amabilis, propter Mathematicas diſciplinas in quibus excellebat, etiã Sixto V. Pôt. Max. cõmendatus fuit.

Sebaſtianus Petricius Medicinæ Doctor ob eximiam in ea arte peritiam magnam gratiæ & autheritatis locum olim obtinens apud Cardinalem Bernardum Macieiouium, deinde apud Demetrium Moſchorum Principem, eò quod in Mathematicis etiam diſciplinis, atq; ſcriptione librorum diuerſorum excelleret. Eius quoq; filius Ioannes Innocentius Medicinæ Doctor, ad patris laudem & gloriam hiſtoricas lucubrationes meditatus in parte in lucem edidit, ſed morte inuida præuentus perficere non potuit.

Martinus Vadouius Philoſ. & Theolog. inſignis.

Iacobus Nayman I.V. D. celeberrimus, Canonic. Eccl. Cathed. Crac. Archidiac. Pilecen.

Ioannes Foxius I V.D. Archidiaconus Cracou.

Fabianus Bircouius proſa & carmine inſigniter excultus, Græcæ linguæ peritus, multorum diſcipulorum in arte Oratoria in Academia Præceptor, in quo gradu Magiſterij ſuſcepto poſtea mundi honoribus & blanditijs contemptis. FF. Prædicat. religionem ingreſſus, Doctor Theologiæ creatus, & re ipſa Verbi Diuini Prædicator effectus, in Eccleſiaſtem Sereniſſimo tunc Principi, poſtea potentiſſimo Regi Poloniæ Vladiſlao IV. datus ipſum ad Caſtra ſub Chocimum contra Turcam, & poſtea in Moſchouiam ſecutus fuit. Scripſit Poſtillam in anni totius Dominicas & feſtiuitates binos ſermones continentem. ſcripſit & alia multa opuſcula tum latina tum vernacula lingua, quibus ſcriptis & nomen ſuum clarum reddidit, & Religioni ſuæ ornamento fuit.

Ioannes Preclaides, Excellens Orator, S.Th.D.


Ioannes Rybkowic S.Th. D. Præpoſitus ad Sanctam Annam Crac.

Iacobus Piotrowicki Profeſſ. S. Scripturæ in Acad. Crac.

Plura huiuſmodi decora Almæ Acad. Crac. perpetui ſeminarij inſignium virorum, Principũ in Repub. & in Eccleſia Dei habet R. D. Simon Starowolſki Canonic. & Cantor Tarnouien. in Oratione Laudatoria hui9 Acad. ad ipſum remitto benignum Lectorem, ego prolixitatem vitando breuitati ſtudeo.

SYRO-

SYROKOMLA.



DELINEATIO.

SVNT arma Habdank, ſed ex medio excreſcit ſurſum aurea crux, arma ſunt candida, campus ſanguineus. Super coronam eadem arma, *vt Bielſc. & Paproc. in 2. Opere.*

ORIGO.

VEniunt ex additione pro meritis viro militari dicto Syrokomla de armis Abdank, vt *notauit Bielſcius ſol:* 277. Cùm enim inſolenter Pruſsicus miles Vladiſlai Loktek temporibus 1331. prouocaret militem noſtrum in theatrum duelli, atque inter obiurgationes diras Chriſti quoq; nomen & gloriam ignominia repleret, nobilis de armis Habdāk pio motus affectu contra iniquum militem proceſsit, atque dira minantem diris ſuppoſuit manibus. Lætus Rex auream crucem merenti nobili in præmium obtulit, & armis adfixit. Antiquitatem armorum etiam indicat, quod Epiſcopus Plocenſis de his armis Iacobus Anno 1391. fuerit.

GRATIA DEI ET REGIS.

NON immeritò ad crucem erectam in Theatro Impreſſarum Ioannes Ferus appoſuit Chriſtianum dogma: *Pignus diuini amoris.* Ipſe namque Saluator incitando mortalium genus inſtruebat dicens: *Videte ſi eſt dolor ſicut dolor meus.* Summa hæc gratia fuerat Dei, ſummum quoque pignus crux ſancta exiſtit. Hinc D. Auguſt. lib: de Catech. Rud. *Ama amorem illius qui amore tui amoris deſcendit in vterum Virginis, & ibi amorem ſuum amori tuo copulauit.* Arma præſentia dum inſpicio, conſidero crucem, conſidero & militis amorem, conſidero Dei adiutorium & Regis gratiam, & ſubſcribere illis iam licebit: *Gratia Dei & Regis.* Henricus 2. Borbonius Nauarræ Rex, *refert Iacobus Tipotius in ſymbolis* deuoti humiliſque erga Deum animi gratia formauerat ſymbolum literam H, à quatuor partibus ornatam roſis, & addidit legendum: *Gratia Dei ſum id quod ſum. Nil hoc vero veriùs eſt.* Idem & Syrokomla miles armis ſuis exprimit dicens: *Gratia Dei qui inſtruxit manus meas ad pugnam pro fide Chriſti. & gratia Regis qui aurea cruce ſactum celluſtrauit meum, ſum id quod ſum.* Expreſsit gladio & affectu quod

inſtruebat D. Auguſt. *Conſtans & perfectus debet eſſe amor noſter, vt ſi neceſſe fuerit, amore illius moriamur, qui amore noſtri placidè ac benignè mori dignatus eſt.* Placuit in propoſito Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. Scipio Gonzaga Presb. Card. & Patriarcha in Hieruſalem, qui ad crucem in manu imprimere docuerat: *Potiùs mori quàm fidem fallere.* Ait Typotius: *Qui enim Chriſtum confeſſus fuerit coram hominibus, confitebitur eum Pater qui in cælis eſt.* Iuſtinus Imperator ſecreti cuiuſdam gratia in nummis ſuis imprimi decreuit literam M, quam crucibus & ſtellis à lateribus adornauit, cui ſubſcripſit: *Cuius pudet pigeat.* C. Iul. Cæſ. de Num. Rom: Si coniectura placebit decuit, quo vir fit magnus, & quo minimus: *Amore & Pudore.* Amor enim Dei & Patriæ, pudorem, laborem, modum, conſilium non habet; ſed totus ſcopus ſic amantis eſt Chriſtus & Deus: & eo fit magnus, atque illi ſplendores, honores, lumina ſtellæ lucebunt. Minimus verò in Regno & Familia fit, non amore non pudore, vnde Apocalip. *Qui ſordet ſordeſcat adhuc.* Pugnauit ſic D. Martinus amore, pugnauit Themiſtocles pudore, dum Mitridatem humiliter natum triumphantem conſpexit. Refloreat igitur in poſteritate Parentis Syrokomlæ meritum & militia accedere præmium, Gratia Dei & Regis, non ſegniter incipiet. Igitur itote per annos ſeculaque & priſcæ titulos præcedite famæ.

LINEA FAMILIÆ SYROKOMLARVM.

Syrokomla *miles egregius, cui primùm talia arma collata fuerunt Anno* 1331. *ſicut in Origine diximus, cui quoniam bona collata quædam fuerunt villam Syrokomla fundauit in Cracouienſi Palat. Florianus miles de Kordwanowo in Crac. & Plocenſi Palatinatibus, floruit circa Annum* 1380. *Iacobus filius Floriani Epiſcop. Plocen. à Bonifacio IX. Papa miſſus ex Doctore Decretorum & Palatij Apoſtolici Auditore creatus,* de illo ſcribit Dlugoſſus, *quòd cum eſſet Parochus Albæ Eccleſiæ propè Cracouiam verſus Ilkuſum, & ſe videret minus idoneum ad curam animarum ob modicam ſcientiam, & non haberet ſubſidia, continuis ſacrificiis obſecrabat Deum & B. Virginem, vt ſuis votis in acquirenda ſcientia annuere dignaretur. Accidit vt oranti media die in Eccleſia ſolo marſupium pecunia plenum ſuper altare appareret, reſerauit, centum marcas groſſorum Pragenſium inuenit, Bononiam iuit, factus Doctor, Palatij Apoſtolici Auditor renunciatur, atq; per Pontif. Max. dum Romæ Epiſc. Plocenſis Mamphiolus deceſſiſſet, promotus fuit. Hic imagines Ieſu Chriſti Saluatoris & duodecim Apoſtolorum ex puro auro theſauro Eccleſiæ Plocenſis intulit, item imagines ſeptuaginta duorum diſcipulorum ex argento puro fabrefactas eidem Eccleſiæ donauit, ornauit aliis multis apparamentis dictam Epiſcopam, ſicut Author Epiſcoporum Plocenſium refert. Obijt* 1425. *poſtquàm rexit Eccleſiam Annis* 29.

Korzekwiccij, *In bello ad Korenouiam inter præcipuos Rothmagiſtros* Dlugoſſus meminit *Zaklicæ Korzekwiccij,* & Bielſc. ſub Anno 1410. fol: 307.

Grochol-

Grocholſcij *de Grocholice, in Sendomir. Palatinatu. Erectores Eccleſiæ & fundatores ibidem leguntur.* Iacobus Grocholski Canonicus Crac. & Andreas fratres germani de Grocholice me fieri fecerunt Anno 1460. *Alij diuiſione bonorum accepta cæperunt notare Familiam ſuam de Grábow ex diſtrictu Radomień. erant enim Nicolai & Stanislai fratrum germanorum bona Grocholice Grábow & Paćiorkowa Wola. Hinc proceſſit quod ob diuiſionem inter ſe bonorum variè cognominati fuerint. Nicolaus Grocholſki, vir iudicio grauis, habuit filios 2. Albertum & Andream, ille contracto matrimonio cum Margaretha Wielogorſka habuit filios Valentinum & Matthæum, qui poſtmodum factus religioſus in Ordine Prædicat. erat Magiſter S. Theologiæ & Prouincialis. filiæ ipſius Szártáwſka & Mákowſka. Andreas vero egregius miles in Podolia, poſt diuerſos bellicos actus cum Eliſabeth Wyzdanká de Rzyczyce ſorore Subiudicis Leopol. vinculum ſacramenti matrimonialis tenuit, & reliquit filios, Stanislaum qui vota reddidit Deo in Ordine Prædicatorum. Ioannem ſtrenuum virum, Ezechielem, qui conſecrauit dies in Domini cælorum negotia, & eſt Theol. Lector inter Prædicat. & in Prouincia Ruſſiæ ipſorum Prouincialis in A.* 1644. *Andream & Chriſtophorum milites, quorum ſoror Lucæ Guzelphij erat conſors. Stanislaus Nicolai frater, ex Barbara de Podchaice Wolſka reliquit Lucam, Andream, Georgium & Ioannem, & ex altero matrimonio Iobum, Georgius in Rokoſs occiſus, à pedibus equorum conculcatus, dum Regias partes defenderet. Iob ex Sulimirſka reliquit prolē, Thomas miles.*

Kiienſcij *in Lublinen. Palat. clari titulis, poſſeſſione, & authoritate bona Syrokomla tenuerunt, antequam ad Fierleios deuenerant, erant hæredes multorum bonorum, Pliſczyn, Ciećierzyn, Baſki, Lagiewniki, Byſtrzyca &c. Ioannes Iudex Terræ Lublineń. Petrus Iudex Terræ Lukowień. erat Caſtell. Zawichoſteń. qui tenebat bona Syrokomla, notant Familiam nunc a bonis Kijány. Michael Kijnſki ex Sczekocka natus, hæres in Kijany, Krzeſimow & Gorká, ex Meglewſka armorum Lewart reliquit Kriſtoporſcij conſortem & filium Stanislaum, qui cum Myſtowſka reliquit Adamum eximium militem & humanum virum. Andream, qui in Ordine Prædicat. S. Theol. Baccalaureus fuit, & Florianum Andreæ filij cum Omakowſka, Gaſpar, Stanislaus, Præslaus, quibus benedictio Domini faueat, vt creſcant non decreſcentibus annis.*

Swieſzkowſcij, *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Stepháńowſcij *in Sendomir. Palat. Ioannes vir literis, ingenio, induſtria & iudicio magnus, Sereniſſ. Stephano Regi apprimè dilectus, Notariatum Theſauri tenuit, natus ex Młodźieiowſka armorum Slepowron ſorore Hyacinthi Theſaurarij Regni, reliquit Iacobum, qui in Palatinatu Caliſſienſi domicilia ſua conſtituerat, ex Dorothea Szlingowná ſuſcepit Thomam & Ioannem, ille literis & iure nobilium celebris in Curia Palatini Breſtenſis Sczawinſcij vt plurimum degit ex Eliſabeth Gorecka ſuſcepit Lucam, Franciſcum, qui facti religioſi S. Dominici, Stanislaum, Ioannem, qui Societatis Ieſu ſuſcepit inſtitu-*

tum, Iacobum & Thomam, filia Marianna dicata altiſſimo Lanciciæ in Præmonſtratenſium obſeruantia.

Chybiccij *in Sendomir. Palat. quorum alij in M. Ducatum Lithu. tranſierunt. Albertus magnus Moſchorum bellator Sereniſſ. Stephano Rege bella ducente.*

Mingal *Iacobus, qui primus in M. Duc. Lit. accepit arma prædicta in Comitiis Hrodlenſibus* 1413. Paproc. in 1. Tomo fol: 1178. *Illorum domus eſt mentio in vnione ad Regnum per Lituaniæ Duces & Primates facta* 1401. ſicut inter Priuilegia apud Herburtum lego, folio 662. *Iacobum Mingal habet etiam Priuilegium,* vt Herburtus in Statuto folio 667.

Zoſedźij *in Ruſſia ad Haliciam. Hi ex Lituania poſt vnionem ibidem ad Halicz reſederunt, in bello ad Leopolim cum Turcis & Tartaris tres nominantur optimi bellatores, reperitur adhuc domus, caſtris delectantur, Potoccis referunt ſtudia bellica & obſequia.*


Dziewoczkouij, *in Grodnenſi diſtrictu.*

Maſlouij, *in Oſmianenſi diſtrictu.*

Puciatij *in M. D. Lit. Fridericus Puciata Capit. Nicatenſis eximius bellator* 1577. *Nicolaus & Thobias electionem Vladiſlai IV. ex Vilnenſi Palatinatu ſubſcripſerunt.*

Konratowſcij: *Sebaſtianus cum Rothmag. Solohub ad Vle eximius miles.*

SZEDZINSCIORVM.



DELINEATIO.

EST Leo cum lingua è faucibus exerta, medius cum cauda erecta, pedibus anterioribus tangit murû, ſub muro eſt campus ceruleus, campus verò in quo ſpectatur Leo ſanguineus. Vocant hæc arma alij Prawdzic ſine circulo. Super coronam pennæ Struthij quinq; alij eundem Leonem efformant.

ORIGO.

VIdentur habere originem ex armis Prawdźic, docent hæc Murus & Leo, mutationem & creſcentiam concernunt duo campi ceruleus & ſanguineus, decreſcentiam ruptus inſtruit murus atque circuli negatio, ſimilitudo verò ad Prawdźic adſcitos indicat. Vnum tamen ex his originem habet tacitam, quam tamen meriti fundamentum ſtatuere magis applaudet, virtuti enim debetur honos.

AD

AD NVLLIVS PAVET OCCVRSVM.

MAgno iudicio ventilauit Io. Ferus in Theatro Impreſſarum ſuarum, dum tale lemma appoſuit leoni: *Non enim nudum conſpexerat titulum dum Regem animalium Leonem aduertebat, ſed eos quoq; qui leonis nomine vel ſtemmate inſignirentur, magnos eſſe & fore ſciebat.* Magnum eſt ſymbolum leonis etiam dormientis, ſicut Iul. Gailem: Zincgreffius in Symbol, adnotauit: *Dormit leo; ſed tamen parte vigilat, nam dormit & caudam movet.* Sed neque nomen neque ſtemma portatum parua docent. Nomina enim ſicut earum quæ ſunt in anima paſsionum notæ, ita ſi ſunt perſonarum magna illis perſuadebunt, & præcipuè ne ad cuiuſquam paueant occurſum. Quod ſi in ſymbolum cum nomine aſſumetur magis exprimet intentum. Hinc Hiſpalus primus Hiſpaniarum Rex, & Ion primus Græcorum Rex, quia primi & magni, potentes & victores, dum hic mari nomen dedit ſuum & ille potentiam regni ſtabiliuit, leonis formam in ſtemmatum dignitatem aſſumpſerunt. Quaſi dicerent: *Ad nullius pauemus occurſum.* Similes profectò ſeptem victoribus, de quibus Æſchylis ita loquitur in Stobæo, ſerm: 7.

Viri enim ſeptem feroces ductores cohortum
Taurum mactantes, in ſcutum ferro compactum,
Et attingentes manu bouinum ſanguinem.
Martem & Bellonam & ſanguine gaudentem metum
Sanctè iurarunt: aut vrbe euerſa.
Perdituros ſe oppidum Cadmeorum vi
Aut terram morituros prius commixturos ſanguine.

Quapropter & Sereniſsimi Principes Auſtriæ, ex quibus nunc Imperatoria Auguſta Romanorum magnum defert laudis nuntium ad leones ſuos, neſciebant aliud imprimere quàm *Sic deniq; victor.* Aut *Requies ea certa laborum.* Præſentia igitur arma dum intueor ad ipſorum leonem ceu figuram Regis animalium ſubſcribere non hæſitabo: *Ad nullius pauet occurſum.* Quod licet in armis Prawdzic apparuit, in his quoque indubie erit aſſerendum. Talia namq; arma nobilitatis, quibus Szedzinſcij (*& quicunq; ſunt alij*) vtuntur, audacem animum, fortem manum, impauidum pectus, cor martis efformant & affirmant.

Porrò etiam maiora manent meliora merentem;
Interea ſpebus ſueſce fauere tuis.

LINEA FAMILIÆ.

Szedzinſcij.

Kaſcij *de Kaſki in Palat. Rauenſi. His benedixit Deus in vita, nam Stanislai pater vixit Annos* 130. *Stanislaus filius vixit Annos* 116. *conſors verò ſua Petrykonſka vixit Annos* 95. *Albertus Stanislai filius habuit filios, Ioannem militem*

militem cum Kázánowſki Campiductore, & Adamus occiſus in bello in Germania-nati ex Dorothea Szymanowſka Patrui Nicolaus & Ioannes vocati ante Báránowſcij à bonis Báránow in Lublinenſi Terra. Tranſijt ad Leſſczynſcios.

SWINKA ſeu SWINKI.



DELINEATIO.

EST caput apri, cuius inferiorem partem faucium manus hominis veſtita ceruleo panno confregit, campus eſt rubeus. Super coronam eſt virgo media, manibus ad ſe compoſitis cum coma diducta in veſte viridi adſtans.

ORIGO.

COnceſſa à Duce Syradienſi, confirmata à Criſpo Boleſlao Chriuouſtij filio Rege, circa Annum 1148. militi dicto *Porcus*, vnde *Porcaria* vocata ſunt, quia Porco pro Porca donata. Cùm enim Dux Syradiæ venationis causâ moueret greſſum in nemora, iocando intulit militi Porco virginis nomen cui affectum Porcus conferrebat, venantibus occurrit porca ſyluestris, firmant greſſum, colligunt arma venatoria & premunt, dimittunt venaticos canes, porca cum canibus dentibus luſit & læſit. Vt videt Dux canem ſuccumbere, dicit: *iuuet aliquis canem, ſpondeo manum fauentem.* Occurrit velociter miles *Porkus*, agiliter conſcendit porcam, auribus tenet atque premit, tum cito manu faucibus immiſſa confregit inferiorem mandibulam, atque gladio abſcidit caput, redijt ad Ducem, petit manum bonam, & benignitate Ducis retulit prædicta arma cum virgine quam expoſcebat, atque ditatus bonis receſsit.

VERA FORTITVDO.

REM iucundam habet Lipſius in Polyticis de bello & fortitudine. Marius Romanorum ſtrenuus bellator, eligebat militem grandem, Cato Maior riſit, dixitque: *Tu elige grandes ego faciam fortes.* Inſtruebat fortitudinem reſidere veram in animo, non in corpore. At in vtroque ſtabilire fortitudinem nullum erit inconueniens. Dicitur enim communiter: *Vana eſt ſine viribus ira.* vtrumque Cæſari neceſſarium fuit, & liber & gladius, & manus&

nus&

nus & ingenium, ſed quod ſpectat Heroem corpore, militem prædictum non in ſcenam vocare licet. Veram enim expreſsit fortitudinem dum ſeuientis apri mandibulam abſtulit, Samſonis ſunt hæ vires, Achillis animus, Herculis fortitudo. Reges Perſarum ducunt pro honore Regio deferre pro Stemmate aprugni caput cum ſagitta ori infixa, *ſicut dicit in Teſſeris Gentiliciis Petraſanta.* Summuſque Pontificum Alexander ſecundus Papa, eiuſdem detulit caput in inſigne Familiæ, profectò non aliud exprimebant tanto ſtemmate, quàm veram fortitudinem. Animoſum enim eſt animal aprugnus, fortitudinem verò Ariſtot. in lib: de virtutibus definiuit: *Eſt virtus animoſi per quam non facilè metus mortis ingruit, accedit enim fortitudini audacia, & animi præſtantia, & fiducia & confidentia, ad hæc induſtria & tollerantia.* Arma igitur præſentia nobilitatis, caput apri manu confractum, veram inducit fortitudinem tum corporis tum animi, quam ſi quomodo in animo non expreſſit ſtrenuus miles parenſque modernæ Porcariæ, profectò Archiep. Gneſn. Swinká cum Krzyżánowſcijs, &c. id ſedulò perfecit, vnum vobis in cautellam ex libro 3. Iul. Cæſ. Capaccij adferam. Delineauit porcum glandinibus ſub quercu intentum, oculis clauſis ob lucentem ſolem docendo: *Quod plurimi ſperiantur, qui laudes aliorum ſplendidas & magnas videre recuſant, vitium verò ſi eis vel minimum adſit, illud propalant & luci exponunt.* Aſſumo idem ſymbolum at in alio ſenſu: *Qui proficere cupit, non ſibi tantum nec ſuæ domui ſolum, ſed aliis quoq; præcipuè communi bono Patriæ incumbant, non enim nobis nati ſumus.* Ita creuerunt omnes in Patria, ita conſeruarunt honores, ita obtinuerunt nominis claritatem; caſtra, raſtra, clauſtra, optimum generant ciuem Patriæ & Senatorem Reipub.

Tempus erit quando vnius ſtupefacta vetuſtas,
Totius voluet geſta canetq; Domus.

LINEA FAMILIÆ PORCARIÆ, Seu SWINKI.

POrkus *cui primum talia inſignia ceu militi ſtrenuo & audaci etiam in feras conceſſa fuerunt circa Annum* 1148. *Stancikus de Ruda, qui ſub Vladislao Duce Maioris Pol. fuerat arcis Poſnanień. Præfectus.*

Swinkouij, *ex his erat Iacobus Swinká Archiep. Gneſneń. per Summi Pontificis Martini IV. inaugurationem contra electionem legittimam Vloſtiborij Decani Gneſneń. habuit enim familiaritatem prima ætate contractam cum prædicto Sanctiſſimo. Quapropter facilè obtinuit vt Epiſcopos electos in ſua Archidiæceſi confirmaret, ſicut primum Epiſcopum Viſlaum Vladislauień. armorum Zabawá, atq; Geruardum de Coryllorum Familia confirmauerat.* Habet Author Epiſcoporum Vladislauienſium fol: 200. & ſeq. *Plurima hic Paſtor adiunxit Eccleſiæ bona, inter alia Epiſcopatum Chelminenſem, quam prætendebat Epiſcopus Rigenſis per Legatos Apoſtolicos adiunxit. Erexit quoq; Mo-*

naſterium Vniouiæ ad S. Georgium, nunc S. Nicolai dictum, Regulæ S. Benedicti. Henricum Probum Vratislauien. Ducem, qui Thomam Epiſcopum cum ſacerdotibus pepulerat ex Ducatu, quod ſibi pecuniam pro milite non concederet ex communicauit. De quo clarius quæ inde incommoda forent habent Hiſtorici, ego Bielſcium folio 195. vidi, ſedit Annis 27. Obijt 4. Martij 1310. Adamum Swinká Canonicum Crac. Notarium Regium refert Miechou: lib: 4. cap. 52. *qui etiam Zauiſſio Nigro Epitaphium poſuerat. Iacobus Epiſc. Vladislauien. ex Præpoſito Plocenſi qui obijt 1300. atq; ibidem ſepultus* ait Papr. in 2. Opere. *Sed forte hic præterſus erat Epiſcopus, nam inter Vislaum & Geuardum Vladislauien. Epiſc. nullum ponit medium Collector Epiſcoporum Vladislauienſium. Hoc mihi ſufficit quod horum armorum fuerit, etſi obijt Vislaus* 1300. *& Geuardus confirmatus* 1301. *illius quoq; annus erit* 1300. *Swinká vir generoſi animi à Tartaris Pomorzanos defendit,* Cromer. lib: 28. fol: 426..

Zielenscij *in Palat. Plocenſi, viri prudentia & ingenio ad Reipub. negotia doctiſſimi, hinc dignitatibus effulſere. Gregorius Palat. Plocen. Capit. Zakrocimenſis ſubſcripſit Sigiſm. III. confirmationem pactorum,* vt patet ex Constitut. Regni. *Erat poſtmodum & Mlauenſis Capit. illius germanus erat Notarius Zakrocimen. alter verò Pincerna Plocenſis Adamus Zielenſki,* ſicut habet Ianuſouius in Statuto fol: 769. *Præſenti tempore ad ſubſcriptionem electionis Sereniſſ. Regis Vladislai IV. fuerant Zielenſcij, Valentinus Caſtell. Plocenſis, Ioannes Dapifer Plocenſis, Vladislaus Zielenſki, Albertus, Sigiſmundus & Martinus, clarum igitur eſt quod virtute & heroicis actibus profecerint in Regno, quo nomen gloriam & pietatis officia ab omnibus bonis dignè merentur, creſcant ſine interpretatione politicè & heroicè..*

Grzebſcij *in Plocenſi Palat. & eiuſdem diuiſionis bonorum cum Zielenſciis.*

Krzyżánowſcij *in Syradien. Palat. magnis encomiis celebrata familia, quibus ad arma nobilitatis ſuæ admittere externos non erat opprobrij. Matthias Krzyżánowſki, qui maiores ſuos magnitudine iudicij attigerat 1520. corrector Iurium & Statutorum deſtinatus fuerat, tunc Subiudex Poſnanienſis. Eius filij qui Ioannem Polak virum poſt in Regno magnum, antè verò Aulicum Reginæ Bonæ ad Arma 1563. aſſumpſerant. Hieronymus Abbas Tynecenſis, Ioannes Tribunus Poſnanienſis, Martinus Sereniſſ. Auguſti Regis Aulicus. Electionem Sereniſſ Regis Vladislai IV ſubſcripſerunt, Ioannes ex Palat. Poſnanien. & Stanislaus ex Sendomirienſi. Hinc liquet in quam diſtinctis Palatinatibus Krzyżánowſciorum Familia ornatum domus & Patriæ commoda obſeruat:*

Czacij *de Czac in Syrad. Palat. eiuſdem diuiſionis bonorum antiquitus cum Zielenſciis. Secutus maiorū ſuorum dignitatem Andreas de Czac Czacki, qui ob iudicij dexteritatem & doctrinæ excellentiā à pluribus Epiſcopis dilectus extitit. Hinc Decanus Wloclauien. Cantor Poſn. Canonic. Gneſnen. celebre nomen reliquit, præcipuè cum in iudiciis Tribunalis Regni vicibus viginti ſeptem, iuſtitiæ cultor, vindex & vltor fuerat: Quapropter ad correctionem Iurium pluries in.*

ries in Conſtitut. Regni deſtinatus. Ex his celebris matrona Czácka Anna de Błoſſczyſſow Gnienski conſors virtutum ornatu clara, amita Reuerendiſſ. D. Epiſcopi Poſnanien. Szołarſki, ex qua filius Albertus, & Eliſabeth Pogorzelſki Præfecti Pouidien. conſors cum Catharina Leſſczynſcij.

Piotrowicij *antiqua Familia, atq; in continuo profectu virtutum & literarum, quæ circa Cancellariis iudicijs addicti, vnde honor cum gratia Regali proueniunt. Ioannes Cuſtos Sendomir. Scholaſtic. Lancicien. Canonicus Crac. Decanus Poſnan. & Secretarius S. R. M. Illius frater germanus Stanislaus multarum linguarum peritus. Ioannes verò Notarius Terræ Poſnanien. ob ſinceritatem cordis & vitæ, ab omnibus honori habitus. Gaſparum Canonicum Kamienien. reuiſorem bonorum Regni in Maſouia habet Conſtitutio Regni 1563. ex his Piotrowſcijs Annam progenuerat Rokoſſowſka Iacobi Theſaurarij Regni f[illegible], quæ poſtmodum erat conſors Andreæ Miaſkowſki armorum Leliwá in Poſnanien. Palat. ex quibus Miaſkowſcijs Balthaſar Suffraganeus Wrecłauiæ fuerat, vir doctrina, ſanctitate inſignis. à cuius patruo erant filij Ioannes Decanus Wielunen. Canonic. Poſnan. Stanislaus Secr. R. M. Sigiſmundi III. viri maturi in ætate iuuenili. Albertus Aulicus, & Dapifer Regis Sigiſm. III. per annos 43. Curiæ & Patriæ retulit obſequia. Poſt munus Marſchalci Iudiciorum Tribunalis Regni dextere peractum, atq; primum militari in Liuonia, Moſchouia, Podolia, & Confinibus Regni fortiter deducta, ad Imperat. Chriſtianiſſimum Rudolphum II. bis Legationem expediuit, hinc Dapifer Podoliæ, tandem Succamerar. Terræ Leopol. à Sereniſſ. Rege creatus, in meritorum ſupplementum in Turciam ad Ibraimum Dynaſtam Turcarum nouiter inſtitutum magnus Orātor miſſus, ad mentem Reipub. & Senatus omnia diſpoſuit & terminauit, & cum aliquot centena captiuorum è compedibus liberauit, atq; in libertatem, & in Regnum deduxit, dies caniciei ſplendidos redux Domino in iuſtitia & pietate offert. Sigiſmundus quartus illorum frater in Ordine Prædicatorum Theologus, ad animæ deſiderium componit cæleſtibus mentem. Lucas quintus frater poſt literarum ſtudia, eximius miles cum Zolkieuio & Koniecpolſcio, Supremis Exercituum Regni Ducibus, dum trophæa deducit ad Cecoram in captiuitatem Turcicam deuenit, non tamen vt rediit (non ſine repoſita pecuniaria ſumma) miles eſſe deſtitit, demum pluries in Regni Tribunalia Iudex electus, Subiudicis Terræ Podoliæ dignitate, iuſtitia, & veritate exequitur officium. Alexander vltimus illorum frater maiorum veſtigia imitando, amorem & honorem obtinet. Andreas filius Succamerarij Leopolień. domi & in exteris nationibus literis, & morum grauitate conſpicuus, ſpem Patriæ, parentibus dulcorem, virentibus honeſto virtutibus, gignit atq; efformat. Soror Vrſula educationis ingenuæ germina intra ſacramenti vinculum cum Romano ſtrenue milite Ioannis Caſtell. Oſwiecimenſis Korycinſki filio, profert atq; contemplatur.*

Męcienſcij *in Syradienſi Palatinatu, viri docti, ſed quod dolendum ſuper Ioan-*

nem, cuius opera extat Lexicon Latinopolonicum, quod Atheiſtice viuendo manus ſibi intulerit.

Dźiuoſij *in Syradienſi Palatinatu.*


Gáwronſcij *in Syradienſi Palatinatu.* Kákánowſcij *ibidem.*

Záiackouij *ibidem & alibi, qui ad Regni ſaporem & leporem virtutem & prudentiam adſtruunt. Electionem Sereniſſ. Vladiſlai IV. ſubſcripſerunt Venceslaus Záiaczek Iudex Palatinatus Caliſienſis, Stanislaus Caſimirus Záiaczek & Albertus, ex Poſnanienſi verò Adalbertus Záiaczek.*

Dewknetowicij *in M. D. Lit. Andreas qui in vnione ad Regnum primus adſcriptus fuit ad præſentia nobilitatis arma.*

SWISCZEWSCIORVM.

DELINEATIO & ORIGO.



SVNT columnæ tres iteratæ inferius ligatæ ad demiſſam columnam, ſuper ſcutum militare. Originem, ſi antiquiſſima ſunt arma à Ducibus M. D. Lit. qui columnas in armis deferebant retinent. Quod ſi non tantæ antiquitatis ſunt, quia habent magnam conformitatem ad arma Kmitorum, Czarnobylſciorum, ab illo Duce bellicoſiſſimo & ſtrage Moſchorum initia ſeruant. Columnæ verò hæc, vel vexilla exprimunt, quibus meruit eorum parens in bello & caſtris inſigniorum præmium, vel ſunt munitiones caſtrorum & vrbium, nam in eiuſmodi formam Moſchorum & Coſacorum ex arboribus conſtrui munitiones obſeruauimus. Bellatori igitur & irruptori in hoſtes conceſſa fuiſſe apparent, & in Volhynia habitanti.


MANEBIT VICTORIA.

RESonabit in hoc medium ipſius fortis viri Echo. Alexander Magnus vltimò pugnaturus cum Dario, licet pauca manu in quater centena millia procedebat, inſonabat tamen ſuis *Manebit victoria.* Et ne multitudine hoſtium confundi valerent, efformauit vexillũ vt ſcutum ipſius vndequaque ordinibus ſagittarum iteratis vallatum, impeteretur ex recto. Et appoſuit ſyngraphe: *Manebit victoria.* Etſi rem conſiderabimus & finem, Alexander victor triumphauit. Profectò erat echo fortis atque magnanimi viri. Finxerunt Poetæ arborem cuius rami aurum, & dixerunt: vt inquit Iul. Cæſ. Capaccio lib: 1. Impreſſarum. *Vno auulſo non deficit alter.* Me hercule,

cule, quando quidem bone militi ſuccedit in bello optimus, & optimo non deficit ſuccedere, alter ſubſcribendum exercitui venit: *Manebit victoria*. Præſentia arma dum conſidero, ad columnas ſiue illa ſint vexilla bellica, ſiue munitiones vrbium robuſtæ iam illis ſubſcribere non pigebit: *Manſit victoria*. Dicunt enim tacitè, infractum pectus, cor audax, robuſtas manus, verum vt maneat victoria illorum æuumque in poſteris contineat hoc vnicum remedium. Corallus dum inter profunda eſt, & mollis & colore non pulcher conſpicitur, eductus ex profundo maris, indureſcit ab aëre, atque inde pulchrior & fortior euadit. Ita Familiæ nobilium ominabor, quæ ex bello cruento & periculoſo euadit vegetior, breui pulchrior & fortior apparebit, tum quia illi dulce bellum non erit vt eſt inexperto, tum quia ſatagenti ad bellum, non audiet murmurantem. Parua ſunt arma foris, ſi non ſunt conſilia domi.

Oſtaphium Swiſzczowſki fortiter pugnantem cum Iacobo Niezábitowſki ad Grodecum contra Ducem Tartarorum, cum Bákáio refert Paproc. fol: 338. in 2. Opere ſub Anno 1574. *ſub Iázłoueccio Exercituum Duce.*

SZYDLOWSCIORVM.



DELINEATIO & ORIGO.

SVNT tres haſtæ militares coloris flaui in campo rubeo. Super coronam eſt turris quaſſata duabus vexillis, ab imo coloris flaui & rubei à parte dextra & ſiniſtra ornata. Initia ipſius ſunt 1582. ad oppugnationem vrbis Pleſcouienſis, dum Notarius Theſauri Sereniſſ. Regis Stephani, Chriſtophorus Bernardus Szydłowſki, in tota expeditione ad Pleſcouiam ſemper alacrem & viri fortis animum re ipſa declarauit, atque inter primos murum ſubiuit, hoſtilem munitionem conſcenderit, atq; cum hoſte fortiter dimicando vulnus reportauit. Hinc commendatum ad Sereniſſ. Regem Ioannes Zamoyſki Dux Supremus, vnà cum alijs quos ſuprà iam nominauimus, atque cæteros quos in linea hac adducemus, ad Sarij Teſſeram Ielita aſſumpſit & adſcripſit.

VICI FATA SVPERSTES.

GRandis eſt pugna, ſi militis nudi cum armato, tyronis cum veterano: maior tamen pugna vincere fata fortunæ. Quapropter renitenti

multoties cum aduerſa fortuna cuidam dextro nobili & militi, & ſæpius tribulato, tandem valeroſo victori addidit quidam ſymbolum, truncum querci euulſum à terra, è medio plantam viridem lætamque habentem, & adſcripſit: *Vicimus ſua fata ſuperſtes.* Quod dum quidam miraretur, eandem Carolo V. auſus eſt inſcribere, vt lib: 1. Impreſſ. Capaccio habet, dicens:

Oceanus moueat licet omnes vndiq; fluctus,
Et potet Rhenum Theutona terra ſuum.
Non cadet Imperium Romæ quo tempore Cæſar
Præerit, ac ſolus publica facta reget.
Sacra Ioui Quercus, nam ſic radicibus hæret,
Et tamen aridulas huic rapit aura comas.

Profectò arma horum nobilium, quos ad ſua Gentilicia fortiſsimus Dux Zamoyſcius ex ſorte humili natos admiſit, non aliud habent in ore & corde tranſlati ad dignitatem nobilium, quàm *Vicimus ſua fata ſuperſtites.* Adſunt profectò plurimi fortes natura, graciles ingenio, fælices memoria, diuites fortuna, altiorem tamen gradum & ſtatum ſumere per caſtra & bella, per hoſtes, ignes & gladios, nihili curant. Incitat pectus, iuuat natura, vires capiunt, ſubſtantia non negat, virtus accendit, literæ commonſtrant, at illi reſpondent: *Sufficit quod viuam.* O impudicam vocem! ſic ne vos perire iuuat? Meritò igitur vos Lucam Sernij, Chriſtophorum Bernardum Szydlowski, Stanislaum Pácholowiecki, Gaſparum Wielkolucki, Valentinum Łápczynski, Petrum Frankum, Albertum Slowinſcium, Gorlewſcium, cæteroſque viros, qui virtute accenſi ſua non fuiſtis ſorte contenti, ſed ad militaris equeſtriſque ordinis honorem animum meritis fortibus appuliſtis, magnis laudibus celebrare licebit. En vos Sereniſsimi Reges benignè aſpexerunt, heroes inter arma nobilitatis ſuſceperunt. Zamoyſcius inuictus Dux Sariorum laudi honorique adiungere deſiderauit. Vnicum igitur poſteris faciendum reſtat, nimirum vt arbor ſingulorum in tantum floreat, vt videntes proferre audeant: *Aurea mala dabit.*

Omina ni fallant, Famæ tu fana locabis.
Ambiguo interea fluctuet illa pede.

LINEA HORVM
Quos cum Szydlowiecio Illuſtriſsimus Zamoyſcius Magnus Dux Exercituum ad Gentilicia ſua ſuſcepit.

CHriſtophorus *Bernardus Szydłowſki, Notarius Theſauri Regis Stephani ad Pleſcouiam pugnator 1582. admiſſus fuit, & inter nobiles a Steph. Ser. Rege adſcriptus cum poſteris.*

Sernij, *Lucas Centurio Sereniſſ. Regis Steph. in Gallia miles ad Liberonem Delphinatus Gallici arcis, & ad Liuronum cum Hugonetis, & in Patria in expeditione Vielicolucana & Zauolociana vbi Centurio fuerat, & poſtmodum ad Oſtreum*

Oſtrouum & Pſociam in Comitijs Varſauiæ 1581. *vnà cum parente Bartholomeo Proconſule Sendomirienſi, cæteriſq́; eius filijs & filiabus inter nobiles Regni adſcriptus fuit. Stanislaus Serny ipſius germanus frater ad Pieczary magnæ fortitudinis & audaciæ commonſtrauit indicia, quibus laudem promeruit, & hos ad Gentilicia ſua ſuſcepit Ill. D. Ioannes Zamoyſki Supr. Exercituum Dux. Defert ſuper coronam inter duo militaria vexilla vnicum Eccleſiaſticum cum cruce & inſcriptione Saluatoris noſtri I.N.R.I, militaria tranuerſim albis & rubeis plagis diſtincta. In labro, faſcia flaua crux aurea.*

Wielkolucki, *Gaſpar tunc miles prouocatorius Regis. Hic Gaſpar Wieloch de villa Miaſtkow hæreditaria Ioannis Láſocki in Pal. Maſouiæ in oppugnatione Wielicolucenſi accepta licentia à Supremo Exercituum Duce Zamoyſcio igne conſumere turrim, à qua bellicis tormentis abſtrahebantur plurimi è noſtris, conſtituit. Ad pedites noſtros igitur vexilli albi deſcendit, atq́; inde magno auſu cum igne ad turrim munitionis venit, aſcendit, ſed è ſclopeto per vtramq́; ſcapulam vulnus accepit, & deſilijt. Sequenti die ligatis vulneribus idem cum alijs tentauit, ſed per pectus & brachium transfixus fuit. Cùm verò mortem contempſerit & tanta auſus fuerit in medio hoſtium & armorum, ornatus dignitate nobilium & ad arma Ielita ſuſceptus fuit* 1580. *Arma illius tres haſtæ nigræ in campo albo ſuper coronam turris ardens in memoriam nobilis conatus. Arma Sernij, & Vielicoluccij habet Papr. in* 2 *opere ad Ielita arma.*

Slowinſcij *cognomento Wnukowie, Albertus Slowinſki Wnuk, cui primum arma hæc ad interceſſionem & commendationem Illuſtriſ D. Ioannis Zamoyſki conceſſa fuerant. Ille quoq́; nouam Zamoſciam vt in ciuitatis decorem diſponeretur commiſſam habuit. Conſors ſua Catharina Bráwicki armorum Koſcieſſe filia, Filios reliquit duos Andream in exteris nationibus literis deditū, in aula Sereniſ. Regis Sigiſ. III educatum, in Multania, Succia & Liuonia militarem continuauit. Conſors ſua Anna Czechowſka armorum Okſza, qui reliquit filios, ſex Martinum militem, Ioannem Soc. Ieſu confratrem, Albertum in Mathematicis eruditum & ad belli rationes bene inſtructum, Franciſcum, Andream & Georgium. Alter filius Alberti Ioannes militauit per* 24. *annos Rothmagiſter ducentorum peditum fuit, in Cecora cum Duce Zolkiewſki fortiter occubuit. Arma illorum Sartana ſuper coronam inter duas aquillarū alas expenſas ponitur crux coloris rubei in campo ceruleo, haſtæ ſunt coloris flaui in campo ſanguineo.*

Gorlowſcij *etiam admiſſi ad Sarij ſtemma, cum differentia ſuper galeam. Aliorum verò ſicut Lápczynſcij Geometræ, & Pácholowiccij in ſuperiori Tomo fecimus mentionem.*

SOKOLA.



DELINEATIO.

EST dimidium ſilueſtris apri cum capite, & dimidium nigri vrſi cum cauda, ad inuicem ſic iunctæ beſtiæ, per medium eſt cinctura coloris rubei. Super coronam eſt medius vrſus, ceu ſtans cum anterioribus pedibus, verſus dextram proſpiciens.

ORIGO.

CAſimirus primus Rex duobus fratribus Sokola dictis, contulit præſentia arma ex hac occaſione. Medijs & denſibus in ſyluis cùm Rex iter haberet gratiâ venationis, aduertit vrſum latitantem contra aprugnum, vbi propius acceſsit vrſus, conſtitit Rex finem ſpectando, & ecce irruit vrſus fortiter ſeuereque in aprum, ſed fortior tunc famelico vrſo aper euaſit periculum, atque inſequi vrſum non deſinit, concurrunt beſtiæ, intendunt irati alterutrum odioſæ vitæ, quod dum fit, duo germani fratres Sokola in beſtias miſerunt manus, vnus aprum auribus tenuit, alter vrſum, correptis demùm gladijs, ſeuientibus & laſsis amputarunt capita. Grata hæc fuerat Regi ſcena, ſed magis magnitudo animi & fortitudo corporis, quocirca iunxit illis in arma nobilitatis aprum cum vrſo, & ſuper coronam medium nigri vrſi appoſuit, plurimaque bona & loca deſerta in poſſeſsiones conceſsit.

SINE THESEO.

MAgnarum rerum magna ſunt encomia. Pulchrè Seneca 31. Epiſt. *Si quæ per laborem rectè feceritis, recedet labor, gloria ſemper manebit.* Quod ſi labor fuit ſine Theſeo, hoc eſt ſine ſocio adiuuante, ſed per te ipſum tuum ſolius meritum, tuus honos, tua gloria. Profectò iſti duo fratres Sokola, magnum retulerunt in conſpectu Regis attoniti nomen, dum ſine Theſeo vrſum & aprum opreſſerunt. Non poteſt ſatis mirari Oppianus apri vim & fulmineum robur, quandoquidem in venatione iam oppreſſus, dentes adeò ignitos præſeferat, vt etiam occumbenti ſi trepidanti adhuc ſetæ de collo auulſæ dentibus admoueantur, quaſi prunis ardentibus applicatæ

conci-

concriſpentur, dùm igitur audent ſic auide in aprum & viſum alijs timentibus & trepidantibus, & non accurrentibus, referunt nomen gloriæ SINE THESEO, Fortibus non deerunt. Democritus naturam cancri dum ſpeculatur, vnicum poſuit ſecretum contra fortitudinem ſilueſtris apri & ſuis, ita quod nil amplius valeat dictum Ariſtophanis in Lyſiſtrate: *Si per Deas hodie me commoueris, ſoluam ego ſuem meum.* Imò nec illud Pſalmi: *Singularis ferus depaſtus eſt eam*, niſi fortè extra literam eamus. Vis ſecretum? Profert: *Qui cancri vngulas ad pedes alligatos geſtauerint, ferocitatem & impetum iſtius belluæ facilè declinare poſſunt.* Equidem Sokola in deſerto remedium tale non portarunt, attamen lauream retulerunt. Quapropter vt fabuloſè iocatur Plato, Herculem aduerſus cancrum deſudaſſe, ſicut etiam aliqui Elephantum cum Gambari cauda depingunt, ita puto vngulas cancri ad pedes alligare fabuloſum eſt. Attamen & inde documentum Politicum ſumere licet: *In æquinoctiali circulo ſolis progreſſus & regreſſus omnino fit à capricorno ad cancrum, à cancro ad capricornum.* Ita in circulo mundi à luctu ad gaudium, & *contra*, ab alto ad imum, à vita ad mortem, & *contra*, in benè viuentibus & morientibus progreſſus & regreſſus ſecernitur. Vincenda igitur ſunt vobis aper laſciuiæ, vrſus iracundiæ, & quælibet vita animalis, vt non ſine Chriſto & Deo, Sanctis & cælo permaneatis. Adſit igitur vobis in documentum cancer, cuius proprium eſt non mutare greſſum. Hinc Ariſtophanes: *Rectum iter vt carpat cancer non viceris vnquam.*

LINEA FAMILIÆ SOKOLA.

SOkola *duo germani fratres, cui primùm arma talia ſub Caſimiro primo collata fuerunt. Hi erexerunt ex cognomine ſuo bona Sokola. Comes Pomſtiborius de Sokola erat Anno* 1256. *tempore Boleslai Ducis Maioris Polon. Mſtigneus Comes de Sokola tempore Leſci Nigri.*

Galecenſcij *in Maiori Pol. Martinus Cuſtos Poſnanień. Præpoſitus Louicienſis. Gneſneń. Lancicień. Canonicus, in eius Epitaphio Gneſnæ legitur: Vir optimus, religionis Catholicæ tenaciſſimus, iurium Eccleſiæ defenſor & propagator, cui executor teſtamenti Eraſmus Milenſki Gneſn. Crac. Poſnanień. Cruſuicień. Canonicus extruxit vt conſanguineo* 1579. *Nepotes illius ex fratre fuerunt, Ioannes Cantor Gneſn. Scholaſticus Vladisl. Canonicus Crac. S. R. M. ſicut in Conſtitutionibus Regni in iuramento Sigiſm. III. legitur. Martinus qui tenuit Skarſzewo, Sebaſtianus qui tenuit Wierzbno, Stanislaus tenuit Paduchy, eorum mater tenuit Nádárzyce.*

Piglowſcij *in Maiori Polonia, Martinus ex Palat. Kaliſień. electionem Sereniſſimi Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Gorecci j *in Palatinatu Kaliſień. & Poſnanień. Alexander Gorecki ex Poſnanienſi Palatinatu electionem Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Drozdienſcij *in Volhynia, cognominati Vle. Michael Drozdienſki Vlewicz à Tartaris occiſus* 1576. *eximius profligator Tartarorum, ſed à multitudine oppreſſus.*

SŁON ſeu ELEPHAS.



DELINEATIO.

EST Elephas ſuper tres montes ſtans cum vigilanti aſpectu.

ORIGO.

ANtiqua ſunt arma & à multis Principibus vſitata, quorum etiam vſus fuerat primitùs Cæſar Iulius, *vt etiam Commentator Alciati refert.* Aliunde igitur in Regnum ſunt introducta, quibus quod nobiles quidam adhuc vtantur in Regno, vidi in ſepulchrali in Podolia, in Eccleſia Laticouienſi Beatæ Virginis Mariæ Ordinis Prædicatorum.

GVBERNATIO OPTIMA.

MAgnorum virorum in gubernio & adminiſtratione Principatus, elephas ſymbolum fuit optimi regiminis. Quocirca de illis dicitur: *Numen Regemq́; adorant.* Hinc Madagliæ ſeu encomia optimorum Principum Titi, Commodi, Seueri, Antonini Pij Elephas erat. Tria verò ſunt quæ optimam gubernationem conſeruant, Victoria, Miſericordia, Honos, omnia hæc Elephas exprimit. *Victoriam*, quia nil fortiùs Elephante. Hinc Antiochus Soter data manu inualida exercitui Galatarum, ſuus Præfectus Teodora emiſit in hoſtes vndecim Elephantos, quo hoſtes repreſsit, fugauit, vnde Alciatus Occiderabamur ait:

Bellua ſeruaſſet ut nos fœdiſſima Barrus,
Vt ſuperaſſe iuuat, ſic ſuperaſſe pudet.

Miſericordiam verò docet: Quondam enim puerum paruulum pungentem ſe attractum Elephas ſuper aëra leuauit, vt diſcerperetur in fruſta colliſus, ſed vt audiuit planctum, lento motu demiſit in terram illæſum. Hic creuit de Elephante: *Compeſcit molliter iras.* Addit Plutarchus: *Exiſtimantem tanto metu iniecto, ſatis illum pœnarum pependiſſe. Honos* verò, *quia Elephantes* (inquit Plinius) *Regem adorant, genua ſubmittunt, coronas porrigunt.* Quocirca Martialis:

Quod pius & ſupplex Elephas te Cæſar adorat,
Hic modo qui Tauro tàm metuendus erat.
Non facit hoc iuſſus, nulloq́; docente magiſtro
Crede mihi, numen ſentit & ille tuum.

Quocirca

Quocirca Oppianus affirmat, quod inter ſe Elephantes retineant certum ſermonem, cui etiam aſſentit Clemens Alexandrinus dicens: *Animalia omnis generis habent ſuum dialectum per quem ſeſe intelligunt & honorant.* Meritò igitur inſpectis præſentibus armis gubernationem tutoribus armorum, & hanc optimam addidimus & inſcripſimus.

His armis vtebatur D. Sieráwſki, qui inuaſus à prædonibus domi in villa ad Grodek in Podolia ſpectantem, crudeliter occiſus fuit, ſepultus Laticouiæ in Podolia.

SLONCE hoc eſt SOL.



DELINEATIO.

SOL omnibus notus, nam etiam talpæ ſentiunt ſolem licet non videant. Sunt qui ſolem neſciunt, illi nimirum, qui contra ſolem verſa facie loquuntur, attamen negare non poſſunt ſolem habere acutum gladium.

ORIGO.

SVmmum operis heroici quia declarant arma, virum quoque inter Senatores & nobiles pugnæ & paci deditos pro Patria demonſtrat; ſicut enim ſol inter planetas Regis officium tenet, ita ille primum ſummumq; honorem obtinuit oriente ſole, ſed quod fuerit meritum tanti præmij, Hiſtorici non tulerunt poſteritati. In Regno ſi acquiſita fuerant ſatis dictum, ſi verò aliunde importata ſunt, vtuntur enim ſole pro ſtemmate nobiles in Gallia & Alſatia, & alibi, ideò non modicum honoris, ſi in Regno ab Anno 1591. Præfecturarum dignitatem adminiſtrarunt.

HONORIS SPLENDOR.

HOnoris ſecreta admonitio. Non eſt dignum vt inde exigas honorem vnde refugis laborem. Ergo vaticinare: *Cui honori ſplendor, cui ſplendori honor debeatur.* Rudolphus ſecundus Imper. innuendo vtrumq; vt inquit Salomon Neugebauerius in Symb. docet: *Sit medium Deus & virtus.* Quapropter efformauerat currum, quem ducebant quadrigæ; aſsidebat currui ſol, quo poſito Politicum quoque ſolem & mundi ſplendorem, virtutem inſinuabat, vnde ſuppoſuit ſcriptum: *Sic ad aſtra.* Puta honos, ſplendor, via. Attigit propoſitum Chriſoſt. ſuper Math. *Quicunq; deſiderat primatum cæleſtem, ſequatur humilitatem terreſtrem: non enim qui maior fuit in honore ille maior, ſed qui iuſtior ille maior.* Ita eſt honor ſplendor, & ſplendor

honor. Argutè dicebat Seneca: *Pecunia ex quo in honore eſſe capit, verus honor rerum cecidit.* Hinc argumento manet, non eſſe honorem ſplendori, nec è contra, niſi iuncta ſint Deus & virtus. Prouidè in Prouerb: Seneca: *Quies tibi non deſidia ſit, & cùm ab alijs luditur, tu ſancti aliquid honeſtiq; tractabis.* Reddiderunt me hercule (vt ſine tergiuerſatione loquar) honorem ſplendori parentes horum armorum, cùm ipſum ſolem oculum mundi & lumen pro armis militaribus aſſumpſerunt, ſignificarunt nullum inter illos orcum & chaos, abyſſum tenebrarum & antri extare, ideò luminum tutores facti. Deſiderauit idem Carolus V. Quapropter in ſplendorem alti honoris aſſumpſerat ſymbolum *dicente Neugebauerio*: Super altiſsimam rupem extruxit arcem altitudinis præaltæ, deſuper formauit Zodiacum cæli, in cuius ſummitate affixit ſplendidiſsimum ſolem, & appoſuit dignum ſui præconceptus lemma: *Non in auge.* Quaſi diceret: *Nec hoc ſufficit.* Altiorem ſplendorem, altiorem honorem requiro, aucupor, verè hic luminum tutor & præſes deſiderauit fieri. Io. fauente vobis præſidibus horum armorum hoc video conceſſum, vt quod alij deſiderarunt, vos ſinu conſeruetis.

LINEA FAMILIÆ SOLIS.

ANtiquitate domus digno honore coronata, ab inferioribus inchoando proſequor. Maſzkowſcij, *Zymbranus, quem Vladislaus Iagello Rex, Præfectum in Camenecia Lituaniæ expulſo Vitoldi præſidio conſtituerat Anno* 1390. *vt habet* Bielſc. fol: 375. *Nicolaus & Ioannes Maſzkowſki ex Lencicienſi Palatinatu, electionem Sereniſſ. Vladislai IV. Regis ſubſcripſerunt.*

SOLTAN Alias SVLTAN.



DELINEATIO.

SVNT duæ cruces à gladijs, ſuper baſim fundatam in montium ceu arma Abdank formam habentium, in ſummitate baſis eſt ſtella lucida, pingitur ſuper ſcutum in campo rubeo, arma candida, ſtella aurea.

ORIGO.

PRæfefert ex nominis ſignificatione habuiſſe originem à Tartaris, qui Dynaſtarum filios Soltanos vocant. Quæ quidem appellatio tranſumpta eſt, poſtmodum ad honorem perſonis dignis exhibendum, vt quod latinis eſt: *Sua excellentia.* hoc illis *Sultanum* fertur, quod

quod tempore Vitoldi D. Litu. dum Kiiouiam occupauerat, Tartari verſus Kiiouiam irruerunt, congregatus Ruſſorum exercitus, parentem horum armorum cuſtodem poſuit, quem dum oppreſſerunt Tartari, die tota cum illis conflixit, & vſque ad noctem ſtellis lucentibus redijt. Hunc ſalutantes in caſtris ceu victorem & magni animi virum, lingua Tartarica *Sultanum* vocauerunt. Huic talia arma Dux Vitoldus dedit, nec à noua appellatione remouit.

LABORE ET INDVSTRIA.

INarduis quæ honeſtum & vtile Patriæ generant, hoc vnum perneceſſarium: *Labor & induſtria.* Seu *ſingulare ſtudium & cura*, vbi enim natura deficit, ibi ſolertia ſuppeditat. Hinc prouerbio dicitur: *Vincit ſolertia vires.* Vnde Polybius de prudentia Xantippi Spartiani ſcribens, qui Romanorum copias profligauit antea inſuperabiles, & Carthaginem collapſam erexit ait: *Et quid vires ſine ſolertia? periculoſiſſimum impedimentum.* Comparanda eſt ſolertiæ bonum cum Phœnice qui ſingularitate famoſus poſteritate monſtruoſus eſt. Hic dum ſeipſum funerat, renouat. Et vbi iam nemo, iterum ipſe, & qui non iam alius idem. Ita de ſolertia imaginandum venit, quæ ipſo labore & induſtria comparatur. Hinc miratur Plutarchus coruos Africanos, qui potu indigentes lapidibus iniectis in aquam ipſam ſubleuant & bibunt. Et canem vidiſſe dicit: qui eſuriendo mittebat in vas olei lapillos, & ſaturabatur. Quomodo *(inquit)* nouerat grauioribus immiſsis leuiora ſurſum elabi? quomodo nouit duo corpora vnum locum eundemq; non capere!

Mira eſt ingenij vis & ſolertia coruis,
Natura vt doceat quam ſit vbiq; potens.

Parens armorum præſentium qui fortem hoſtium manum retinuit & debellauit, laborem, induſtriam, & ſolertiam edocuit. Antiqui vt hæc tria inſinuarent poſteris, aratrum commendarunt, quod tanti gaudij & honoris fuit, vt etiam ſceptrum regium in formam aratri effigiarent. *Pier. lib.* 48. *cap.* 13. Nouerant enim quod labor & induſtria ſolertiam generant, ſolertia induſtriam & laborem conſeruant. Totum hoc diligenti opera tutores armorum præſcriptorum in bello, caſtris, iudicijs, & ſenatu mirificè propagarunt & promouerunt. Viuite & auratis mutate veſtibus atras.

LINEA SOLTANORVM.

SOltan, *cui primùm talia arma collata fuerunt à Vitoldo Soltan, qui imaginem B. V. M. claram miraculis Zorouicenſem inuenit. Habent hi originem ex M. D. Lit. nam Anno* 1390. *caſtra Litu. contra Lancaſtrum Angliæ Principem metata fuerant, vbi Soltanorum curia poſtmodum fuit,* Stric: fol: 487. *Iuanus Soltan ad Sixtum IV. Pont. Max. legatus cum Zachorowſcio* 1476. de illo Hippatius Pociey. *Soltan Alexandrowicz miles Sepulchri Domini, & aurei velleris Hiſpanici obſeruator, Theſaurarius Caſimiri in M. D. Lit. &*

Ioannes frater iunior Theſaurarius Supremus M. D. Lit. Fedorius Soltan Aulicus Sigiſm. Auguſt. Notarius Terreſtris Vlodimirienſis, ſubſcripſit priuilegium M. D. Lit. 1563. eius filius Bogdanus, cuius filius Fedorius, eius verò Alexander Vicesgerens Capitanci & Palatini Kijouienſis, Thomæ Zamoyſki Cancell. Regni. Iuanus Soltan germanus Fedorij Notarij erat Iudex Caſtrenſis Kijouienſis. Iuanus Capit. Propoiſceń. Fedorius Rzecicienſis Subdapifer. Erat ex hac Familia Ioſephus Soltan Epiſcopus Ruthenorum Smolenſ. enſium, quem Latinum ob vnionem ſanctam ſcripta Moſchorum referunt: Hunc Alexander M. Dux Lit. ad Helenam conſortem miſerat, vt inſtrueretur in Fide Catholica, erat poſtmodum Metropolita Kijouienſis, poſt Macarium Archimandritam Vilnenſem poſt Annum 1499. Hic de vnione & Florentino Concilio ad Niphonem Conſtantinopolitanum Patriarcham ſcripſit, poſt deceſſum illius Schiſma in Ruſſia vſq; ad Michaelem Rachoza qui Clementi VIII. reddidit obedientiam.

S R O C Z N I K.



DELINEATIO.

EST pica ſuper aridum & deciſum ramum ſtans in campo ſanguinco.

ORIGO.

CAmpus cruentus oſtendit in campo Martis acquiſita fuiſſe, ac militi *Sroká* nuncupato conceſſa. Eſt enim ominis boni pica atque bellicum ſonare poteſt, vt in diſcurſu patebit. Quocirca militi *Sroká* dicto etiam picus in armá nobilitatis ceſsit.

AD BELLVM VOCO OB PACEM.

FRuctus belli Pax. Qui igitur claſsicum ſonat ob firmandam vel acquirendam pacem, non dicendus ille tyrannus cùm nolit ſanguine innocuo maculari, ſed Pater Patriæ nuncupandus erit. Pica vocabat quondam ad bellum, *ait Plutarchus.* Auditis (*inquit*) Romanis buccinatoribus, obſtupuit e veſtigio & ſiluit, quæ loquax tunc erat, poſt dies aliquot quaſi expergefacta, omnem buccinatorum ſonum harmoniam & numeros ſumma admiratione omnium reddidit. Vocauit igitur ad bellum, verùm ob firmandam ſtabiliendamq́ue pacem. Domeſtica namq́ue ales quietem exoptat, dicitq́ue: *Nulla ſalus bello pacem te quærimus omnes.* Quocirca miles Sroká non tyrannici


nies dominij vltor, ſed Regni pacifici miles, bello pacem quæſiuit, gladio pacem firmauit. Lego pacis ſymbolum picam fuiſſe bellatoribus, *in Pier. lib. 23. cap: 17.* Ezelinus in Feltrinos mouerat bellum, pica obuiam facta in eius delapſa humerum, vel vt alij volunt militari ſigno inſedit, quam manu captam in omnibus expeditionibus contulit. Sequitur ominis effectus, mœnibus vt appropinquauit, populus cui plurimum in loquendo ſtudium, miſit ex vrbe legatos, qui ſe Duci dederunt, pacataque ad eius arbitrium omnia nunciarunt. Strenuo huic bellatori inſedit haſtæ vel humeris eadem ales, ideò ceu victori in ſignum honoris ceſsit.

LINEA FAMILIÆ SROKA.

SRoká *miles, cui primitus hæc arma collata fuerant.*

Rochciccij, *ex quibus à Maximiliano & Imperatore venerat ad Mſcibouienſe concilium ad M. D. Lit. Dominos, cum omnimoda authoritate & literis, ſi in Regem eligeretur, ſed quia iam coronatus in Regem Sereniſſ. Stephanus Bathorius fuit, receſſit.* Bielſcius folio 735.

SVCHEKOMNATY.



DELINEATIO.

EST tuba venatica nigra argento decorata ligatura argentea crux ad ligaturam. Super coronam tres pennæ Strutionis.

ORIGO.

APparet auulſa à tribus tubis. Dum enim Ducis exercitus ſeruaret honorem, vnus ex tribus tubis in bello contra Pruthenos pro Duce Maſcuiæ, militi fortiter & victoriosè pugnanti, conceſsit vnicam tubam variegatam argento cum cruce, atque conciliauit à Duce in Maſouia ad Ciechanouiam bona Suchekomnáty, à quibus bonis & miles & arma ſumpſerunt originem ſuæ appellationis.

GRANDIA CANO.

VIrum armaque cano, cuius eſt aut vincere aut mori. Herculeus namq; animus altaque cogitatio triumphantis, nulla eſſe alia vel potuit vel fuit. Refert Plinius & Diadorus, canes duos dediſſe Regem Sophitæ Alexan-

Alexandro Magno, quorum hæc auiditas fuit, cum ſolo Leone vel Elephante pugnare. Quapropter Iul. Cæſar Capaccio lib: 2. Impreſarum depinxit hunc canem ad dorſum leonis conſternati, & dedit legendum: *Nec cæſus cedam.* Profectò clari & fortis bellatoris eſt ita velle vincere, vt nec læſus cedat. Tuba bellica accendit vires bellicoſi equi, vt Iob 39. dicitur: *Vngula terram fodit equus, exultat audacter, in occurſum pergit armatis contemnit pauorem nec cedit gladio, vbi audierit buccinam odoratur bellum.* Quod ſi equus ſumit vires audita tuba, quid cogitandum de viro forti & triumphatore, quo ſcilicet pectore victoriam ſtatuit, ſi verò vincere Bellona aduerſa non permittit, mortem inuocat, mortem cupit. Hinc vnius triumphatoris in bello occiſi inſculptum ſepulchro legitur: *Virtus ſepulchrum condidit.* Præſentia Arma nobilitatis non aliud mehercule parenti eorum inſonarunt, quam vel vincere vel mori, & hoc vnum cauſa honoris ratioque triumphi extitit: *Grandia cecinit, grandia in præmio obtinuit.* Videbam ſymbolum, vbi gallus vigilans ſuper iacentem bellicam tubam ſtabat, & vocem edebat. Quid quæſo cantus eius ad cantum buccinæ? Equidem plurimum: Vbi ſic cecinit gallus, pax obuenit, vbi verò canit bellica tuba, claſsicum ſurgit. Igitur grandia canite pacis, grandia canite belli, ſic grandes grandibus, grandiora obtinebitis.

LINEA FAMILIÆ SVCHEKOWNATORVM.

SVchokownácki *miles, cui primùm collata ſunt talia arma, & bona à Ducibus Maſouiæ, in Ciechanouienſi diſtrictu ſunt bona Suchekownáty, quæ fuerant conceſſa prædicto militi in hærēditatem.*

Kownáccij *in Ciechanouienſi, antiqua & numeroſa Familia, clara meritis.*

Milanowſcij *in Palat. Cracouienſi, ex quibus aliqui tranſierant in Podoliam, viri bello clari, meritis præmia meruerunt. Ioannes cum Sereniſſ. Stephano eximius miles, cuius bona in Palatinatu Cracouienſi ad diuerſos nobiles per ſorores translata ſunt.*

Huchrowieccij, *alias Hurowieccij in Palat. Crac. vnus illorum erat Burgrabius Cracouienſis. Nicolaus inter* 12. *& in Podolia viri triumphis, iudicio, & poſſeſſione clari.*

Vrowieccij, *qui eximia rei militaris contra Tartaros experientia ad dignitates & poſſeſſiones plurimas peruenerant. Nicolaus Rothmag. Sereniſſ. Regis Stephani magnus bellator, Moſchorum ſtrages, ſuper Dzwinam fluuium cito ſuperſuit pontem pro toto exercitu eundo verſus Sokolum* 766. Bielſcius, *ex totis expeditionibus Moſchouiticis clarus, habuit Vicecapitaneatum Cracou: ipſius germanus, vir in negotiis Reipub. & legationibus ſumme perneceſſarius fuit. Venceslaus Vrowiecki Succamerar. Chelmenſis, vnionem Ducatuum Oſuiecinen. & Zatorenſem ſubſcripſit* 1562.

Drabinſcij *in Plocenſi Palatinatu, de paruo Drabin. Petrus cognominatus Kánia eximios filios marti & virtuti deditos Reipub. progenuerat.*

Kaznow-

Kaznowſcij *in Lublinenſi, de Stepkow vocantur Sopotij.*

Slowikowſcij *in diuerſis Palatinatibus, ex Makonienſi diſtrictu exierunt. Iacobus eximius miles ſub Luccoria.*

Tuczkowſcij, *Ioannes Vaſilewicz eorundem armorum.*

S V L I M A.



DELINEATIO & ORIGO.

EST media Aquila expanſis alis in ſcuto ſupernè coloris nigri in campo flauo, infernè verò habet ſcutum tres lapides pretioſos in modum trianguli diſpoſitos in campo rubeo. Super coronam media Aquila cum expanſis alis. Germania originem dedit, in Regnum illata ſub Boleſlao Chriuouſtio, circa Annum 1125.

RERVM PROSPERITAS.

NVlla fortè gens eſt quæ Aquilis ceu Regulis auium non plurimum daret. Perſæ ante Romanos multo tempore auream Aquilam pennas extendenti ſimilem obtulerunt ſacris. Anacreon ſcribit Iouem aduerſus Titanas profecturum ſacrificium cælo feciſſe, aquilæ volatum proſpero auſpicio victoriam protendiſſe, atque inde inſigne bellicum auream Aquilam geſtaſſe. Hinc huic aliti ætatum & auriſpicum omnium conſenſu id honoris datum, vt magnarum rerum ſemper proſperi euentus ſignificatione auſpicia faceret. Quocirca etiam circa Platonis ſepulchrum volitantem poſuerant, cui inſcripſit in Platone D. Laertius.

Cur Aquila ad tumulum hunc volitas? dic nunquid ab aſtris,
Hic habitare Deum fortè aliquem intuita es?
Imò anima extincti ſum diua Platonis Olympum
Quæ colo, ſed corpus terrigenum Attica habet.

Rerum proſperitatem meritò tutoribus armorum præſagire licebit, ſi Aquilam, & hanc expanſis alis ceu volantem, atq; ornatam lapidibus prætioſis conſeruant. *Dicit Pier. lib. 19. cap. 2.* quod in huiuſmodi augurijs obſeruabant veteres, quo geſtu Aquilam ſpectaſſent, nam ſi volantem conſpexiſſent, fauſtiſsimum & citra puluerem augurium putabant; ſi verò ſedentem ani-

m aduertiſſent, præclarè quidem rei augurium ponebant, ſed laboris pluri-mum perneceſſarium ad adeundum. Hæc igitur Aquila noſtra cum & volare videatur, & aurum atque lapides pretioſos deferat, maiorem felicitatem protendit quam Tarquinio Priſco cui pileum Aquila abſtulerat. Quocirca & graues in Republica Senatores, & magnos in Caſtris triumphatores, & diuites in Patria ciues hæc Familia tenuit, aluit, ſeruauit. Hinc de Oporouio Sulimeo Vladiſlauienſi Epiſcopo dicitur:

Fecit Oporouio Iuriſprudentia Nomen,
Abſtinuit tamen hic lite quietis amans.
Æquat humo templi ſublimia tecta prioris,
Quæritur in qua ſuo machina priſca loco.
Sic nomen volucris referens illuſtre parentum,
Gemmatas fruſtra haud ſtemmate condit opes.

LINEA FAMILIÆ SVLIMA.

SVlima *miles, cui talia collata fuerunt arma in Germania, ex cuius lumbis in Regnum Poloniæ deſcenderat vnus, cuius poſteritas magno ſplendore illuſtrauit nomen & Regnum. Habuit filios quinque, qui in has oras deduxerant animum & fortunam, aliqui illorum in Podoliam deſcenderant, atq; ſua domicilia conſtituerant, nunquam mutato cognomine ab armis qui ad Annum* 1600. *durarunt. Vltima Matrona Sulimæ in Podolia Camenetiæ curiam moriendo donauit nouiter fundandis Sanctimonialibus S. Michaelis Ord. Prædicat. In Sendomirienſi Palatinatu adhuc Dei benignitate extat Sulimorum Familia, & inde ſubſcripſit Electionem Sereniſſ. Regis Vladisl. IV. Georgius Sulima de Czarna. Komka Ioannes Epiſcopus Vratislauienſis conſecratus a Iacobo Swinka Archiepiſcopo Gneſnenſi* 1292. ait Dlugoſsius.

Zauiſius Niger, qui magnopere Zauiſſiorum Familiam illuſtrauit, De quo Cromer. lib: 18. & 19. Bielſc. ſub Anno 1403. *& in bello Grinualdenſi, & in Coronatione Reginæ Sophiæ, qui plurimos hoſpites die Veneris Cracouiæ qui tunc Coronationi cum Cæſare Sigiſmundo aderant hoſpitio excepit, & multa beneuolentia tractauit, erat Capit. Scepaſien. Hic Legatus miſſus ex Comitijs Nepolomicenſibus ad Cæſarem Sigiſmundum occupatum bello Bohemitico, captus ab hæreticis & Pragæ detentus multo tempore, ex qua dimiſſus captiuitate iuit contra Turcas Anno* 1428. *cum Sigiſmundo Imperatore, ſed cum Cæſar reducem metuentem pedem per Danubium, maluit fortiter pugnare, qui captus a Turcis & deductus ad Tyrannum ex controuerſia inter duos orta, a quo nam captus propriè eſſet, occiſus ab vno fuit. Vir erat omni vita, belli, paciſq; artibus clariſſimus, & ſempiterna memoria dignus. Extat illius memoria Cracouiæ apud PP. Franciſcanos, vbi legitur:*

Arma tua fulgent ſed non hic oſſa quieſcunt,
Diuæ memoriæ miles ô Zauiſſa Niger.

Duo-

Duos etiam optimos Patriæ ciues amiſit Regnum, Zauiſſios Nigros per tyrannidem Turcarum ad Varnam ſeu Dioniſipolim Martinum & Stanislaum Anno 1444. *de qua clade & captiuis atq; occiſis* Cromerus ad finem Libri vigeſimi primi. *Erant filij Zauiſij Nigri,* vt adnotauit Cromer. *Vnius horum filia Barbara erat conſors Comitis de Tarnow Caſtell. Crac. M. Ducis Exercituum Regni, quæ vixit* 70. *Annis, mortua* 1517.

Farureij, *eiuſdem cum Zauiſio domus & fratres,* vnde Cromer: lib: 16. *Erant in Aula Sigiſmundi Imperat. plures Poloni equeſtris Ordinis, inprimis Zauiſius Niger, Ioannes & Farureius, Garbouius, fratres gente Sulimei. Hi noluerunt cum Imperatore adeſſe pugnæ, quæ pro Pruthenis contra Regem Pol. fuerat, vt notat omnes nobiles in Curia exiſtentes Cæſaris* Bielſc. fol: 292. *Paulus Farurey Tartaros ad Miedźibozum circa villam Radzinice profligauit, ad tertiam noctis pugnando occidit* 400. Bielſcius ſub Anno 1516. *Hic aduerte quod Farurciorum Familia ſit antiqua, & quod ex nemine Farurey nuncupati ſint Farureij, qui erant ante appellati Gárbowſcij, quod liquido apparet* ex Bielſcio fol: 33.

Garbouij, *de quibus* Cromer. & Bielſc. *vt ſuprà diximus, eſt Epitaphium in Kolo inciſum lapidi.* Generoſus Ioannes de Gárbowo cæſus apud Choynice, hic ſepultus 1490. *Fuiſſe hunc germanum Farurey docebat* Cromerus, *vt ſuprà, verùm* Bielſcius ſub Anno 1413. *Garbouſcios duos etiam meminit Ioannem & Farureium ex Dlugoſſio, qui Budzini militares haſtas cum decore Familiæ peragebant, eoſdem folio* 307. *in bello ad Coronouiam.*

Wlodek, *Bartholomeum Wlodek* Cromer. lib: 18. habet, *qui contra Albertum Epiſcopum Crac. eò quod Petri Wiß filiam in conſortem habuiſſet, & inimicitias conſeruaret, non leuiter inſurgebat, ni Tarnonius & arx ſerata obſtitiſſent. Ioannes Wlodkowicz armorum Sulimá hæres in Kniebynice Caſtell. Halicień. Leopoli in Eccleſia Metropol. altare B. M. V. fundauit, quod Odrowaz Epiſc. conſecrauit* 1441. *Ioannes inter occiſos vitam ſeruauit patientiam bello cum Tartaris:* Herburthus folio 261.

Chárbinowſcij, *Stanislaum Chárbinowſki qui Regi ſignificauerat de Henrico Plauenio Magiſtro Pruſſiæ, quod magno exercitu ad Coronouiam à Tuchola tenderet,* Bielſc. fol: 305. & Cromerus ante ipſum lib: 17. *Petrum Charbinouium Præfectum Podoliæ* refert Cromer. *& in bello Grunoualdenſi Charbinouicius ponitur* à Bielſcio fol: 295.

Oporowſcij, *antiqua & clara meritis & titulis Familia. Nicolaus Palat. Lanciciensis, vir grauis maturitate iudicij & Reipub. conſilio, quales illa ætas libenter reuerebatur, ſubſcripſit priuilegium Vladislai ſub Czerwienſko* 1422. *Conſors ſua Chriſtina, ex qua ſuſceperat filios ſex, Vladislaum, Stephanum, Boguslaum, Petrum, Nicolaum & Ioannem. Quorum primus Vladislaus Regis Poloniæ Procancell. Decretorum Doctor, Decanus Crac. Præpoſitus Lancicień. Canonicus Vladislauień. fuit, ſicut patet ex Priuilegio Vladisl. Cracouiæ*

dato 1433. Demum Anno 1434. Vladislauień. Epiſc. vnanimiter ex beneplacito Regis Vladislai electus per Eugenium IV. Pont. Max. confirmatus, & ab Alberto Iáſtrzębiec Archiep. Gneſnenſi Sbigneo Cracouienſi, & Ioanne Chelm. Epiſcopis, in Eccleſia Ord. FF. Prædicat. Lanciciæ 19. Septemb. conſecratus fuit, qui cum Annis ſedecim & Menſibus octo Eccleſiæ Vladislauienſi præfuiſſet, ad regimen Metropolitanæ Gneſnenſis, poſt Vincentium Koth per Nicolaum V. Pont. Maximum Anno 1449. translatus fuit, quam cùm annis quatuor & dimidio gubernaſſet Paraliſi obijt Oporouij 1454. & ibidem in Eccleſia S. Pauli primi Eremitæ epultus fuit. Petrus eius germanus erat Vexillifer Lencicienſis, poſtmodum Palatinus, cui ille omnes pene theſauros vnà cum Oporouienſi arce teſtamento leguit. Habuit enim ſibi inter alios fratres magis dilectum, ſicut Author Epiſcoporum Vladislauienſium poſt alios refert, ſubſcripſit Priuilegium Vladisl. pro libertate Eccleſiæ 1433. Palat. Lancic. Ioannes erat Palat. Breſleń. 1475. Andreas Oporouius Iuriſconſultus Archidiaconus Gneſnenſis, Canonicus Plocenſis, quem cum non plenè Capitulum Plocenſe in Epiſcopum elegerat, nam ſex ex intentione Friderici Imperat. Caſimirum Boieslai Vratislauienſis Ducis filium, duodecim Stiborium Pielſcium gente Przerouium Archidiaconum Plocenſem, & ſex Andream Oporouium, illum Caſimirus Rex Pol. literis deſignatione & Nuncio Nicol. Chrzaſtowſki Vexillifero Cracouienſi impenſius promouit, ſed Sixtus IV. vt omnibus ſatisfaceret Caſimirum Ducem Annos 18. habentem Epiſcopum Plocenſem renunciauit, & Oporouium Epiſcopum Varmienſem translato Nicolao Tungeno in Camenecenſem conſtituit Anno 1471. Cromer. lib: 27. fol: 408. *Eraſmus Oporowſki Caſtell. Cruſuicień. cuius manum & ſubſcriptionem ceu benefactoris & eleemoſinarij habet Monaſterium Mogilnicenſe, conſors ipſius Kámieniecka armorum Pilawa, ex qua ſuſcepit filium Stanislaum. Cruſuiciæ plurimorum cernuntur Epitaphia, vbi Præfecturas tenebant, quorum vnus Capit. Cruſu. habuit conſortem Caſtell. Belzenſis Herburth filiam cum qua reliquit prolem. Stanislaus Oporowſki Decanus Crac. Protonotarius Apoſtol. Procancell. Regni Priuilegium Vladislai libertatis Eccleſiæ & perſonarum ſubſcripſit 1433.*

Służewſcij *de Służewo in Cuiauia antiqua Familia, Ioannes Caſtell. Breſtenſis 1475. Waſko Vexillifer Breſtenſis 1436.* vt dicit Priuilegium apud Prilufcium lib: 5. cap. 3. *Ioannes de Służewo Palat. Breſtenſis, Capit. Conineń. Legatus in Pruſſiam,* Bielſc fol: 619. *ſubſcripſit Priuilegium vnionis ad Regnum Ducatus Oſwiecimeń. & Zatorień. 1562. ſepultus in Służewo.*

Szopſcij, *eiuſdem diuiſionis cum Służewſcijs. Nicolaus Iudex Bobrownicenſis, Petrus Tribunus Dobrzynenſis.*

Chodowſcij, *eiuſdem diuiſionis bonorum in Bobrzynenſi Terra.*

Gámrátij, *Familia antiqua & magnis honoribus in Eccleſia clara, veniunt à quinto filio Sulimæ qui in Regnum venerat. Ioannes Gámrath Nuntius ante Legatos ad Sigiſmundum Imperatorem vt nepotes ſuas filias Adalberti Ar-*

chiducis

chiducis Auſtriæ vnam Vladislao, alteram Caſimiro concederet, ſed malè informauerat ignarus rei Imperatorem, cum futuros legatos dixiſſet, vt in cura ipſius Vladislaus Iagellowicz Rex fieret, Bielſc. fol: 351. *Stanislaus Gámrath Caſtell. Polanecenſis ſubſcripſit in Iedlna Priuilegium Vladislai Regis libertatis nobilium & Eccleſiæ. Petrus Gámrath quem blanda fortuna & Bonæ Sfortiæ Reginæ beneuolentia ad magnos in Eccleſia Polona gradus euexerat, nam ex Archidiacono Pultouienſi, Decano, Varſau. Parocho Viſcouienſi Epiſcopus Camenecenſis* 1532. *translatus ad Præmislień.* 1537. *inde ad Plocenſem poſtquam Choienſki ad Cracou: Pauli III. Pont. accedente conſenſu* 1535. *tum ad Cracouienſem poſt deceſſum Choienſcij* 1538. *tum per Martinum Cromerum per literas obtinuit quod ſimul cum Archiep ſcopatu Gneſnenſi teneret quoq́ Cracouienſem poſt Ioannem Látálſki* 1541. *Obijt Cracouiæ Ætatis* 58. 1545. *De hoc Ianicius:*

Vir grauis ac conſtans & Regi gratus & Aulæ,
Et Chriſtoph. Kantſki in Crac. Epiſc.
Extulit & rara & patrio memorabilis orbi,
Sors Petrum geminæ ſedis honore ſuum.
Nec malè norat eam gratuitas, conſtantia, magni
Largaque dextra viri conciliare ſibi.

Author Plocenſium Epiſc. ita de illo: Creditur certè quod cum ſupremis fatis admoneretur, longè diuerſum genus vitæ quàm quod in iuuentute vixerat ſuſcepiſſe, & ob præclaram liberalitatem quá erga egenos ferebatur, alijs quoq́ virtutibus cum eximia vitiorum deteſtatione mortem piè & feliciter obijſſe. Eſt ipſius effigies Cracouiæ apud PP. Franciſcanos in clauſtro mortuorum, ſepulchrali verò ipſius manet inſcriptum.

Gamrathum Regina potens Bona Sfortia Petrum,
Cracouiæ & Gneſnæ Pontificem ſtatuit.

Nunc iterum hoc nomen Gamratus aliqui aſſumpſerunt; Ex Belzeń. Palat. ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Vladisl. IV. Gamratus Ioannes de Przew Przewſki.

Przyluſcij *in Biecenſi diſtrictu, viri literis & honeſto dediti, ex Gamratijs deſcendunt. Iacobus vir iuris nobilis peritia inſignis, cuius memoria eſt, ſtatutum Regni compilatio, in quibus contra libertates Iudæorum, quod illas Boleslaus Dux Caliſiæ Atauus Caſimiri Magni non debuit vt contrarias legibus concedere inſurgit ſed illi fortè negabunt dicta Priluſcij & confirmationem ab alijs Regibus & Pontificibus etiam producent,* vt habet Sarnicius fol: 284.

Rádziuil, *qui ex M. Duc. Litu. ſuſcepit hæc arma ad Chrodlo* 1413. Bielſc. *nunc vtuntur illis Ioannes Sawicz Ryczgorſki, Gotuntouij Ioannes, Bartholomæus, Martinus ex Strawinſka nati.*

Milonſcij, *notant de Oporow Familiam, ſed quia Vladislaus Oporowſki Caſtell. Inouludsłauień. bona Milonice obtinuerat in Lencicienſi Palat. vocatus fuit*

Milonſki, vixit circa Annum 1498. Nicolaus Caſtell. Brzezineń. emit bona Slawoßow 1468. quæ in eorum poſſeſſione eſt. Ioannes & Nicolaus fratres filij Caſtellani Inoulodislavień. diuiſerunt inter ſe bona, ille accepit in Terra Lenciciensi, iſte in Maiori Polonia. Hinc à bonis Grocholmo Grocholinſki nuncupatus fuit Anno 1534. Stanislaus, Ioannes, & Sebaſtianus Milonſcij fratres germani bona inter ſe diuiſerunt. Hieronymus hæres in Slawoſsewo eorum patruelis, poſt militarem, Secret. R. M. Bonorum regalium reuiſor in Maiori Pol. Adminiſtrator Zuparum Wielicenſium, Tribunus Syradienſis, tum Caſtell. Roſperſceń. procedit virtute ad maiora. Eius parens Sebaſtianus atq; Auus Sebaſtianus Aulici Sereniſſ. Regum, hic Sigiſmundi I. ille Sigiſm. Auguſti.

Liczkouij *in Pilznenſi diſtrictu. Ex his erat Martinus Præpoſitus Tarnouień. cuius nepos Petrus Lyczko:* Epitaphium in Tarnow.

Zabokrzeccij *in Lencicienſi Palatinatu.*

Szalowſcij *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Borkowſcij *ibidem.*

Oziemblowſcij *in Sendomirienſi Palat. & in Samogitia, vnde Hieronymus electionem Sereniſſ Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Vlanowſcij *in Maiori Pol. Ioannes Caſtell. Rogozinenſis 1413. cuius meminit Priluſcius lib. 5. cap. 3.*

Sułkowſcij *in Lencicienſi Palatinatu, & in Podolia.*

Przyborowſcij, *Dobieslaus Notarius Caſtrenſis Poſnanienſis. Martinus frater ipſius Canonicus Poſnanienſis.*

Kilewſcij, *Stanislaus Canonicus Gneſn. Decanus Pultou. Epitaph. Gneſnæ 1550.*

Trzćienſcij *in Palatinatu Crac. ex Gamratis veniunt, quia enim Gaſpar Gamrat in ſocietatem matrimonij aſſumpſerat ſibi Czarnkowſka hæredem in Trzćiány, & alijs poſſeſſionibus inter Sędziſow & Rzeßow a villa Trzćiány vocatus fuit Trzcienſki, cuius filius Gaſpar medietatem horum bonorum vendidit Domino Sępichowſki, & hic Gaſpar tres filios hanc vitam mortalem intueri fecit cum coniuge Skotnicka de Familia Ligęzow, Chriſtophorum, Stanislaum, & Venceslaum. Chriſtophorus duas vxores duxit, primam Kwilinſka, cum qua edidit filios Georgium & Ioannem. Georgius homo maximæ dignitatis & ſapientiæ, & apud Rempub. benè promeritus. Ioannes verò ſteriliter deceſſit, alteram coniugem duxerat Rzeßowſka armorum Wężyk, Adami Rzeßowſki filiam, cum qua filios progenuit, Adamum, Stanislaum, Chriſtophorum, & Nicolaum. Hi igitur tres Adamus, Stanislaus, & Nicolaus, vitam ſuam Patriæ inſeruientes militiæ conſecrarunt & de Repub. benè erant meriti. Quartus tandem nomine Chriſtophorus Archipresbyter & Parochus Eccleſiæ Beatæ Mariæ in Circulo Crac. vitam honeſtiſſimam tali honori congruam & condignam, totiq; Vrbi ampliſſimæ notam multisq; annis præclaram duxit. Huius frater vterinus Adam, qui adhuc in viuis extat*

duos

duos filios huic vitæ mortali ſuperſtites edidit. Nicolaum qui in Ordine Societatis IESV præclarè viuit. Alexandrum, qui primo in Aula Illuſtriſſimi Martini Szyſſkowſki Epiſcopi Cracou. tandem poſt deceſſum eius in Aula Nepotis ipſius Illuſtriſſimi Epiſcopi Varmienſis, multis annis ſuis præclaris meritis bonum nomen magnæq; æſtimationis apud homines nunquam morituram famam ſibi comparauit. Tertius tandem Georgius nihil à veſtigijs progenitorum ſuorum decedens ad obſequia chariſſimæ Patriæ paratus, mala valetudine compulſus eſt propoſitum ſuum mutare. Alter filius huius Gaſpari Stanislaus accepit Buchowſka de Terra Præmyslienſi, vnicumq; tantum Stanislaum nomine reliquit, hic tandem ſociando ſibi in coniugem Rzeſowſka quam Márchocka progenuit, filios produxit Chriſtophorum & Ioannem, qui in variis expeditionibus contra hoſtes Patriæ cum magna Familiæ ſuæ atq; immortali fama decertarunt, quorum vnus nomine Ioannes apud Turcas captiuus viribus fractus, huic vitæ miſeræ valedixit. Tertius huius Stanislai filius nomine quoq; Stanislaus, in Aula Illuſtriſſ. Domini Dnoſſ Palatini Siradień. Filiisq; ipſius ſua obſequia præſtans cæteras nationes, Italiam, Galliam, ac Hiſpaniam petijt, tandem ad paternum ſolum Deo fauente rediens, in huius præclariſſimæ Familiæ obſequiis vitam ducit. Tertius filius Gaſpari Venceslaus de Czarnkowſka genitus, tres filios excepit, Ioannem, Martinum, Stanislaum, qui poſſeſſiones ſuas Domino Dębicki vendentes, ſteriliterq; viuentes, de hac vita migrarunt.

Sulikowſcij ex *Lenczicienſi.*

Iacimirſcij *in Podolia. Paulus Aulicus Regius reliquit filios Chriſtophorum & Andream. Chriſtophorus habuit conſortem Hynko filiam, quæ prius erat Piaſecij conſors, erat eximius miles in Moſchouia & alibi, ex duabus conſortibus reliquit Stanislaum, Ioannem, Petrum, & Paulum eximios milites, & filias Annam Laſkowſcij, & Sophiam Ioannis Slomowſki conſortes. Hic reliquit filium, qui in Ordine Prædicatorum Theologus, virtuoſi ſplendoris colligit incrementa. Ex Paulo filio eſt Ioannes ex Chocimirſka natus, qui contracto matrimonio cum Chomętowſka reliquit prolem. Adrianus quem alij Andream dicunt, erat Legatus in Turciam Pocillator Podoliæ.*

SOWA

S O W A ſiue N O C T V A.



HOſtem latitantem fortè exprimunt hæc arma, quem vigilans miles diuturna expectatione fatigauit, & oppreſsit. Quod ſi ita eſt, dicere poterimus:

In vos nempe omnis cæli pelagiq; rapina eſt,
Et fatale rapit, quem manet exitium.

DE CHARIBDI IN SCILLAM.

ADuerſæ fortunæ quæ ad ſublimia deiectum non leuiter promouet, ſed funditus deprimit, conuenit dictum, ſed etiam hoſti infeliciter bellanti, qui vitam, fortunam, ſubſtantiam, & famam ſimul amittit in bello, quadrare poteſt, nam ſic depreſſus, ſi fugit à conſpectu leonis incidet in vrſum, ſi propriam adierit domum, ei obueniet ſerpens. Tutoribus igitur horum armorum linceis oculis præditos eſſe neceſſe eſt, vt Xenophon quondam ſuo Cyro dicebat:

Et muros penetrant fulgentia lumina Lyncis,
Et ſecreta acies perſpicit ingenij.

Eo enim pacto non caditur de Charibdi in Scillam, atque eodem hoſtes Patriæ truduntur in Charibdim vt veniant in Scillam. Noctua in die dormit in nocte vigilat. Tu die noctuque vigiles. Illa latitat, tu latitare deſine, ſi vigilare cupis, ſic tibi exanimi ſententia omnia ſuccedent. Noctua Athenienſibus indicium victoriæ fuit, *ait Suidas.* Quapropter ipſis fæliciter agentibus creuit dictum: *Noctua volat.* Quocirca & in nummis vbi ex vna parte ponebatur Pallas Galleata, ex altera ponebatur Noctua. Omnia hæc in nomen fortunamque his qui tuentur arma præſentia, nec patiuntur in æternam lumina claudere noctem.

LINEA ARMORVM.

SOwá *ab Armis miles vocatus.*

Piaskowſcij, *vnus illorum ſepultus in Buczac quieſcit cum his armis, cognominatus Sowá.*

Sowká, *ſed ſunt differentes alij armorum Prawdźic,* vt patet in Bielſcio fol: 253. *Alij horum armorum diminutiuè dicuntur. Iuanus Sowká Pontium Curator ex Terra Vneſſcenſi. Receſſum de vnione Litu. 1563. ſubſcripſit.*

STOŁOBOT.



DELINEATIO.

EST ſagitta fundata ſuper duos triangulos, ornata in medio duabus crucibus. Aliquot arma nobilitatis iam adnotauimus cum ſimili fundamento duorum triangulorum. Venit mihi in mentem non hic exprimi Mathematicos triangulos, ſed caſtra Tartarorum, illorum enim tentoria ignobilia ſunt, quas Kotarchas vocant, formantur verò in modum triangulorum ſæpeſepius, & ibi ab iniurijs cæli ſub laponcijs delitеſcunt. Apponunt his alij ſuper coronam caudam Pauonis.

ORIGO.

A Ducibus M. D. Lithu. ortum habet, vbi & ſedes ſuas primas retinet, ſed quia miles Stołobot in Seueria Moſchouitica vulgò dicta domicilia habuit quæ Ruſsis iuncta eſt, ideò conformitatem ad Volhynenſia arma retinuit. Itaque caſtra ſeu Tartaricum Koſſum euerſum in armis repræſentat, ſagittis & frameis funditus quaſſatum.

VT CRESCAS.


OMnibus ſub luna degentibus id è cælo conceſſum vt creſcant: Sed diuerſa res adeò eſt, creſcere generatione, & creſcere virtute. Omni nobilium cœtui quibus arma ſunt inſigne generis, eſt quoque ſpeculum virtutis, quomodo ſcilicet eorum maiores creuerunt, & quo ipſi quoq; debeant creſcere modo. Apud Iulium Capacio, video libro primo expoſitam auream pateram, ex qua triticeæ pendent graues grandeſque ſpicæ, additum legenti: *Fælici numine creuit.* Profectò certior modus creſcendi haud eſt. Nil ſine Deo. Nil ſine Fide. Nil ſine conſcientia creſcit. De Primo: *Omnia poſſum in eo qui me confortat.* De Fide: *Sine Fide impoſſibile eſt placere Deo.* De Conſcientia: *In maleuolam animam non introibit ſpiritus ſapientiæ.* Hinc Aug. lib: 4. de Ciuit. Dei. Rerum, gentium, nationumque Imperium penes Reges erat, quos ad faſtigium honoris non ambitio popularis, ſed ſpectata inter bonos moderatio prouehebat. Quapropter ſanguine & vir-

u... hæroica præſtantes, non inſtant vt ſibi honores proferantur, ſed ipſa Reſpub. dignos iudicat honore. Gloriam enim & honorem non debet ſequi virtus, ſed ipſa virtutem. Ita Catoni ciuitas alma ob eius virtutem non petenti detulit honorem. Parens armorum præſentium quia creuit, præſuppo nit meritum non auri vel argenti, ſed obſequiorum Patriæ & Duci, in gladio, ſanguine & vita. Reſtat tutoribus modernis, reſpondere factis, *Sequimur, vincimus morimur.*

LINEA STOŁOBOTIORVM.

STołoboth *primus parens armorum miles ſtrenuus, Wincouij eximij in caſtris. Semianus Winko in Ruſſia à Sigiſmundo Auguſto ſuſcepit bona pro meritis. Iuanus Winko ad Wielikoluki virtute hæroica præſtans miles. Baſilius Winko occiſus ad Drohobuzum. Nicolaus Rothmagiſter ad munitionem Białokumenſem in Liuonia è tormento bellico vitam finiendo, fortis animi ſanguine deſcripſit trophæa. Manent in diſtrictibus Kowenuenſi, Volhyniæ & Trocen. Palatinatibus.*

SZASZKO.



DELINEATIO & ORIGO.

EST litera M cum cruce. Hanc differentiam tenent arma hæc ab inſignijs Maſalſciorum, quia in illis litera M omnibus lineis recta, & crux rectis lineis conſtans. Hic verò Linea vna à recto declinans, & crux non in rectum formata, quod communiter Ruthenis proprium, vt tranſuerſum crucis deferant inclinatum. Opinor quod nomen militis vel loci, in quo Chriſtianus ex paganis trophea deduxit. Super coronam ſunt tres pennæ Strutionis.

POST TEDIA BELLI.


PVgnam aliqui deſcribunt Ciconiæ cum ſerpente, & poſt longa tædia belli, ſerpentem draconem Ciconia deuicit, & tale obtinuit gramma. Equidem deiectis barbaris à fidelium conſortio & Regno, barbaris inquam, prædam & ſanguinem expoſcentibus, eodem lemmate illi gratificandum

dum venit, audacter enim obſtando hoſti, proteſtati Patriæ & Ducibus, fidem & conſtantiam. Quondam Agamemnon leuauit in ſcuto caput leonis ad terrorem hoſtium, vidit Pauſanias & riſit: *Quid* (inquit) *iuuat ſuperuacſitus & apparens in ſuperficie terror?* Si intus in radice pectoris deerit audacia, prudentia, fortitudo, terror, error, à viliſsimis enim confunditur, diſpergitur, tollitur. Ille ſolus refert tenetque laudis & honoris præmia, qui re, actu, effectu, Martis trophæa, Herculis dona obtinet. Quapropter Greg. Nazian. Oratione 18. ait: *Id ſingulare ſemper obtinet fælix bello & Marte, fælix iudicio, conſilio, veritate: vt continua numeret præmia.* Arma præſentia ipſa facie Martem acclamant, Mineruam præſentant, vnde Mercurij theſauros retulerunt. Exprimunt & conceptum & factum, ideò tenent arma & parma, non illis vnicum bellum, non priuatus campus, non ſegnis congreſsio, non aſſuetus tantum hoſtis fuit, ſed continuus labor, perpetua vigilia quælibet occaſio belli, vſque ad tædium quoddam fuerat, ideò militis optimi ſignum & literam, feruentis Chriſtiani crucem & nomen, de arena triumphali deportauerunt. In nuptijs cuiuſdam Ducis Monte alto ad dona ſua oppoſuerat legendum: *Sit fæcundus amor.* Sumo in aliud ipſum dogma: Semper Reipub. & Senatus fæcundus eſt amor, in amantes Patriam & Rempub. vt quantum quis tenet amorem in Patriam, tantum de debito imò maiorem meretur in ſe & ſuos. Igitur nobiliſsima poſteritas, præſtita Patriæ dona numerate, vt ad beneficia conſueta boni iudicis, animus inuitetur.

LINEA ARMORVM SZASZKO.

Szaſzko, *cui collata arma primitus fuerant. Tychonius Szaſzko in Palatinatu Braclauienſis electus à nobilitate exactor Contributionum Regni* 1601. *Quod profectò & iudicioſum & probum virum commendat & probat. Nicolaus Vexillifer Braclauienſis eximius in caſtris miles, obijt* 1624. De hoc Conſtitut. Regni 1607. *Eius ſoror Anna Czerlenkowſka.*

STVMBERK



DELINEATIO.

SVnt arma ſimilia armis Radźic. Differunt in hoc quod ibi adduntur ſtellæ hic non, etiam hic anchora eſt cum vrcis ſagittarijs campus rubeus. Super coronam tres pennæ Strutij. Veniunt ex Germania, quomodo in Regnum illata non dicunt Scriptores. Attamen cum Regina Bona vel Henrico Rege veniſſe putarem, nam illorum moderna ſcripta ſolùm faciunt mentionem. Ab his armis vocabantur Stumberkouij. Diſcurſum vide in Radźic.

Ventorum contemnit rabiem fluctuſq; ſonantes,
Anchoram ad fælicitatem iecit.

STRVPINSCIORVM.



EDELINEATIO.

EST ſcutum per medium in latera duo ſectum, ita quod duo conſtituantur campi, ſupernum & infimum, ſeccatura eſt lata, campi albi, cinctura nigri. Super coronam manus cum gladio vibrato. Alij vocant hæc arma Kotficz, vtuntur his in Grodnenſi diſtrictu, & inde in Præmiſliam & Volhyniam venerunt Strupinſcij, Lenkieuicij & Kalenkieuicij, & notant Familiam de Strupino, vide arma Kotficz primò, notant Annum in Regno 1281.


SZEPTICCIORVM.



DELINEATIO.

EST ſolea ceu Pobog, ſed ab vna parte vnci habet ſagittam, vbi & qua ratione aſsignata fuerint, ipſi dicent. Vtitur his Petrus Szepticki de Vcherce, tenet matrimonium cum Chriſtina Promienſka.


SZYDLOWIECCIORVM.



AVcta arma ſunt Odrowanzia, circuit enim Draco allatus illa, ponendo caudam ſerpentinam in faucibus. Poſſeſſores Opatouiæ Szydlowieccij ceu potentes titulo, honore, & bonis arma ſua Odrowazia ſic munire voluerunt. Patet id ad portas Magnæ Opatouiæ. Quibus etiam armis vtebatur Illuſtriſsimus & Reuerendiſsimus Dominus Radziuil Cardinalis Epiſcopus Cracouienſis, ex Linea materna.

STRZAŁA ZIELCAMI.

Hoc eſt: SAGITTA cum cruce frameæ.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſagitta in auricula diſrupta ad medium, grauata antiquo more ferro, per medium tenet defendiculum manubrij frameæ. Super coronam tres pennæ Strutionis. In bello acquiſita fuiſſe in M. Duc. Lith. puto cum Tartaris, ipſa edocent arma, & ſicut quidam dicebat ſcribendo in hæc arma: Bellis attriuit fortunam, gloriam cruentauit, purpurauit nomen.


IN COR PLVTONIS.

HOſte mittente ſagittam, ſcopus cor vel caput. Qui enim pugnando intendit auferre vitam, principalia membra hominis ferit. Igitur ex aduerſo letiferam tu quoque mitte ſagittam, quod ſi tam fælix pugnator fueris, vt ipſius arrepta ſagitta tetendas arcum, mitte in cor ipſius ceu tui Plutonis. Lego apud Pier. lib: 42. Herculea ſagitta vulneratum eſſe cor Plutonis. Dictum quidem eſt de infernali Deo, ſed intellectus ponitur de alio. Sunt qui interpretantur dictum de Philoſophia, nam *vt inquit Nazianzenus*: Philoſophia omnes latebras penetrat. Quocirca cum latitans quoque in inferis tenebroſis Pluto à Philoſophia inſpicitur & penetratur, feritum cor Plutonis Herculea ſagitta fingitur, ſed verius non iam interpretatum erit, quam de hoſte tyranno. Pluto eſt, & arte Plutonis quoque tolli conſueuit. Non enim diuturna eius poteſtas eſſe valet qui ſemper & vbique eſt timidus, nec Deo nec hominibus gratus, ceu inuaſor & violator boni & pacis. Sagitta hæc armorum nobilium ornata cruce, ſanguine madens, & ſciſſa per medium. Herculea profectò eſt, nec tendit niſi in cor, & hoc felleum tyrannicum, abominabile. Ariſtarchus vſus fuerat ſagitta rupta cum cuſpidine acri ſine cruce in damnationem & ſubmotionem carminum adulterinorum apud Homerum. Veſtra quoque ſagitta ſit in eundem terminum, ſeruiat Patriæ, tollat ipſius hoſtem.

Vtuntur his Armis in M. Duc. Lit: ad Nowogrodum, & in Czerniechouienſi Oranſcij, ex his Iacobus Oranſki Subiudex Czerniechouienſis, Iudex in Tribunal. Regni fuit.

STRZAŁY W TVZINIE,

Id eſt Faſciculus Sagittarum.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt ſagittæ ſimul iunctæ ſicut fieri ſolent in pharetra. Conceſſa fuère optimo ſagittatori ex arcu, contra non ignauos ſagittarios, in campo rubeo. Super coronam cauda Pauonis.

SEMPER FERIT.

SCio Horatium dixiſſe: *Non ſemper feriet quodcunq; minabitur arcus.* Quod diuina quoque docebat Scriptura Pſalm: 46. *Deus conteret arcum eorum & arma confringet.* Fert exponentem eos, qui poſtpoſita pietate ſpem omnem in ferocitate ſua poſuêre, conteret. Quo conceſſo de barbaris & ſceleratis dicendum venit: *Semper ferit ſagitta.* Quare Ageſilaus dicebat: *Triginta millibus ſagittariorum ſe pulſum fuiſſe Aſia.* Dicebat ille quidem de ſagittarijs in nummis, qua ſumma corrupti fuerant Athenienſes: ſed verius de realibus & propriè dictis ſagittarijs intelligendum venit, quod feriant ſemper. Sagittas Apollinis ſemper ferire, docti Græci affirmarunt, de qua Pſalmiſta 126. *Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filij excuſſorum.* Cumulum ſagittarum inſpicio, vt non poſsint ferire denego, quia aptitudine effectum generant. Proponant igitur poſthumi ſui parentis militarem prudentiam trophæa: Semper feriant hoſtes Patriæ, in campo tamen Martio, hi namq́ue merentur præmia. Vnicum tamen reuocabo vobis in mentem, quo vt tempore belli colligitis trophæa, ita quoque tempore pacis conſeruetis præmia. Eſt autem quod apud Pindarum obſeruo in Olymp. Od. 2. *Tela,* vocat verba: *pharetram,* ſententias. Et ait: *Multa mihi tela velocia ſub cubito in pharetra ſonantia exaudiuntur, propter orationis acumen, & laudationum oportunitatem.* Vtriſque igitur telis pugnandum vobis eſt, & ſermone graui tempore pacis in ſenatu, & ſagittis tempore belli in campis. Et ſi ſemper ferietis atque conuincetis bellatorem, cum triumpho recedentes, Nomen, Domum, Patriam ornabitis.

Vtuntur his armis Grebelkowſcij.

STRZE-

STRZEMIE Latinis STREPA à Strepitu, & STAFFA à Stando.



DELINEATIO.

EST Staſſa in quo pes quieſcit dum vir equo inſidet, Scriptores Regni Strepam vnde gentem Streparum vocant. Machinula enim illa, vt ipſam Ambroſius Calepinus vocauit ſiue ferrea ſit, ſiue lignea epiphigio alligata reddit ſtreporem quandoq; in equitando. Coloris eſt flaui Staſſa, campus eſt rubeus. Super coronam ſunt quinque pennæ Struthij.

ORIGO.

HAbet originem à ſuo inuentore. Romani enim antiqui vt in marmoreis conſpicitur ſtatuis vtebantur Staffijs, vndè quo nomine appelletur, apud Authores non legitur, *notat Polydor.* Qui ergo primus inuenit modum vt vterque pes commode ſtet & quieſcat homo leuius in equitando, illi talia arma conceſſa in inſigne fuerunt, prout etiam ei qui ſoleas equi adinuenit, ſolea in inſigne apud Polonorum equites ceſsit. Vbi autem atque in quo Regno collata fuerint, noſtri non referunt Scriptores, ſed quod in diuerſis Regnis eiuſmodi arma inueniantur non tacuerunt alij. In Belgio his vtitur armis Motenbaiæ Familia, *refert in Teſſeris Gentilicijs R. Petraſanta Societat. IESV.* Attamen horum in Regno gentilitiorum originem exprimunt fuiſſe ſub Boleſlao Chrabry, nam Ruthenam gentem dum infeſtaret Dominis proprijs aduerſam, vni militum Polonorum cecidit incurſu equus, quem dum hoſtis perſequitur tracto pede cum ſtrepa auulſit & corrigium ſimul, arreptoque gladio occidit hoſtem, dumque exonerat à Staffa pedem cucurrit alter hoſtium ſtricto gladio, ille abducta ſtrepa cum corrigio hoſtem alliſit vitamque dato illi in faciem vulnere liberauit. Traxit igitur hoſtem captum & Regi præſentauit, cui ille Staffam in Teſſeram ſibi ac Familiæ vt aſſumeret conceſsit. Ita miris modis Dij ludos faciunt hominibus.

SERVI IN EQVIS.

DOminis ac terrarum Principibus parantur equi, vt ipſis ſuperſedeant, vnde Aſuerus: *Sic honorabitur quem Rex voluerit honorare.* Eſther 6. *Puta aſſidebit equo, & primus ſeruorum ducet illum.* Cur igitur Sapientiſsimus Salomon dixit Eccleſ; 10. *Vidi ſeruos in equis & Principes quaſi*

ſeruos

ſeruos ambulantes. An voluit exprimere amantem Patriam? Qui enim Patriam amat, ſeruire illi toto affectu deſiderat, ſicut qui aliquam non amat Patriam, vel malum illi, vel præeſſe illi optat, quod patuit in Pompeio & Tigrane Dario & Alexandro. An verò expreſsit, quod Rex non amicos ſubditos, ſed omnes ſeruos habet, vnde qui ſuo Regi non ſeruit nec ſeruire intendit, fieri Princeps videtur. Hinc in Euangelio dicitur: *Principes quærebant Chriſtum occidere, populus autem voluit eum facere Regem.* Ratio, Quia hi ſeruire deſiderabant, illi præeſſe cupiebant. Sed ego vtrumque aſſero cur ſerui in equis etiam à Salomone nominati fuerunt: Et ob Patriæ amorem, & ob deferenda obſequia Principi. Fabius Cunctator formauerat in petra pretioſa Symbolum intentionis ſuæ in hunc modum: Efformauit caput equi altum, in pectore ſculpſit faciem hominis, pedes addidit gruis, caudam formauit galli. Exponit ſatis induſtriè *Iul. Cæſ. Cappaccio in 2. lib. Impreſſ.* vt virtutem ſuam in bello & caſtris præſentaret: poſuit caput equinum vt exprimeret ſuam prudentiam, notam faciei virilis barbati adſcripſit: ad inſinuãdam verò prouidentiam, pedes poſuit gruis: ad docendam verò ſuam vigilantiam & victoriam, gallum triumphantem ſeu caudam ipſius erectam adduxit: digna conſideratione interpretatio. Adferam tamen non contemnendam: Explicauit his qualis fuerat Senatus, Populique Romani ſeruus, defendebat equo Patriam, fouebat eam optimo conſilio, obſtabat hoſtibus ferro vigilabat omni tempore. De quali ſeruo dicebat quondam Moyſes Deutoron. 17. *Quicunq; Rex fuerit conſtitutus, non multiplicabit ſibi equos nec reducet populum in Ægyptum equitatus numero ſubleuatus.* Arma veſtra dum Staffam ſeſſoris in equo video, ſeruos vos eſſe iam inde ſcio, ſed ſeruos Regum & Principum ad Senatum iudicia, & Patriæ muros deſtinatos, non fauit iam vobis fortuna ſeruiendi pedeſter, licet Regi obſequia reddebatis, ſed ſeruire in equo & in militaribus caſtris, omen veſtrum ipſis ex gentilicijs fortunatiſſimum Pyrrhum Epirotarum Regem in Sicilia Erycem arcem oppugnantem vobis proponite, de quo in Panegyrico Ioannis Chodkieuicij Philoſophiæ Doctor Stanislaus Roſzinski ita habet:

Primus iter capit, primus ſumitq; labores,
Arcem dum oppugnans Pyrrhus ad arma vocat.
Aggreditur primus muros, reliquoſq; peroptat,
Exemplum potiùs quàm ſua dicta ſequi.

LINEA FAMILIÆ STRZEMIENIORVM.

STrzemie, *cui primum talia arma in Regno fuerunt conceſſa, ab armis namq; & gentiliciis primitus nobiles denominationem ſuam obſeruabant, circa tempora Boleslai Chrabri poſt* 1008. *Hos apertè dicunt Hiſtoriæ Regni, dum S. Stanisl ai Epiſcopi Martyrium Anno* 1079. *deſcribunt,* vbi Cromer. fol: 61. *loco primo Strzemienios ponit. Martinum Archiep. Gneſneñ. Romæ conſecra-*

tum Ord. Prædicat. à Nicolao 3. in Fratres Prædicatores enixi fauoris datum, qui Bononiæ ſepultus apud Prædicatores quieſcit. Polonus Pænitentiarus Romanus, qui Martinianam in Caſibus, & Hiſtoriam Pontif. ac Cæſarum Romanorum ſcripſit, ex his fuiſſe armis Paproc. *ex quodam Cathalogo, vt inquit Dlugoſſij aſſeru. Sed quia Dlugoſſus in fonte deſcribendo hunc Archiep ſub Anno 1278. armorum illius non meminit, &* Ianicius Archiep. Gneſnenſium Collector, *illum ex armis trium liliorum in medio ſcuto decuſſatim poſitorum admodum armorum Kierdiia ponit, iudicio Lectoris relinquo. Gregorius de Sanok Archiep. Leopolienſis, vir arte & Marte antea præſignis armorum Strepa,* vt Miechou: lib: 4. cap: 56. *& in Sepulchrali Leopoli apparet. Pugnauit ad Varnam,* vt habet Callimachus lib: 3. *de geſtis Vladislai Pol. & Vngariæ Regis, deinum ad Vratislauiam Agmen. Epiſcopo reſcripſit Anno* 1451. *Archiep. Leopol. factus, Dunaiouiam a Tartaris defendit, in cubiculo Kakolnicia diſtenſis manibus mortuus pronus repertus fuit* 1479. vt Scromſou. Canon. Leop. adnotauit. *vitam ipſius ſcripſit Callimachus,* vt Crom. refert. *Strzemieniorum ſeu Streparum potentiſſimam Familiam, & latiſſima prole ampliſſimam ita quod ſub Caſimiro Magno Strzemieniorum vexillum contra Valachos integrum fuiſſet,* refert Dlugoſſ. ſub Anno 1364. & Miechouius lib: 4. *Quod ipſum quoq; Priuilegium Fundationis S. Iacobi Cracouiæ in Caſimiria in A.* 1462. *commonſtrat. Incipit enim*: In nomine Domini Amen. Quia geſta hominum humana conſueuit ratio teſtimonio ſcripturæ, propterea roborare, vt ipſorum perpetua in poſterum haberetur memoria, proinde Nos Nicolaus de Korzenna in Chodel reſidens, Caſtell: Czechouienſis cum fratribus, Nicolaus Buczynski de Olſzyny cum fratribus, Ioannes de Trzeciez cum fratribus, Albertus Iezowski de Grabow cum fratribus, Ioannes de Schalowa cum fratribus, Staniſlaus de Zambocin, Stanislaus de Kiiany, Iacobus de Szulow cum fratribus, Andreas de Ianowice cum fratribus, Nicolaus de Leta cum fratribus, & Chriſtinus de Wroblowice hæredes Patroniq́ue & præſentatores &c. &c. eſt in 2. Opere Paproc. hoc Priuilegium.

Trzecieſkij *de Trzecież, Iacobum, Stanislaum, & Ioannem referunt Acta Cracouienſi in Anno* 1463. *qui talem inter ſe diuiſionem fecerunt. Iacobo ceſſerunt villæ Siedziſowice, Strozna & media Iancowa, Ioanni Mojkowice, Nyczow Lipnica. Stanislao Chrośćina, Zimnawodká, Plawna, Trzecież & medietas Iancowa. Olechno Trzecieſki ſeu Alexander, cum Barbara Dzierſniakowna de Korytnica progenita ex Odrozawowná de Sprowá reliquit Ioannem, Catharinam Buczenſka, & Annam Zarnowiecka. Qui quidem Ioannes habuit filios Andream, Alexandrum, magnum virum ad Reipub. negotia peragenda, tenuit in matrimonium cum Mielecka Succamer. Sendomirien. filia. Stanislaum & filias. Hedwig Petri Lyko de Ryglice conſortem, Sophiam Branicka matronam omni ex parte potentiſſimam genitam ex Wielogłowſka armorum Starykon, ex*

kon, ex altera verò conſorte Wierzbiccianka idem Ioannes ſuſcepit filias Agnetem, Barbaram, Deodatam, Catharinam. Andreas Trzećieſki Secr. S. R. M. maximè ornatus literis, Poeta & Orator excellens, ipſa ſcripta commendant hominem. Alij Trzećieſcij in Ducatum M. Lituaniæ deſcenderunt, atq; ibi ſua domicilia conſtituerunt. Chriſtophorus, Victorinus, Ioannes, & Petrus poſteritas deſcendens ab Ioanne in Podgoria bona Kozuchow tenuerunt hæreditate, quorum ſorores Sophia Dedenſka, Anna Pierzchálina, Regina Wierzbowſka, Catharina Tęczynſka.

Thaſzyccij *de Luczlawice, antiqua & meritis, & literis, & iudiciis clara Familia, nam plurimi illorum erant Iudices Terræ Cracouienſis, vt ibidem Acta & monimenta teſtantur; ſicut etiam Annales Orichouij referunt doctiſſimum virum in maximo totius Pol. Conuentu, ad Leopolim ſub Sigiſmundo* 1537. *Nicolaum Thaſsycki Iudicem Cracouienſem prouectum ætate, qui facta Oratione triplici ad Sereniſſ. Regem, vltimò demum gratias egit Sereniſſ. Regi pro dato commeatu. Stanislaus de Luczlawice Thaſsycki, vir quidem ex ſuis anteceſſoribus Patriæ gratus, ſed hæreſi infectus Arrij,* Bielſc. fol: 657. *Ex tribus conſortibus habuit filios viginti & filias tres, non enim alio medio remunerantur bona facta extra Eccleſiam degentibus, niſi rebus temporalibus, ex Wieruſka habuit filios Nicolaum, qui Rothmagiſter obijt in bello cum Náleẃáyko. Matthiam, qui reliquit filios duos & filias tres. Samuelem, qui reliquit etiam filios duos & filiam vnam. Præclaum, qui ſterilis & Arrianus obijt. Matthiæ filij Cyrillus, miles per multos annos, qui contracto matrimonio cum Sczepanowſka ſterilis deceſſit. Sigiſmundus hæres in Luczlawice reddidit obſequia militaria Duci in Oſtrog Caſtell. Crac. & quod ipſum commendat omnibus bonis rediјt ad gremium S. Eccleſiæ. Filij autem Samuelis, qui Fide vera cognita Catholica Romana cum Zamoyſcio & Duce in Oſtrog, & in Vngaria per annos quindecim reddidit Patriæ obſequia, & domui honorem. Ex Sophia Pelanowſka filius Stanislaus, miles cum Palatino Belzenſi Leſzczynſki ad Chotinum, in Podolia poſuit ſtatua, ſeruitia reddendo militaria Ducibus in Oſtrog & Záſław. Vladislaus alter Samuelis filius, in expeditionibus plurimis in Confinibus Regni, in Pruſſia contra Guſtauum cum Herburth Capit. Scalenſi, in Moſchouia cum Kálinowſki, nunc Palatino Czerniechouienſi Vexillifer, contra Coſacos rebelles, & iterum in Pruſſiam cum Myſkowſki Margrabio Præfecto Grodecenſi, occiſus in bello Rothmagiſtri locum tenens à Coſacis ad Zolninum cùm triplicatis vicibus hoſtem impeteret, optimus miles & leonidi pectoris, ſepultus in Konſtantynow apud Prædicatores in Parentis ſepulchro. Ex altera verò coniuge Iordanowná Stanislaus aliquot filios & filias ſuſcepit, ex quibus Achacius ſub Tarnouia in Swierczkow degit, ex tertia verò conſorte Konárſka erant aliquot filij & filiæ, ex filiis Ioannes & Daniel in Palatinatu Crac. propè Luczlawice degunt. Stanislaus Thaſsycki electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Wrzoſowſcij *eiuſdem Familiæ, viri literis, prudentia, poſſeſſione magni. Ioannes cum niſi filiam Annam reliquiſſet Procopij Caualerij Pieniążek Capit. Rumborſcen & Dziſnienſcen. Rothmag. eximij de armis Odrowąz conſortem, omnia bona in eorum ditionem tranſierunt.*

Buczynſcij *de Olſsyny, Nicolaus vnus ex præſentatoribus vtriuſq; partis Parochialis S. Iacobi in Caſimiria extra muros Cracouienſes 1462. Hieronymus qui reddidit militaria obſequia Bogdano Palatino Moldauiæ & fratri ipſius Petro, cum quo & Conſtantinopolim adierat, rediјt cum Andrea Taranowſki armorum Belina legato ad Turcas in Patriam, licet ab Iuona tunc Valachiæ Principe Tyranno in periculum vitæ venerat, ni literis Baſsæ ſibi conſuluiſſet. Sunt quoq; Buczynſcij in Drohicienſi diſtrictu eorundem armorum ex Cracouienſi Palat. Stanislaus de Olſsyny electionem Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Sulowſcij, *Iacobus de Sulow cum Fratribus Præſentatores & Confundatores Eccleſiæ S. Iacobi in Caſimiria extra muros Cracou. vt Priuilegium Anni 1462. demonſtrat. Petrus & Chriſtophorus germani fratres ante Annum 1580. Stanislaus Sulowſki Secret. R. M. Abbas Tynecenſis, qui virtutibus altis meruit æternum nomen, atq; Familiæ ſuæ decus laudeſq; reliquit, cum vita, religione & pietate alijs præfuerit. Chriſtophorus frater ſuus notabat Familiam ſuam de Skoliſsyno, qui omne ſuum poſſe & velle in bonum Patriæ obligauerat, nec à recto tramite virtutis pedem dimouebat, cum Goſtomſka tenuit vinculum matrimonij. Chriſtophorus Caſtell. Zarnouień. deputatus ad iuſtitiam diſtributiuam in Comitijs Electionis Vladislai IV. poſtea Palatinus Rauenſis.*

Iezowſcij, *Albertus de Grabow cum fratribus Eccleſiæ S. Iacobi Cracouiæ extra muros confundator Anno 1462. eſt Priuilegium. Ioannes de Ieżow Ieżowſki Epiſcop. Olomucenſis, Orthodoxæ Fidei defenſor acerrimus, egenorum patronus eximius, vixit Annos 48. Obijt 1599. Stanislaus frater ſuus Epitaphium illi ponendum curauit in Eccleſia S. Franciſci Cracouiæ. Felicianus Ieżowſki qui ſeruiebat Sigiſmundo I. in diuerſis expeditionibus Moſchorum, Valachorum, Tartarorum, & Sigiſmundo Auguſto tempore belli cum Magiſtro fanatico militiæ arroganti Liuoniæ, tanquam filius Sarmaticus in potentiſſimo florentiſſimoq; Regno Pol. magnanimus, cuius quondam antiquæ Familiæ maiori bus addiderunt Stapedæ Pilauam, vt apparet in Epitaphiis aliorumq; Monumentorum, cuius filij ſuperſtites Ioannes Epiſcopus, & alij Epitaphium inſtar armati viri in Ædibus S. Stephani poſuerunt, vixit Annos LXXIV. obijt in Feſto Diuiſionis SS. Apoſtolorum Anno D. 1577. Athanaſius alter frater magnus in literis & diſputationibus, Germanicæ, Italicæ, Latinæ linguæ peritiſſimus, Romæ vbi plurimos annos conſumpſerat 1564. obijt. Ioannes Ieżowſki miles & Rothmag. cum Sereniſſ. Principe Pol. nunc Rege noſtro Vladisl. IV. in Moſchouiam ibidem obijt. Stanislaus Ieżowſki in Iure & Philoſophia digniſſimus, ex Promienſka reliquit Vladislaum, Stanislaum, literis deditus, edidit Oeconomiam nobilem Anno 1638. & conſultationem Matronarum Anno*

1639.

1639. & *Ioannem militem in Pruſſia, & apud Imperat. ſemper Auguſt. vterq; in Germanica lingua excellentes, Ieżowſki ex Sendomirień. Palatinatu, electionem Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Zamboccij, *Stanislaus de Zambočin, Confundator Eccleſiæ S. Iacobi Cracouiæ extra muros. Antiqua hæc eſt Familia & multis meritis clara, vnde Comites fuerunt. Nicolaus de Zambočin Comes, cuius conſors vnà cum ſororibus ſuis tempore belli cum Ruthenis, dies ſuos in turri Campanarum Eccleſiæ Zembocenſis per aliquot annos vſq; ad aduentum mariti ſui clauſa traduxerat honeſtatis reſpectu, refert hoc* Dlugoſſus & alij.

Szalewſcij *in Biecenſi diſtrictu.*

Koczanowſcij *in Cracouienſi Palatinatu.*

Korzenſcij *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Kleczenſcij *in Pilznenſi diſtrictu.* Krolewſcij *in Sadecenſi.*

Boianeccij *in Cyricenſi, Ioannes Boianecki ex Cracouienſi Palatinatu, ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Vladislai IV.*

Rudniccij *in Lublineń. Palat. Stanislaum refert* Paprocius in 2. Opere, *quod diuina prouidentia ſingulari ſaluus euaſerit ex periculo vitæ. Mattheus Rudnicki poſt actam ætatem in nobili occupatione cum Anna Giſſowſka contraxit matrimonium, ſuſcepit ex illa Chriſtophorum ad res militares dignè compoſitum. Germanus Matthei Stephanus in Swidniki diſtrictus Vrzendouienſis, nomen patrium honeſtate conuerſationis reddit celebritati.*

Wroblowſcij *in Crac. Palatinatu, Chriſtinus de Wroblowice Fundator Eccleſiæ S. Iacobi Caſimiriæ extra muros Cracouienſes. Nicolaus Canonicus Crac. Anno* 1501. *de hoc* Bielſcius fol. 493.

Marſzynſcij *in Cracouienſi Palatinatu.*

Wielopolſcij *in Crac. & Lublineń. Ioannes Wielopolſki de Wielopole, electio- ctionem ſubſcripſit Vladislai IV. ex Crac. Palat.*

Zaborowſcij *in Dobrzynenſi Terra.*

Liſowieccij *in Breſtenſi.* Golkowſcij *in Maſouia.*

Wyſoccij *in Cracouienſi.*

Ianowſcij *in Cracouienſi, Stanislaus de Opátkowice Subiudex Terræ Crac.*

Klępouij *in Cracouienſi Palatinatu.*

Zbylitowſcij *in Palatinatu Crac. & Sandomirień. Familia auitiſſima cum multis Familiis præclariſſimis fœdere amicitiæ nec non ſanguinis coniuncta, de Repub. atq; ipſis Regibus ſemper benè merita, hæc viros omni ſæculo admirandos, Patriæ Ciues optimos, literarum ac rei militaris peritiſſimos, Regno edidit feliciter. Teſtantur hoc literæ ſeu Priuilegia ipſorum Regum. Et primo literæ Caſimiri Magni Regis ex Data Cracouiæ Anno D.* 1363. *mentionem faciunt Suentoslai Zbylitowſki Succamerarij Regni, viri certè ex magnis nemini poſtponendo, omnibus verò in amore Patriæ imitando, quem non ſibi ſed Reipub. natum diceres. Secundò, literæ Eliſabethæ Reginæ Vngariæ (quæ*

Rempub. Polonam adminiſtrauit ex Commiſſione Regis Ludouici filij ſui) Gregorio Zbylitowſki Anno D. 1375. Cracouiæ, vbi ſubditi in villa Zbylitowice, & in alijs ſuis ditionibus eximuntur à iure Polonico & iure Teutonico ſubijciuntur, vocatur à præfata Regina Aulicus noſter. *Tertiò, literæ Regis Caſimiri Iagellonis Conrado Zbylitowſki, datum Cracouiæ Anno D. 1450. nouam Popinam in villa ſua Zbylitowice quam liberam facit ſuo diplomate ab omnibus oneribus & iuriſdictione, prout tunc adhuc mos ferebat. Et hic etiam à prædicto Rege vocatur* Aulicus noſter. *Ex hac eadem Familia ante centum quadraginta Annos prodierunt duo Zbylitowſcij, Nicolaus & Stanislaus. Nicolaus ſine filiis deceſſit, vnicam tantum habuit filiam, eamq́ matrimonio iunxit Máliſzewſki de Máliſzowa, qui cum ſua vxore accepit omnia bona paterna hæreditaria. Stanislaus verò hæres in Zbylitowice, Iankowice, Czáięczyce, procreauit filios tres, Ioannem, Fælicem & Nicolaum. Ioannes vitam Spiritualem profeſſus eſt. Fælix vnicam filiam reliquit, quam Suchodolſki in matrimonium dedit, & hæc bona paterna hæreditaria ad maritum ſuum tranſtulit. Nicolaus verò accepit in vxorem Włodkownę armorum Zabáwá, ex qua ſuſcepit filios 4. Iacobum, Stanislaum, Ioannem & Sebaſtianum. Iacobus vitam cælibem Deo reddidit. Stanislaus vir quietiſſimus atq́ deuotiſſimus, totam vitam ſuam in orationibus, meditationibusq́ poſuit, hæres in Gora Zbylitowſka & in Zagorzyce, vxorem habuit Rożnowná de Bruśnik armor. Gryff, quæ ipſi genuit filias & filios, Andream & Sigiſmundum. Andreas erat vir doctus atq́ moribus comptus, multas exteras nationes non ſine magno parentis ſumptu, ſed non cum minori Reipub. fructu peragrauit, in Patriam reuerſus Stephano Regi ſe præſentauit, & ad Regalia obſequia dedit, quibus vſus ad obitum ipſius Regis ſtrenuè & laudabiliter functus eſt. Mortuo Stephano Rege, Sigiſmundo III. cum ſuis ſe obtulit ſeruitiis, cum quo in Suecia coronando fuit, nec ab eius obſequiis niſi per ipſam mortem abſolui voluit. duxerat in vxorem Trzcieńſka armorum Ráwicz ex Palatinatu Rauenſi, ex qua ſuſcepit duos filios Stanislaum & Andream, quos in minorennitate mortuus reliquit. Ioannes verò erat vir omni ſæculo memoria dignus Aulicus & grauis armaturæ militum præfectus ſub Auguſto Rege in Meſchouia ad Poſuale, quem vtinam vobis velut in tabula depictum repræſentare poſſem, videretis ſapientiæ ſimulachrum, fortitudinis columnam, liberalitatis penu, & certè ita liberalis erat vt penitus in dies ſuas facultates minores redderet, ſeſeq́ prorſus exhauriret. Huic erant duæ vxores, primi matrimonij Potocka armorum Piláwá hæres in Swiecice Trzonowe dictis, qui Potoccij ab aliis Swiecicij à villa Swięcice vocabantur, ex hac ſuſcepit filium Ioannem adoleſcentem optimæ ſpei, amatorem ſcientiarum tenerrimum, ex quibus collegerat profundam doctrinam, quam ſuper omnia adamauerat, ita vt relictis aliis viuendi conditionibus ſolis librorum aſſiduis lectionibus vacaret, & ideò frequentiùs penes Academiam Cracou: quam alibi permanebat, vt cum doctiſſimis Academiæ Profeſſoribus dulciſſimè*

conuer-

conuerſaretur, ſecundi matrimonij vxorem habebat Barbaram Vieyſka, qui Vieyſcij originem ſuam de Rupniow dicebantur armorum Srzeniáwá; erat hæc mulier inſignium virtutum ac pietatis, ita vt vulgò diceretur mater orphanorum & pauperum receptaculum, benedixitq; eam Deus in prole, quam ſicut vitis abundans marito ſuo pretulit, decem enim filios genuit filias tres, quatuor filiorum in pueritia deceſſerunt, ſex verò ad ætatem adultam peruenerunt, Petrus, Chriſtophorus, Sophonia, Nicolaus, Stanislaus, Samuel. Petrus Zbylitowſki, filius Ioannis ex Vieyſka Subiudex Terreſtris Crac. ætatem ſuam iuuenilem non in plumis otioſis, ſed in ſtudiis bonarum artium collocauit, ad quas ſummoperè ex natura ſua inclinatus erat, proinde annos 8. natus Almæ Acad. Crac. ingenium ſuum fertile excolendum dedicauit, ibiq; integro octiennio vſq; ad annum ætatis ſuæ 16 pietatem cum literis coluit, nec modicum exinde emolumentum cæpit, bonis literis inſtructus apprimè ad aulas Magnatum Regni ſe contulit, ſcilicet illorum Comitum de Gorká ac Czarnkouiciorum in Maiori Pol. vbi propter ſuam admirandam dexteritatem raram ſobrietatem, imitandam diligentiam oculos omnium in ſe conuerterat, ſummoq; in amore & gratia apud ſuos Dominos erat, ideoq; præfectus domus, alias Maior domo apud illos erat. Hinc magnam experientiam aſſecutus eſt, adeò vt nemo illo antiquitatis peritior, nemo legum & inſtitutionum Patriæ ſcientior, & qui in explorandis arduis, & difficillimis conſiliis ſingulari quadam prudentia & facilitate magis pollere habitus fuit, omnibus affabilis omnium in ſe amorem conciliare nouerat. Hic cum Sigiſmundus III. in Succiam coronam Regiam accepturus ſe receperat, illi ſe comitem dedit vt nauigationes & tempeſtates maris experiretur, expertuſq; eſt nam in maximis periculis fuit, inde reuerſus in conſortium thori duxit Barbaram Slupſka, in Maiori Pol. filiam Magnifici Venceslai Slupſki de Slupia, armorum Leſczyc alias Brog, hæredis ſuper bona Wielkieieziorá dicta, diſtantia 4. milliaribus à Poſnania, & Sophiæ Bronikowſka neptis ex ſorore Illuſtris illius Hieronymi Powodouij Canonici Cracou. & Poſnanień. Erat hæc matrona ſingularium virtutum & admirandæ pietatis, quæ concordi matrimonio optimæ prolis educatione diligenti domeſticæ familiæ adminiſtratione multas ſuperauit fæminas. Edidit viro ſuo 5. filios paternæ virtutis hæredes & æmulatores. Hieronymum, Paulum, Stanislaum, Petrum, Suentoslaum, ex quibus Hieronymus & Stanislaus primis annis militiæ deditiin ipſo ætatis flore pro Rep. in caſtris occubuerunt. Suentoslaus pupilla oculi patris ſui, & vnica ſpes parentum, quem baculum ſuæ ſenectutis fore ſperabant propter eximias qualitates à natura & Deo ſibi attributas, ſcilicet ingenij excellentiam, formæ præſtantiam, corporis pulchritudinem, animi magnitudinem, virium robur, fortitudinemq; inuſitatam ſtupendum robur, quindecimo enim ætatis ſuæ Anno onera inſolita leuabat & ſuperabat, vincula ferrea quaſi fila rumpebat, ſoleas frangebat. Adoleſcens proficiſcitur in exteras nationes, & ecce ô triſte fatum 16. agens annum moritur Coloniæ ciuitate, in Germania ce-

nia celeberrima ſepelitur non ſine triſtitia parentum nunquam ſopienda. Paulus frater eius, prius in Aulis Magnatum, poſtea in caſtris exercitatus, modo rei familiari ac domeſticæ vacat. Petrus ſpiritualem vitam elegit Canonicus Eccleſiæ Collegiatæ Lancic. factus inſigni virtute & pietate præditus ſuæ vocationi attendit. Sorores horum Sophia Ráſʒowſka primi matrimonij armorum Grzymálá. ſecundi matrimonij Grábkowſka armor. Iáſtrzębiec, Agnes Báránowſka de Rzeplin armorum Ráwicz, Barbara Rupniowſka armor. Szreniáwá, Catharina Sierácka armorum Oſtoia, Conſtantia primi thori Waxmanowa armorum Mążʒbroyny, ſecundi Gáiowſka. Sed licet adhuc à filijs & filiabus ad patrem redire. Hic cum iam iuſtam ætatem attigiſſet à Proceribus huius Palatinatus Crac. maxime obſeruabatur ac proinde multoties vnanimi conſenſu Iudex deputatus ad Iudicia Tribunalitia Regni. nuncius ad Comitia Generalia delectus fuit, in quibus omnibus functionibus virum magnum & ciuem bonum pro amore Patriæ & Reipub. ſe præſtiterat omni priuato commodo poſtpoſito vnde cum frequentius incomitiolis ad id munus poſtularetur honorificè ſe excuſauit locum alijs bene merendi relinquendo: ſemper enim contemptor honorum nec non diuitiarum erat. Tandem cum ad prouectiorem ætatem perueniſſet perſuaſiõe & promotione Illuſtriſſimi & Magnifici Stanislai Comitis in Wiśnicz Lubomierſki, Palatini Generalis Crac. Benef. & Promotoris ſui ſingularis ductus perſonam Subiudicis Terreſtris in Palat. Crac. ſuſcepit. In quo munere Dei conſcientiæ atq; obligationis iuratæ ſemper memor iuſtitiam ſtricte adminiſtrat ita vt iure meritò os iuſtitiæ dici poſſit.

Fratres ſui Germani Chriſtophorus ſcilicet & Stanislaus ſtrenuè pro Patria dimicando ſub armis ſteriliter vitam ſuam clauſerunt, Sophonias in Maiori Polonia magnis Comitibus in Czarnkow ad ornamentum ſuæ familiæ reddebat obſequia, ibidem duxerat coniugem nobiliſſimam Barbaram Pigłowſka ex qua ſuſcepit 6. filios nunc adhuc minorennes & vix adultos conſummatus in breui expleuit tempora multa, mortuus ac Poſnaniæ ſepultus requieſcit.

Nicolaus eiuſdem Subiudicis vterinus omnibus charus ad obſequia Reip. natus & ad eadem ſemper paratus in Anno 1527. in diſtrictu Proſouicenſi. Exactor contributionum Regni delegatus fuit. Hi duo tres vinculum amoris & affectus fraterni nunquam penitus ad ſtuporem omnium interruperunt, & nedum in vita ſua verum etiam & poſt mortem diſuniri & ſeparari noluerunt proinde commune ſepulchrum in Eccleſia B. M. V. in Circulo Crac. Capella ad Niues dicta de nouo ſibi extruxerunt & pro eadem Capella notabilem fundationem in bonis ſuis hæreditarijs inſcripſerunt iamq; ex nunc ibidem à duobus Altariſtis incruentum Miſſæ Sacrificium ad intentionem ſuorum fundatorum celebratur, vbi etiam prædictus Subiudex conſortem ſuam mortuam mœſtus depoſuit, cum qua per 43. annos in ſumma ac rara planeq; admiranda concordia & amore coniugali vixit. Samuel eorundem Frater natu minimus Dei militiæ in Societate IESV nomen ſuum conſecrauit, vbi vita exemplari

pluri, moribus religioſis, ac prædicatione Verbi Diuini quâ mirificè claret, proximos ædificat. Sebaſtianus frater illius Magni Ioannis natu minimus homo bellicoſiſſimus, nulla re magis quam armis pro integritate & incolumitate Reipub. delectabatur, quibus cum adhuc in tenera ætate ſub Auguſto Rege vnà cum Fratre ſuo Ioanne ſe accinxiſſet, nunquam ea depoſuit, ſed totam ſuam ætatem in ipſis conſumpſit. Multas expeditiones militares ſub Rege Stephano ſtrenuè peregit, in quibus incredibilem animi magnitudinem ſuperdemonſtrauit. In Moſchouia Ciuitates ſub Pſconia expugnauit, & primo vices Rothmagiſtri tandem & ipſum Rothmagiſtrum geſſit, vt teſtâtur Bielſcius & Guagninus. *Clariſſimus hic miles in cælibatu vitam finiuit, & bona ſua hæreditaria ex nimia liberalitate & humanitate, apud milites in obſequium Patriæ collocauit. Iſtis addi meretur quod hæc Domus vetuſtiſſima, nunquam ne leui ſaltem labe ſeu peſte execrandæ hæreſis infecta fuit, nulluſq; vtriuſq; ſexus in ea hæreticus vſq; per Dei gratiam repertus eſt, ſed omnes fidem Catholicam ſemper tenerrimè profitebantur & profitentur, eam tam priuatim, quàm publicè defendunt acerrimè.*

Chwalibogij *de Ianowice in Palatinatu Cracouienſi, in diſtrictu Sadecenſi & Czchouenſi. Familia ab antiquo militia & meritis clara in Regno, ſicut ex diſpoſitionibus illorum in Actis Cracouień. patet, nec non ex Priuilegijs ipſis à Sereniſſimis Regibus conceſſis. In Anno* 1347. *Caſimirus Rex, Petro, Clementi, & Ioanni de Ianowice militibus ſtrenuis, atq; illorum Filiaſtris Alberto, & Dirſloni, eorumq; Patruis Ceslao, Aproslao, & Falibogo, atq; Stanislao Falimiro, Beniſſio, Reslao, & Ianuſſio, ipſorum Fratribus patruel. hæredibus de Ianowice conceſſit, vt prædicta illorum bona in ius Teutonicum transferantur, habeantq; iudicandi poteſtatem ſubditorum, neq; ab aliquo Iudice vel Palatino euocentur. Inſuper conceſſit adiacentes ſyluas eradicare, & bona Ianowice dilatare abſq; omni onere contributionum. Præſentibus Ottone Cancellario, Tomislao Vicecancellario, &c. Andreas de Ianowicze vnà cum alijs de armis Strzęmię, Præpoſituram in Eccleſia S. Iacobi Cracouiæ in Caſimiria fundauit* 1462. *ſicut ſonat Priuilegium.*

Chwalibogij *Fratres germani ſex, ex Iordanowna de Zakliczyn progeniti. Iacobus miles eximius multis in expeditionibus, ex Narvoiowſka ſuſceperat Venceſlaum, qui in expeditione Valachica in captiuitatem Turcicam deductus fuit. Habuit conſortem Notarij Terr. Cracouienſis Lukowſki filiam, ex qua ſuſceperat Boguslaum, Stephanum, Michaelem, & filias quinq;. Petrus in caſtris vbi trophæa militaria deduxit, ex Wielowieyska ſuſcepit filios Sbigneum Stanislaum, Andream, Ioannem, & Petrum. Ex quibus Petrus vir prudentia & fortitudine illuſtris, conſilio grauis, vnde Exactor Generalis electus fuit. Cum Krzepicka habuit Petrum, Stanislaum, Franciſcum, Ioannem, & Nicolaum. Sbigneus Stanislaus militiæ deditus, habuit conſortem Burzynſcij filiam. Andreas verò ex Oleſnicka ſuſcepit Petrum. Ioannes verò miles*

tàm in exteris nationibus quàm domi, ex Boguſtáwſka ſuſcepit Stanislaum, Ioannem, & Caſimirum. Andreas tertius, Petri & Iacobi frater, ex Konopicka habuit Ioannem, Iacobum, Remigianum, Sebaſtianum, Sigiſmundum, Petrum, Andream, ex quibus Iacobus Notarius Terreſtris Cracouieñ. vir vt prudentia ita pietate inſignis, Conſors ipſius Wiktorowná. Ioannes quartus illorum frater miles ſtrenuus in exteris nationibus & domi, ſterilis obijt. Stanislaus quintus illorum continuus in caſtris, obijt ſterilis. Samuel vltimus frater horum, miles & ornamentum Familiæ in multis expeditionibus, & tempore Interregni Rothmagiſter diſtrictuum Sadecenſis & Czchouenſis, ex Trzemeſka ſuſcepit tres filias. Regnante verò Sereniſſimo Rege Stephano, tres germani Chwalibogij Iacobus, Stanislaus, Petrus, in Moſchouia, Liuonia reddiderunt obſequia militaria cum diſpendio vitæ, ex quibus Petrus reliquit eximios filios milites ſtrenuos, qui maiorum laude accenſi totos ſeſe Marti conſecrarunt. Zbigneus Stanislaus Rothmagiſter in Moſchouiam, & cuſtos Caſtrorum inſtitutus à Sereniſſimo Rege expugnabat Smolenſcum Sigiſmundo III. Rege regnante. Andreas illius frater ibidem reddidit audacis animi in Patriam amorem. Ioannes eiuſdem Petri filius cum Demetrio Moſchorum Duce in Regno aulicus & miles in omni fortuna fælici & aduerſa indiuiduus comes. In periculo vitæ, ſuſtinuit etiam periculum cum grandi cultro per viſcera transfixus fuit. Dein captiuitatem Moſchouiticam poſt militares actus ad Stolicam Sereniſſimo Regi redditam. Proprijs verò in laribus vbi quieuit à labore Rothmagiſter electus à Nobilibus Palatinatus Cracouieñ. contra Turcam & in Pruſſiam, aliaſq; occaſiones non neglexit, cui cum prouecta ætate ſanitatis valetudiniſq; gratia conceſſa à Domino eſt.

Garlicij *in Cracouienſi Palatinatu.*

Swieborowicij *Martinus eximius miles ad Newel & Oczakow, & cum Sereniſſimo Stephano Rege in Moſchouia ad Polociam, Pſcouiam, Wielkoluki.* Miechouius in libro 10. folio 316.317. *Ioannem aliquoties repetit.* & Bielſcius 1455.

Lenczowſkij *in Cracouienſi Palatinatu, Hermanum & Dobkonem de Lencz armorum Strepe ſeu Lauſſowa, refert Priuilegium Bolconis Ducis Theſnenſis, & Domini Oſuiecimeñ. & Glogouiæ Maioris. Anno* 1406. *Iacuſſus de Káwki ex his procedere directè, probauit eidem Duci, vnde declaratus fuit ab antiquo nobilis per allegatum Priuilegium. Patet inde Lenczowſciorum Familiam maxime antiquiorem fuiſſe ante Annum* 1406. *aliquot centenarijs annorum.*

S A S.



DELINEATIO.

EST Luna alba cornibus ſurſum obuerſa, aurei coloris ſtellas ad cornua tenens, medium Lunæ, quatit ſagitta cuſpidine prægrandi, ad ſydera directa, campus eſt ſanguineus. Ex corona, pauonis cauda onerata per medium ſagitta apparet.

ORIGO.

IN Saxonia originem habuit ob excelſa merita & victorias triumphales, quod lumina nocte lucentia, ipſa quoque ſagitta exprimit. Inde in Vngaria poſt militaris tripudij palmam, factus Theſaurarius Regni continua recepit præmia, ſicut in aureis nummis Vngarorum apparet, vbi arma Sas conſpiciuntur. Hinc Ruſsiam rubeam repetentibus Ducibus poſt Colomanum Haliciæ Regem, Huyd Comes de Familia hac præſtantiſsimus militiæ Dux, ad Danielem Ducē Ruſsiæ cum numeroſo exercitu deuenit, cuius banderium erat tali ſtemmate notatum, atque deſiderata militiæ obſequia contra Reges, Duceſque Poloniæ, Sendomiriæ retulit. Quem altis clarum meritis, conſanguineæ propriæ Rex Ruſsiæ Daniel, Parens Leonis Ducis vinculo matrimonij conſtrinxit. Hæc dum filium ſuſcepit, Rex in baptiſmo Danielis nomen puero inſigniuit. A quo demùm Danielouicij nuncupati fuerunt, atque diuina prouidentia & benedictione in præſens nuncupantur, clarè de his retulit ſub Anno 1236. Albertus Strepa. Eo, *inquit*, tempore Comes Huyd cum non contemnendo exercitu venit ad Ducem Danielem, Maſouiam omnem Duce orbam Leone Duce cum Ruſsis & Lituanis populante & peragrante, &c.

Et quoniam Saxonico idiomate vt plurimùm loquebatur, retulit vir cognomen Sas, iuxta ſermonem Ruthenum, atque inſignia quoque ipſius Sas dicta extiterunt.

CÆLVM FAVEAT.

IOſue magnus Iſraëlitarum Dux in campo, non modico retulit experimento prælti cæli fauorem, dùm in forti cum hoſtibus acie, eleuata contra ſolem voce dicebat: *Sol non mouearis.* Et ſtabat immotus ſol. Ioannes

Feri s in Symbolis adſcripſerat mediæ Lunæ: *Redibit.* Innuebat dicto, non poſſe magis ad fauorem cæli aliquid conformius fieri quàm Lunam. Illa etenim ſemper redit, fit enim ex media plena, ex plena media, ex clara ecclypſata, & poſt ecclypſim redit clarior vt apparet. Luna ſubitò cælum fauens ſibi cognoſcit. Neque Luna præſens in inſignijs his deducta alio cohoneſtanda titulo erit, perfectiſsimè enim fauorem cæli exprimit, nam ſagitta ſanguini immerſa, ſubſidio lunæ victrix ſucceſsit, cùm non defectuoſæ ſed ſtellis lucentibus illuſtri, totque oculis pauonaceis condecoratæ innitatur. In Sapientiſsimo Salomone Prouerb. 15. lectito: *Lux oculorum lætificat animam.* Si de oculis carnis intellectus eſt & ſenſus, nullam relationem ad animam habet oculus illius. Quæ lux vt illam lætificet? Si verò de oculo animæ eſt ſermo, lætificat quidem lux oculi interioris animam, ſed ſapientis intentum non tangit, qui de oculo corporis intelligit. Quis quæſo erit ſenſus, vt lux oculorum corporalium lætificet animam? Audi Tobiam lamentantem & dicentem: *Quale mihi eſt gaudium, cùm lumen cæli non video!* Audi, inquam & intellige: Lumen hoc cæli, illuminans oculos corporis, radios certos & ſecretos vſque ad animam demittit, vt ſicut lux oculos illuminat, ita animam eadem lux illuminat. Quocirca Eccleſ. xi. *Dulce lumen & delectabile eſt, oculis videre ſolem.* *Dulce*, repreſentat animam. *Delectabile*, innuit corpus, à quo viſio corporalis deriuatur. Vera hæc ſapientis eſt explicatio, ſed ad noſtrum propoſitum deducenda. Arma præſentia lux oculorum ſunt, à ſole enim qui eſt oculus mundi ſtellæ cum luna lumen ſumunt, lætificant verò animam Familiæ Saſorum, dum ſucceſſores tanti monumenti inſigniorum recogitando anteceſſores, magnos virtute, fortes prælio, grandes authoritate, claros ſapientia, ſinceros amicitia, interna lætitia ſic auidè perfunduntur, vt ipſi quoque agiles in caſtris & militia, læti in vulnere & victoria, prudentes in conſilio & cogitatu, virtuoſi in opere, fieri veraciter deſiderarunt. Ergò faueat Familiæ veſtræ cælum, nec vos fluctus habeant, verſentque in littore venti.

LVX PATRIÆ.

FErunt reciprocam viciſsitudinem: Patria & Incola. Fit namque incola clarus ex clara Patria; fit quoque Patria clara ex digniſsimo incola, ſed nunquam vnum ſine altero prodeſt. Sicut enim ſola Patria clari, modicam referunt laudem: ita clari virtute, meritis fidere nequeunt. Quocirca Petrarcha de Remed. vtr. fort. lib: 1. Dialog: 15. ait: *Dicis nobiliſſima in Patria viuo.* Notiſsima ex Patria ſum. *Reſpondeo*: Malim per te Patria, quàm tu propter Patriam notus ſis, niſi verò per te fulſeris, quid tibi lux Patriæ præter tenebras allatura eſt? Armorum præſentium tutores, ornatum Patriæ continuis ſeculis, dum augere ingenio, potentia, virtute, in Eccleſia, Regno, & caſtris præcipuum habent, verè lux Patriæ ſunt. Erat Illuſtriſsimus Co-

mus Comes Huyd lux Patriæ ſuæ & Patriæ Leonis, dum auxilio periclitanti non defuit. Ita enim Braſidas in Orat. ad Milit. *In prælio auxilium quantumuis exiguum ex inſperato pro nobis hoſtibus oſtentatum vel in eos irruens, etiam victores in fugam vertit, nam formidoloſiores ſunt hoſti qui pugnæ interueniunt, quàm qui pugnant.* Erant poſteri illius illique quos ad inſignia ſuſceperat ſua lumina Patriæ, nam vt Thucidides refert: *In Duce peregrini exercitus, virtus & continentia, & in exercitu modeſtia, conciliant fauorem, in quorum regione & oculis ſic verſantur.* Profectò talis lux ſplendebat in poſteris Illuſtriſſ. Comitis, dum tot ſeculis vigent virentque. Tenebat lumina illorum Vngaria, dum arma præſentia in aurea moneta cernuntur. Tenet Podolia, Pocutia, totaque Ruſsia, dum Theſaurarios Regni, Marte, conſilio, prudentia inſignes admiratur, ipſisque fælicia & proſpera ex alto exoptando præcatur. Habet Petraſanta inter Teſſeras Gentilicias: Lunam mediam quæ ad cornua elata pedes leonis retinet, additque quod iſtis armis vtatur familia nuncupata: *Bona dies.* Non ſatis colligo cur ex tanta impreſsione cognomen tale conſurgere poterit, ſi ob deficientis lunæ rem, quæ ante auroram aliqualiter ſplendet, valeat vt valere poteſt. Verùm arma præſentia dum conſidero, meritò illis ſubſcribere lemma potero: *Bona dies.* Qui enim extiterunt lumina Patriæ, ſplendor Senatus, radij caſtrorum, victoriarum fulgor, conſiliorum ſtellæ, Regum decora, illis exoptanda eſt Bona dies. Sed quod me mouet ad dicendum, lemma tale eſt: Video lunam ornatam illuſtratamq; ſtellis lucentibus, quæ noctem atram refellunt, diemq; repræſentant, hinc præcor & exopto Diem bonam, & nunquã noctem triſtem turbidamq;.

SPLENDOR ECCLESIÆ.

ADmirabar Lunam mediam à Fero in ſymbolis poſitam, ſubſcripſerat enim: *Piorum obitus. Feliciſſima vita.* Efficiunt namque hæc verba in diſruptum ſenſum, efficiunt & diſiunctum, vtrumque verò Lunæ ceu figuræ, pij obitus & fælicis vitæ appoſuit. Conſiderabat vt opinor, creſcentem lunam & aſcripſit: *Piorum obitus.* Significando, quod creſcendo de virtute in virtutem pij homines fiant, pieque obiunt. Ita enim Pſalm: *Ibunt de virtute in virtutem & videbunt Deum in Syon.* Conſiderando poſtmodum decreſcentem Lunam lumenque amittentem, addidit: *Fæliciſſima vita.* Significabat, quòd decreſcendo quotidie à vitijs, & moriendo mundo & concupiſcentijs, fælicisſima vita peragitur & perennis aſſequitur. Sic namque dicebat quidam: *Qui rectè Philoſophantur, mori continuò meditantur.* Moriuntur ergò pij hanc ducendo vitam, impij verò quia aliam ſequuntur, auferetur lux ſua ab eis, puta fælicitas, benedictio, gratia, cælum. Equidem digna eſt conſideratione talis ſubſcriptio lunæ. Non minoris grauitatis præſentibus armis lunæ mediæ onuſtæ fulgentibus ſtellis, ſagitta, atque oculis pauonaceis ſubſcribere licuit: *Splendor Eccleſiæ.* Tribus enim radijs

ſplendet Eccleſia: Fide, Pietate, Virtute. Fide namq́ue reuerentur Deus & Sacramenta. Pietate excitatur deuotio, fit quoque pauperum ſubleuatio. Virtute verò comparatur meritum & corona in cælis. Quæ omnia, nedum figura Symbolica hæc exprimit, ſagitta enim hæc ſalutis eſt lumine vigilantiæ, ſplendens exemplo, proximo, confeſsione Eccleſiæ: ſed etiam quia poſteritas digniſsima tutoreſq́ue veri præſentium armorum, ſplendorem Eccleſiæ elegerunt, propoſuerunt. Hinc erectæ ſumptu excelſo Eccleſiæ & fundatæ, officia laudis B. Virginis Mariæ in Vchanie, Zurow, & Olesko inſtitutæ, apparatus Eccleſiaſtici pretio ingenti comparati, pietatem ſpirant declarantq́ue. Et quod maximè ſplendorem Eccleſiæ prædicat, votis onuſtæ & miraculoſæ imagines B. Virginis Mariæ in Caſtro Vchanen. & in Eccleſia Zurouienſi, cum ingenti ſacrarum reliquiarum cumulo, & dulcedine tabernaculi altaris Domini. His namq́ue ornatibus dum ſubſcribunt illud Petrarchæ. Quærenda eſt nobis non peritura domus, addere licebit ipſorum armis: *Splendor Eccleſiæ.* Ornamenta enim tàm in Græco, quàm in Latino ritu Eccleſiæ fuerant, vt Luceorienſes campanæ ab antiquo perſonarunt. Ergò ſplendete ſplendentes ſplendore.

LINEA FAMILIÆ SAS.

Illuſtriſſ: Comes Huyd, qui primus ex Hungaria cum armis & exercitu ad Danielem Regem Haliciæ & Vladimiriæ in Ruſſiam venit atq; cum ipſo & filio eius Leone contra hoſtes pugnauit, vt Albertus Strepa in Chronico habet.

Dángielo Filius Comitis prædicti ex filia fratris Regis Danielis prognatus, cui Rex Ruſſiæ in baptiſmo nomen propriũ indidit & Danielem ad baptiſterium nominauit. Dángelowicz (antiqui enim Sclauones litera g pro i vtebãtur) filius Danielis ex filio Huyd, à quo clariſſ. Familia Dánilouiciorum hanc clariſſimã denominationẽ retinet. De quibus in Menologio Zurouieñ. ad Slonimum: vbi Duces quoq; nominantur clariùs legitur. In hoc verò præmonitum volo eſſe lectorem, quòd in M D.L. reperiuntur quoq; Dánielouicij à Daniele parente nuncupati & antiquam originem clara virtute & fortitudine promouent ſed ſunt diuerſorũ gentiliciorum, nam pro inſignijs nobilium vtuntur armis Rola, vt patet in Comitijs Hrodlenſibus, vbi in Anno 1413. Nobiles Lituaniæ arma Polonorum ſeu gentilicia ob maiorem amicitiam & vnionem cum Regno recipiebant. Danilouicij verò à Duce Daniele ſuo in Ruſſia orti, arma nobilitatis Sas, longè ante vnionem prædictam, clara in Ruſſia meritis & triumphis, reddiderant, plurimoſq; ad ſpecimen fortitudinis donatione eorundem armorum alliciebant. Quorum Sedes Ruſſia Rubea diſtrictus Sanocenſis, & Pocutius, fuerant. Iam verò benedictione diuina in Regno Poloniæ altis honoribus & titulis ob virens maturumq; iudicium in Senatu & Caſtris, à Sereniſſimis Regibus euecti. Familiam in æuum pietate conſeruant. Sed quia ab antiquo deducere lineam nimium foret, eos qui præſentibus Illuſtriſſ: Danilouiciis

Ionicijs lumina fuerant in virtute & fortitudine in ſeriem reducam. Stanislaus Danielowicz Vexillifer Leopolien. vir in ſago perpetuus, Tartarorum agmina pluries deturbauit, quaſſauit. Vaſtam dum collegiſſet gloriam Rothmagiſter ſtrenuus & militum Tribunus, Vexilliferi dignitate ornatus, vt gradu præſenti altioris dignitatis præmia reſumeret. Sed inuida mors obſtitit gloriæ. Reliquit ex Tarlowna filia Vexilliferi Leopolien. duos filios. Sepultus Leopoli in Eccleſia Ordinis Prædicatorum, vbi ipſius ſplendidus cum Epitaphio manet Sarcophagus. Nicolaus primus Stanislai filius, hic vnà cum fratre Ioanne, poſt fata parentis in exteris nationibus virtutem cum literis, fortitudinem cum audacia collegit. Quapropter præmium virtutis in Tribunali Caſtris, in Curia & amicorum ſocietate, reportauit. Huic triumphanti militi Capitaneatus Chelmenſis & Drohobycenſis collatus fuit. Et quoniam legationem à Regno dextere apud Turcarum Imperatorem Amurathem perfecit, Caſtellanus Leopolień. tum Theſaurarius Curiæ, demum Theſaurarius Regni atq; Capitaneus Kraſnoſtauień. Samborień. Parcouień. Bielſceń. Czerwonogrod. renunciatus erat. Sic viro virtutibus alto, alta ceſſerant præmia. Extat pietatis illius opus inter theſauriſantes animæ opes Eccleſia Patrum Societatis IESV Lublini, quam laminis contexit æreis. Ex Anna Pauli Vchanſki Palatini Belzenſis filia ſuſcepit filios quinq; & filias tres. Sepultus in Vchanie. Ioannes Danielowicz alter filius Stanislai Vexilliferi Leopolień. poſt exercitatam adoleſcentiam in literis & varijs linguis apud nationes diuerſas, caſtrorum militarium obſeruantiſſimus, virum ſeſe in toga & ſago praſtantiſſimum Patriæ & Senatui præſtitit. Quocirca Capitaneus Buſcenſis, Corſunenſis, Czechrinenſis, Moſtenſis, ac demum Palatinus Ruſſiæ à Sereniſſimis Regibus renunciatus erat. Ex Conſorte prima Catharina Kraſicka Palatini Podoliæ ſorore, ſuſcepit filias Mariannam Stephani Koniecpolſki conſortem, & Sophiam Firley Capitanei Caſimirienſis. Ex altera verò conſorte Sophia Zolkiewſka, Stanislai Supremi Ducis exercituum Regni & Cancellarij filia, ſuſcepit Stanislaum Capitaneum Corſunenſem, Czechrinenſem, Moſtenſem, eximium ſummæq; audaciæ bellatorem. Patuit illius in adoleſcentia fortis animi declaratio ad Smolenſcum in præſentia Sereniſſimi Regis Vladislai IV. Neq; erat, qui non plurima in tam ſubiecto ad Martem nato, ſibi non proponeret futura, ſed inuida mors expectatam à Patria triumphatorem, Tartarico tumulto per Cantimirum ſtructo ipſis in mediis campis, confinibuſq; Regni captiuitati moleſtè illum commiſit, demum tumulentis atriq; Tartari commouit pectus, vt occiſi filij ſui ad Vście Pocutianum in Ruſſia vlciſceretur, quocirca à filio Cantimiri, ô heu vinculis conſtrictus, iuſſu parentis affectus vulneribus occiſuſq; fuit. Delatum in Patriam buſtum, cura Palatini Ruſſiæ Sobieſki per Zielonkam, in Eccleſia Zolkieuienſi hæreditate propria conditum manet. Sorores ſuæ erant Theophila, conſors Iacobi Sobieſki Palatini Ruſſiæ, & Dorothea Abbatiſſa Monialium Sancti Benedicti Leopoli.

Illuſtriſ-

Illuſtriſſimus parens illorum Palatinus ſepultus in Oleſko, in Eccleſia quam fundatione & ædificio auxerat Parochiali. Ioannes Nicolaus, primus filius Nicolai Theſaurarij Regni. Hic vbi concepit animo ſe filium eſſe tanti tamq; magni Herois, noluit aliquem alium in exemplum animo & ſpeculum corpori ſumere, quam ipſum progenitorem. Nam licet Xenophontis conſilium ſanum eſt in libro de Republica Lacedæmoniorum. Dicit enim: Puerorum induſtria & corpus aliquo honeſto certamine ac præmio propoſito publicè priuatimque exerceatur ac excitetur: *nullum tamen ſaluberrius conſilium filiis, quàm parentum ſuorum magnorum illuſtria acta ingentiaq; proponere exempla. Quocirca cùm exemplar vitæ fortunæq; exprimere in ſemetipſo parentis ſui Ioannes Nicolaus deſiderauit, cohoneſtatam literis adoleſcentiam, cultamq; moribus ac virtutibus vlteriorem ætatem, Marti cum brachio, Palladi cum ingenio obtulit, atq; eo medio triumphator in bello, beneuolus in Patria, deſideratus in Aula conſtitutus, Regum deliciæ, nobilitatis amor permanſit. Hinc plurimis honoratus Præfecturis, Præmislienſi, Samborienſi, Drohobicenſi, Ratnenſi, Colenſi, Brunſcenſi, &c. Supremi Theſaurarij Regni refert titulum officiumq;. Magnæ religionis defenſorem, religioſèq; pietatis obſeruatorem, Sacramenti Sanctiſſimi Altarisue veneratorem præcipuum, piorum hominum vota, nunquam de illo ſilentium ponent, cum mihi parciorem in ſermone de viuis loquendo neceſſum eſt. Conſors illius prima Helena Opalinſcij Marſchalci Supremi Regni filia, altera Dorothea Tenczynſka Palatini Lublinenſis filia, cui ſit benedictio ex alto. Petrus alter filius Theſaurarij. Hic ad beneplacitum parentis dum floridam ætatem diſpoſuit, in virtutibus claris & optimis moribus ipſe quoq; floruit. Quo medio in Principis Aula, & militum caſtris decus nomenq; deduxit clarum. Creatus Inciſor Regni ea dexteritate proceſſit, vt Cremenecenſis, Parcouienſis Capitaneus nominatus eſſet, plurimaq; ob celſitudinem meritorum cumulaſſet honorum encomia, niſi decreto mortis paruiſſet, tenuit vinculum matrimonij primò cum Samotulſka, ex qua ſuſcepit filiam Helenam, ſecundò cum Duciſſa Wiſniowiecka, ex qua habuit filium Carolum. Stanislaus tertius filius Nicolai Theſaurarij, qui non minori ſtudio ad virtutem à parente Illuſtriſſ. ſtimulatus, ingenij digna præſtitit indicia, quæ ſcilicet & Patriæ & Regi, & Senatui & caſtris, proficua fierent, vnde à Sereniſſimo Rege Præfectura Czerwonogrodenſi honoratus fuit. Cum Marina Siemaſſkowna Caſtellani Braclauienſis filia tenuit vinculum matrimonij, ex qua ſuſceperat filium Ioannem, ſed virum ad magna natum, tranſtulit ad maiora diuinæ clementiæ ſapientia. Sepultus in Vchanie. Nicolaus quartus filius Theſaurarij Regni, quem dum virtus glorioſum, mores conſpicuum, acta grauem, religio pium firmauerat, hæredem in Felſztyn & Blozew ad Succamerarij Chelmenſis dignitatem vocauit Rex & Nobilitas. Conſors illius Appollinara Niemoiowſka, ex qua ſuſcepit filios & filias. Franciſcus quintus filius Theſaurarij Regni. Hunc ipſa natura ad alta promouit, dum*

uit, dùm ingenium, linguarum beneficia, morum grauitatem, ſtaturæ decorem, corporis firmitatem ipſi contulit. Eſt in quo delectetur Mars, teneat expectationem Patria, ſperet conſiliorum vtilitatem Senatus. Quocirca ad altiora alliciendo Sereniſſimus Rex, Præfecturam illi caſtri Czerwonogrodenſis obtulit, tenuit matrimonium cum filia ex M. Duc. Lith. Sapiechæ, erat pientiſſima matrona, quæ ſæpè ſæpiùs in Czerwonogrod viſitabat deſolatam Eccleſiam, vel potiùs aram Eccleſiæ Ordinis Prædicatorum, in qua plures ſacerdotes & Fratres à Tartaris & Valachis occiſi fuerant, ibiq́; deuotionem lachrymis ornando, ſuſpiria conſolatione ſpiritus fouebat. Sorores illorum & filiæ Theſaurarij fuerant tres, quarum vna erat primùm Sapiehæ, poſtmodum Illuſtriſſimi Domini Marſchalci Supremi Regni Opalinſcij conſors. Altera Iſabella Illuſtriſſimi Domini Cancellarij Regni Oſſolinſcij, ex qua filius Franciſcus cum Palat. filia Dźiałynſka ſacramentum matrimonij tenet. Tertia Vrſula in Ordine S. Brigidæ Samboriæ Sanctimonialium mater.

Tarnawſcij *antiqua & multis meritis ornata Familia in Sanocenſi Terra. Staniſlaus Canonicus Præmislienſis, vir literis ornatus, magnam bibliothecam reliquit. Nicolaus frater ipſius reliquit filium Staniſlaum Vexilliferum Sanocenſem ex Stádnicka, ex Humnicka verò Ioſephum, Sigiſmundum. Andreas tertius frater, reliquit filios Nicolaum militiæ & literarum amatorem, & ſummè hoſpitalem, ex Probanſka reliquerat prolem, qui cum parente ſepulti in Dembicá. Chriſtopherus illius frater Rothmagiſter, cupidus laudis & honoris ad Oczakouiam excurrebat, & cum Sereniſſimo Rege Stephano omnem expeditionem ad Poloeciam & Wielikoluki fæliciter perfecit. Vir Catholicus, Eleemoſinarius, ſine coniugio vixit. Ioſephus ſpreto ſæculo religioni ſeſe & Deo reddidit.*

Iaſinſcij *in Lencicienſi Palatinatu. Ioannes miles cum Báworowſki & Charlinſki in Pruſſiam. Parens ipſius miles cum Sieniáwſki ſtrenuus Staniſlaus, mater Zołędźiowná Barbara. Frater ipſius Ioannes miles, ad Vinniciam domicilia habet. Alij ex illorum Familia Notarij erant Lencicień. & Vicecapitanei.*

Orłowſcij *de Orłow in Culmenſi Terra. Orłowſki ex Elzánowſka duos filios ſuſcepit Matthiam, cuius filius Ioannes, à quo Michael Canonicus Chelmenſis & Staniſlaus. Ex fratre germano Matthiæ Orłowſki filij, Andreas Chelmnenſis coniudex. Bartholomæus miles & à Turcis in captiuitatem deductus poſt annos decem redijt. Ioannes & Stephanus qui omnes ſuſceperant prolem aptam Reipub. negotijs & obſequijs.*

Staniſlaus Dźiedoſzycki de Dźiedoſzyce in Sokołow, eximij actus in caſtris bellicis miles, cuius Epitaphium Leopoli in Eccleſia Prædicatorum: Georgius Dzidoſzycki Caſtellanus Lubacouienſis contra Begleibergum, Nalewaikum, & Michailum Wáydá bellator. Obijt Ætatis 66. *Erant duæ ſorores de Familia Dźidoſzycciorum, quarum vna copulata fuerat Tarnouio Caſtellano Zarnouienſi, quæ reliquit filiam Euphroſinam Ducis in Wiſniowiec conſortem,*

tem, altera erat conſors Illuſtriſſimi Domini Alexandri Chodkiewicz Palatini Trocenſis, magni fundatoris religionis Dominicanæ, in tota Alba Ruſſia & in hæreditaria vrbe Sklow, cuius occaſione etiam illa maxima benefactrix extitit Ordinis Prædicatorum. Sepulta Leopoli in Capella B. Virginis Mariæ, vnà cum filia eiuſdem Illuſtriſſimi conſorte Vexilliferi Regni Procopij Sienidwſki.

Buchowſcij *in Ruſſia, in Præmislienſi diſtrictu notant Familiam ſuam de Rubotycze.*

Zawiſij *in Ruſſia, viri militari & caſtris dediti.*

Skotniccij *in Ruſſia, ex quibus Paulus Vexillifer Halicienſis, eximius & ſtrenuus bellator.*

Chodkowſcij *de Bobin. Lucas eximius miles & loco tenens Rothmagiſtri in Moſchouia, quieſcit Iauorouiæ in Parochiali Eccleſia.*

Kruſielniccij *eximij in caſtris, humani in conuerſatione viri, quæ in Valachia cum Turcis Kruſielniccius egerit, in Anno* 1572. refert Bielſcius fol: 645.

Sulaticcij *in Ruſſia ſtrenui milites, N. Rothmag. Petri Potocki loco tenens.*

Blazewſcij *caſtris & beneuolentia conſpicui. Sigiſmundi meminit Conſtitutio Regni* 1589.

Woloneccij *in Ruſſia, quorum omnis educatio militaria caſtra.*

Dubráwſcij *milites eximij, erant aliqui Subiudices & iudices Halicienſes.*

Huherniccij *in Pocutia milites in caſtris, aulici domi, Struſijs, Kázánowſcijs, Potoccijs reddiderunt obſequia.*

Swiſtelniccij *in Pocutia, antiqua & clara militari exercitio Familia.*

Nowoſielſcij, *fortes & audaces viri.*

Klednieccij *milites ſtrenui, & ad vſum Reipublicæ idonei.*

Rozniátowſcij *militari dignitate præcipui, qui munus Rothmagiſtri in caſtris & bello feliciter tractauerunt. Fedinium in bello cum Tartaris ad Dubno meminit* Paprocius ſub Anno 1577. folio 339. in ſecundo Opere. *Alexandrum Soloma dictum & Chriſtophorum Rothmagiſtrum, & Albertum peditum arcis Camenecenſis caput. Petrum qui in Turciam ad Wezerum Magnum legationem obiuit memoria habet militum filij Alberti. Alexander, Michael, Ioannes in Ordine Prædicat: Theologus S.R.M. & Albertus.*

Woriſccij *milites optimi. Iuanus ſtrenuus miles reliquit filium Vaſilium, qui cum Duce Romano Sanguſzko nullam expeditionem neglexit.*

Tyſſarowſcij, *ex quibus erat Ieremias Ruthenorum Leopol. Halicień. & Camenecenſium Wladyka Schiſmaticus.*

Raſzko, *Procopius Raſzko Notarius Caſtrenſis Halicienſis, paruus quidem ſtatura, ſed magnus ingenio & audacia forti.*

Hrebicki *in Palatinatu Belzenſi.*

Kropiwnicki *de Kropiwno in Præmislień. Terra & Braclauień. Michael Notarius Caſtrenſis Vinnicenſis, in bonis Obodne alij militarem in caſtris continuant.*

SCHON

SCHÖNBEGK IN MARCHIA BRANdeburgenſi, nunc in Polonia SZEMBEK.



DELINEATIO.

EST ſcutum tribus campis diſtinctum; ſupremus eſt coloris cæleſtini, in quo eſt Ibex verſus dextrã currens; medius eſt coloris flaui, in quo ſunt tres rubeæ roſę in lineam diſpoſitæ; tertius eſt coloris ſanguinei, in quo idem Ibex currit. Super coronam vero auream, duæ alæ expanſæ, roſis adornatæ, medio ſtantem Ibecum circumtegunt.

ORIGO.

ANtiquitùs Gerlacum à Schonbegk poſt deuictos Saxones à Carolo Magno Aquiſgrani Nobilitatum primã ſtirpis Schonbegkianæ originẽ extitiſſe, cuius Succeſſores propagati per Henricum, Fridericum, vſque ad Petrum; vt patet ex Priuilegijs Henrici VII. & Caroli IV. Romanorum Imperatorum, quorum tenor ſequitur talis:

HENRICVS VII. Dei Gratia Romanorum Imperator, Lucemburgen: Comes, &c.

VNiuerſis Sacri Romani Imperij fidelibus ac alijs præſentes literas inſpecturis, quos opportunum noſſe fuerit, in perpetuum gratiam Noſtram & beneuolam voluntatem. Regum Regi cuius ineffabili Clementia in ſpecula dignitatis imperialis conſtituti, Romani imperij molimina gubernamus præſtare obſequium arbitramur, cum omnibus Chriſtianis ac cunctis Noſtri Imperij ſubditis pacem & commodum præparamus, & eorum meritis Noſtram munificentiam & liberalitatem impertimur ac exhibemus. Sanè igitur licet Nobilis Henricus de Schonbegk fidelis Noſter dilectus ex Prædeceſſoribus ſuis Attauis, Proauis, & Auis, cum ſua poſteritate, titulo, & armis, ac militaribus ornamentis ex longo fuerit inſignitus, ac de munificentia Illuſtrium Anteceſſorum Noſtrorum Rom: Imperatorum annos ante quingentos dotatus; de Noſtro tamen ſpecialis dilectionis ardore, quo ipſum complectimur, habito reſpectu virtutum ac meritorum præfati Henrici Schonbegk ac fauorabiliter ad ipſius actus pios ac ſtrenuos inclinati, quibus culmini Noſtro aſſiduo peruigil, non parcens periculo, perſonęq́; ac ſubſtantiæ ſuæ placere meruit, & pro Noſtro ac Imperij Noſtri ſtatu, cùm in alijs multis locis, tùm potiſſimùm ad Vrbem Romam, cùm æmulus & aduerſarius Noſter Ruprechtus Rex Apuliæ bareret, & fortunam ſibi contrariam volens impedire Coronationem Noſtram experiretur ſtrenuè & laudabiliter deſudauit: ad ipſius eleuationem eiceritam inclinationem quadam ducimur naturali vt in illo

 liberali-

liberalitatis & gratiæ Noſtræ Cæſareæ veſtigia relinqueremus, & teſtimonium meritorum ipſius Nobis ſinceriter præſtitorum perhiberemus. Quocirca de ſpeciali Maieſtatis Noſtræ munificentia ipſum per manus Noſtras, vnà cum multis Noſtris, alijsq. Nobilibus fidelibus Noſtris dilectis, tempore Coronationis Noſtræ in Romanum Imperatorē ſuper glorioſo ſolio Noſtro Cæſareo, Ipſis publico verbere inſignitum, & in Equitem creatum & nominatum legitimè & huiuſmodi ornamento, meritis ipſis competenter inſignitum omnibus & ſingulis cuiuſcunq. gradus & conditionis hominibus, tam aliorum quàm Imperij Noſtri ſubditis denunciatum & publicatum, præſentium ſcripti patrocinio, vt meritò amplioribus Noſtræ gratiæ fauoribus ipſum ſentiat exaltatum declaramus, annunciamus & confirmamus. Decernentes eundem ſæpe nominatum Henricum Schenbegk. vti verum & legitimum Equitem omni dignitate & iure optimo frui debere & valere, quo cæteri hoc Equeſtris dignitatis ſplendore inſigniti, gaudere conſueuerunt. Nulli ergò hominum &c. Dat. in Caſtris apud Imperialem montem ſupra Florentiam, per manus Venerabilis Henrici Tridentinis Epiſcopi, Aulæ noſtræ Cancellarij prædilecti ac Principis. 8. Calend. Februar. Anno Dñi 1313.

CAROLVS IV. Diuina fauente Clementia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus & Bohemiæ Rex.

AD perpetuam rei memoriam, ad ſuperni Regis exemplum, cuius inæſtimabilis gratiæ dono vniuerſis per orbem terrarum regnantibus, altius nos eſſe ſublimatos agnoſcimus, perſonas Nobiles & militiæ deditas, ex innata nobis manſuetudine & munificentia gratioſis fauoribus libenter proſequimur, & de eorum honore ſtatuq. honeſto iugi ſolicitudine inter altas incumbentes Nobis ſarcinas attentius vigilamus. ſanè à noſtra non excidit maieſtatis memoria, ſicut etiam multis noſtris Principibus extitit & fidelibus ſubditis manifeſtum, qualiter temporibus retroactis clarè & ſanctæ memoriæ Inuictiſſimus Princeps Henricus Imperator Auus Noſter, glorioſus ac illuſtris quondam Ioannes Bohemiæ Rex, Genitor noſter dilectus, in varijs bellorum expeditionibus opera Nobilis Henrici de Schonbegk in ducenda turma Galeatorum vſi fuerant, & eidem multa militiæ decora contulerant. Conſtat etiam Nobis quomodo ſupranominatus Henricus Schonbegk, vnà cum dilecto Genitore noſtro in bello Gallico paucos ante annos pugnando glorioſè ad Creſſiacum occubuerit, ac ſeruitiorum ſuorum Stirpi Noſtræ præſtitorum laudabilem finem impoſuerit. Nos cum ob ſtrenua ſeruitia extincti Henrici, tum etiam ad excitandos milites noſtros, quoſcunq. & ad demonſtrandam gratitudinē præſtitorum ſeruitiorū vniuſcuiuſq. Curienſi noſtro Nobili Friderico Schenbegk demortui filio, ob fidelia quoque opera ipſius, quibus nobis maiorum ſuorum veſtigijs inſiſtens à iuuenilibus ſuis annis, potiſſimum verò in pugna Lombardica ad oppidum S. Felicis, ac poſtmodum contra Bolconem Principem Zeganenſem & Minſterbergen. cōplacuit, ac animum ſincerum ſuæ fidelitati Nobis ſemper exhibuit ex liberalitate Noſtra & munificentia Cæſarea, ſtipendium Patris ipſius trecentos videlicet nummos aureos ſoliti pōderis pro ſolario annuo ex perceptis ærarij noſtri durante vita ipſius dandos & ſoluendos ſtatuimus & aſſignamus, ac ad maiora ipſi gratiam Noſtram Cæſaream ac filijs Sebaldo videlicet & Henrico ipſius, prima quaq. occaſione promptam oneramus. Præſentibus verò obligamus ſucceſſores Noſtros inclytæ Domus Noſtræ, vt ſi aliquando durante vita Noſtra,

ſupradicto

ſupradicto Friderico Schonbegk non exolueretur, extunc immediatè & demum etiam poſt obitum Noſtrum, quem Altiſſimus diu auertat omnibus impedimentis procul motis annuatim ſemper à Præfectis & Magiſtris contributionum Noſtrarum iam exiſtentium & in poſteris futuris ſoluatur. Nulli ergò hominum liceat hanc paginam Noſtræ Maieſtatis infringere, vel ei quouis auſu contrariè contraire temerariè, ſi quis autem contrarium attentare præſumpſerit, grauiſſimam indignationem Noſtram eo ipſo ſe nouerit incurſurum. Teſtes huius rei ſunt Venerabiles Fridericus Ratisborień. Ioannes Lutomyslenſis Sacræ Imperialis Aulæ Cancellarius, & Theodoricus Mindenſis Eccleſiarum Epiſcopi, Illuſtres Rupertus Senior Comes Palatinus Rheni, Sacri Imperij Archidapifer, Bolco Falckenbergenſis, Petrus Borbonenſis Duces, Spectabiles Burchardus Burgrabius Magdeburgenſis Imperialis Curiæ Magiſter. Albertus de Anhalt & Henricus de Swartzburgk Comites, nec non Nobiles Iodocus Vlricus & Ioannes, Fratres de Roſenbergk, & Herbortus de Ianowicz, & alij quàm plures Nobiles fide digni, præſentium ſub Imperialis Maieſtatis Noſtræ ſigillo teſtimonio literarum. Dat. Pragæ Anno Dñi 1355. Indictione VIII. 5. Calend: Septembris, Regnorum Noſtrorum Anno Decimo. Imperij verò Primo.

Cuius ſucceſſores à tempore Henrici III. Imperatoris, vti ex originali luculenter demonſtratum peruenere, ac poſtmodum ſucceſſiue cum in Henrico Schonbegk. qui ad Creſiacum in Gallijs aureatæ militiæ miles militando occiſus eſt. Tum in Friderico Schonbegk occiſi filio Caroli IV. circa Annum 1356. & vlterius claruit: ex qua linea prouenîens Petrus Schonbegk, Maximiliano I. Imperatori Romano ſua ſeruitia aulica præſtitit, qui poſtea eodem S. memoriæ Imperatore ex periculo venationis Damarum & Ibicum Comitatus Tirolienſis in Territorio Oenipontano de monte nominato Sand Martinſwand miraculoſe liberato, maximam laudem & premium obtinuit. Poſtmodum verò idem Petrus Schonbegk, relictis 4. filiis ex Margaretha à Schleynitz Nobili Miſnenſi, Petro videlicet Henrico, Eduardo, & Bartholomæo Schonbegk is procreatis intra breue temporis ſpatium mortuus eſt, qui ex ephebis egreſſi in mediocri ætate varias mundi plagas manſionibus ſuis elegerunt. Primus enim natu Petrus Schonbegk, vti Chronicon rerum Pruſſicarum, per M. Gaſparum Schutzen conſcriptum, & poſtmodum per D. Dauidem Chytræum continuatum ac denuo Anno 1599. impreſſum folio 416. teſtatur. Anno 1507. Imperij Maximiliani I. Roman. Cæſaris, Regiminis verò Sigiſmundi I. Regis Pol. anno Primo in Pruſſiam peruenit, vbi ducta in vxorem vidua Anna Czapſka, ex illa Ioannem, & deinde ex Anna Sparenberga Benedictum ſuſcepit. Henricus natu 2 bonorum Tirolenſium ex premio periculoſo illius venationis Maximiliani I. Imperatoris acquiſitorū ſorte contentus, in Comitatu eodem remanſit, cuius ſucceſſores legitimi vſq; ad noſtra tempora permanent. Eduardus natu tertius in Marchia Brandeburgenſi ſolo ac Patria anteceſſorum ſuorum delectatus, ad vltimum terminum vitæ ſuæ remanſit. Bartholomæus quartus & vltimus Petri filius in Marchia quoq; pecuniaria ſorte contentus, vitam pacificam duxit, ducta in vxorem Athleita Dudiſſia, ex qua Bartholomæum & Henricum procreauit, fungens officio Rothmagiſtri Electoris Brandeburgenſis in ciuitate Stendalia Marchionali moritur. Huius filius Bartholomæus ex Marchia in Poloniam cum Legatione Marchionis Brandeburgenſis peruenit, vbi delectatus amœnitate regionis, ducta primum in vxorem Elbingia Stanowna, & dein ipſa mortua, ſecunda Margareta Schillingia, ex quibus multam prolem, vti Bartholomæum, Nicolaum, Stanislaum, Ioannem & Margaritam Lichtenbergij Iaſnogorski, Eliſabetham ac Hedwigim Paczkonum conſortes reliquit. Hic Bartholomæus ob ſingularia merita tum & commendationem Illuſtriſſ. Alberti & Friderici Marchionum Brandeburgenſium, & in Pruſſia, Stetini, ac Pomeraniæ Ducum, quam ex fideli-

bus ſerui-

bus ſeruitiis olim Sereniſſimo Sigiſmundo Auguſto Regi Poloniæ præſtitis, Indigenatu ac incorporatione inter alios Regni Nobiles cum filiis & Nepotibus, ab eodem Sereniſſimo Auguſto Anno 1566. Varſauiæ, 25. Menſis Iulij condecoratus, cuius Indigenatus tenor ſequitur talis.

SIGISMVNDVS Auguſtus Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæque Dominus & Hæres.

Significamus præſentibus litteris noſtris, quibus expedit vniuerſis. Quod cùm ex authenticis teſtimonijs Sereniſſimorum Romanorum Imperatorum euidentiſſimè Nobis conſtitiſſet, de auita & gentilia Nobilitate Nobilis & ſincere Nobis dilecti Bartholomæi Schonbegk Marchiaci, tum & ſingulari commendatione Illuſtrium Alberti & Friderici Marchionum Brandeburgenſium, & in Pruſſia Stetini & Pomeraniæ Ducum, conſanguineorum Noſtrorum Chariſſimorum, tum ex fidelibus ſeruitijs ipſius ab ipſo Nobis præſtitis, quibus à Nobis Indigenatum ac incorporationem inter alios Regni Noſtri Nobiles, contendiſſet, & cum ſubmiſſa inſtantia affectaſſet. Nos lubentes tantam gratiam cùm in præmium virtutis, quæ in illos ſat luculenter refulget, cùm ob reſpectum commendationis homini præſertim de nobili ſanguine creto, haud denegandam exiſtimauimus. Idcircò authoritate Noſtra Regia, eundē ſupranominatū Nobilem Bartholomæum Schonbegk, omneſq; illius filios ac nepotes legittimos, in perpetuū præſentibus hiſce litteris Noſtris, inter cæteros Regni Nobiles, eorumq; ordinem, ritum, cœtum, & ſtatū, aſſerimus, aggregamus, & incorporamus, volentes vt idem Bartholomæus Schonbegk, & cum ſuis ſucceſſoribus ijſdem libertatibus, & prærogatiuis, quibus cæteri Regni Noſtri Nobiles gaudent, vtatur, gaudeat, & fruatur. In cuius rei fidem & euidens teſtimonium præſentes litteras Noſtras, manu Noſtra ſubſcripſimus, & ſigillo Noſtro communiri iuſſimus. Datum Varſauiæ 25. Menſis Iulij. Anno Domini, M.D.LXVI. Regni Noſtri verò Anno XXXVII.

Sigiſmundus Auguſtus Rex.

ADSPIRAT FORTVNA LABORI.

MAximus in conſideratione lemmatum Iul: Guil: Zincgreſsius, proſperæ naui, feliciqùe vento nauigantibus nautis inſcripſerat hunc prænominatum titulum: *Nec iniocundè.* His enim tribus, labore, vento, & gracili fortuna, felices ad portum naues veniunt. Sed dum modernum conſidero ſcutum; roſis, ſanguine, auro, Ibicibus decoratum, concinnè quoque ſcriptum adiectum manebit: ADSPIRAT FORTVNA LABORI. Cùm enim in tanto vitæ periculo Imperatoris, ſuccurrit oportunè parens horum armorum, atque pro merito & labore fortuna adſpirante tale inſigniorum gentiliciorum augmentum ſuſceperit, iam Ibicibus additis adſcribendum venit. Miſcetur decori virtus, ſcuto autem

ceu

ceu propiori & propinquiori ſtemmati, adſcribendum erit: Vires animumque miniſtrat. Roſis vero: Semper inclyta virtus. Meruit namque laudes, qui gloria inſignis, Principis amans fuerat. Plurimas ego aduerto capras in inſignia Familiarum Nobiliſsimarum conceſſas, quæ referunt non voce emortua Familiarum ornamenta & merita, ſed his graciliores digniore ſué non video. In Bauaria, inquit Petraſanta in Teſſeris Gentilicijs, vtitur capra pro inſigni Familia Moſcheimorum. In Franconia Familia Veſtenbergiorum. Illius capra quibus ornamentis delineata fuerit, ignoro, iſtius eſt vermiculata argento, at veſtræ Capræ niueæ, aureum campum & ſanguineum cum rubentibus roſis calcantes, atque inter aquilinas alas ſaltantes & balantes, multa ſuperarunt decora. Quocirca, quanto ſuperatis decore, tantò virtute ſacra, fortitudine bellica, prudentia vigili, amore patriæ eoſdem excellere contendite. Igitur, labor excitet fortunam, fortuna autem adſpirabit labori.

LINEA FAMILIÆ SZEMBEKORVM.

HVius Indigenæ Filij ac Nepotes quamprimùm Regni huius libertate gaudere cœperunt, nullam vnquam occaſionem benè merendi de Repub. prætermittere paſſi ſunt, etiam cum extremo vitæ ſuæ periculo. Nempè Hieronymus & Alexander Szembekij Bartholomæi primi Indigenæ Nepotes, virtutem quaſi iure hereditario ad ſe deuolutam, eximia contentione amplexi, magnum maiorum ſuorum ſplendori fortibus contra hoſtes Regni editis facinoribus decus addiderunt. Nam Michaele Moldauo hoſtilia ſigna contra Rempub. efferente, ſub Illuſtriſſ: Ioannem Zamoyſcium Supremum Exercitus Ducem, & poſt Carolo Sudermaniæ Duce infeſtis armis contra fas & gentilicium iura Liuoniam laceſſente, ſub ſignis Illuſtriſſ: Ioannis Caroli Choakieuicij Exercit: Ducis Lithu: & Palatini Vilneń: militarunt. Deinde in Moſchouitico bello, oppugnatione ipſa Smolenſciana penes Inuictiſſ: Sigiſmundum III. in ducendis Centurijs peditum ea virtutis conſtantiæ & fortitudinis amore Alexander incenſus, glorioſè occubuit. Hieronymus verò, varia facinora, quæ non niſi à forti & amanti Reipub. viro expectari poterant ſtrenuè præbuerat. Fridericus horum frater in Religionem Soc: IESV anno 1599. ingreſſus, poſt eximius Theologus. Gabriel Sereniſſ. Regis Sigiſmundi III. Secretarius & Zupparũ Maczouiicarum fidelis Adminiſtrator, vir rectus & pacificus. Stanislaus Sereniſſ. Regum Sigiſmundi III. & Vladislai IV. Secretarius, hic ob ſummam dexteritatem & probitatem Zupparum Wielicienſium Adminiſtrator factus, hoc munus fideliſſimè obiuit, prouentus Reipublicæ per multos annos tenens auxit. Sigiſmundus Religionem S. Franciſci de Obſeruantia ingreſſus, poſthac eximius Theologus. Hieronymus exterarum nationum peritus iuuentutem ſuam in ſeruitijs Illuſtriſſ: Regni Procerum conſumpſit, vir rectus & ſincerus. Christophorus, & Paulus, Principibus placuére viris, liberales in pauperes, &

Religio-

Religioſos munifici. Alexander Burgrabius Arcis Cracouienſis & Sereniſſ: Vladislai IV. Regis Secretarius, iuuenilem ſuam ætatem in exteris nationibus triuit, in publicis exactionibus ſedulus, Illuſtriſſ: Senatoribus Regni charus. Sunt & alij ex his quatuor huius Indigenæ filijs procreati Nepotes, Pronepotes, qui numero & multitudine per Dei gratiam ſuperant, ſicq; in linea ſua non deficiunt.

SCHILLING.



DELINEATIO.

EST clipeus ſanguineus, ſuper cuius medium circulus coloris argentei, in medio eſt ramus viridis de arbore Tiliæ, ſubtus duo ramuſculi excreſcunt, quarum quilibet habet folium Tiliæ, ramus quoque in ſummitate habet folium vnum. Supra clipeum eſt galea tormentalis, ex qua alæ duæ coloris rubei eminent expanſæ, eadem arma in medio retinentes, adornãt laciniæ albæ & rubeæ pennas alarũ aquilinarum.

ORIGO.

SAnguis & color rubeus in clipeo & in alis expreſſus, in Martis & pluentis ſanguine campis, acquiſita fuiſſe clarè commonſtrant. Viror arboris quæ apum paſcua opima gerit, fortem triumphatorem & prouidum militibus, ſummæq; vtilem ad victoriæ palmam commendant. Quocirca Maximilianus Romanorum & Vngariæ Rex atq; Chriſtianorum Imperator, antiquam meritis & gloria Familiam Schillingorum, dum in plurimis expeditionibus conſpexit nobilitatos pridem, & haſtis ad nobilitatis ſuæ Teſſeram adornatis, in talia arma cum galea tormentali & decoribus ipſis benignè conuertit, atque illis Anno 1507. 2. Maij Conſtantiæ conceſsit. Quos in Regno Poloniæ Sereniſsimus Rex Sigiſmundus I. 1543. in Indigenas & Nobiles ſuſcepit & approbauit. *Habet de illis Iodocus Decius in Chron: Iagellona ſub Anno* 1503. *fol.* 108.

PAR ALIIS.

ASpectu primo apparent arma Schillingonum parcam memoriam tenere, ſed introſpicienti rem, grauem referent authoritatem. Et ſicut virentes ſurculi ramo colligatæ diuturnitatem commonſtrant, ita ab antiquo & in præſens arma hæc, tacitè hæc duo ingerunt, non decident ſed


aliis

alijs paria erunt. Ioannes Ferus in ſymbolis Leoni addiderat lemma: *Magnos vana fugient.* Exprimebat naturam Regiam in Leone, qui vanis non occupatur & paruis. Profectò ita conceſsis folijs Tyliæ, in gloriam æuiternam Familiæ Schillingonum à Cæſarea Maieſtate magis ſubſcribere licebit: *Vana fugient magni.* Tilia etenim anteactis temporibus Legiſlatoribus Academicis Notarijs & Bibliothecarijs ſubminiſtrabant diligentiam ne dicam materiam: Nam in corticibus Tiliæ Iudex ſententiam ferendo ſcriptori adnotandam offerebat, Academici ex illis libros conficiebant, & quod maximè notandum venit ex Theophraſte: *Cortices Tiliæ in vittas Cæſareas & triumphales conuertebant.* Hunc igitur in modum Cæſarea Maieſtas ramum Tiliæ Schillingijs obtulit, virenti ramo fortitudinem, ſagaciam, prudentiam, audaciam expreſsit; Campo ſanguineo, corona & alis triumphatores nominauit; Galea tormentali in hoſtis agilitatem animauit. Ergò libentiùs claſsicum audite, intonate, tenete.

LINEA FAMILIÆ SCHILLINGONVM.

INdigenæ adſcripti Regno Poloniæ Anno 1543. *Eraſmus Iodocus, Chriſtopherus, Georgius & Fridericus, & ab hoc vltimo familia propagata in præſens manet. Auguſtinus ex Friderico Schilling cum Krupczanka habuit Eraſmũ hæredem in Koczanow, qui reliquit Sigiſmundum & filias ſex. Ioannes Schilling frater Auguſtini I. V. D. ex Præpoſito S. Floriani, & Canonico Vratislauienſi, ad Canonicatum & Præbendam Cracouień. poſt Petrum Kondárſki Cuſtodem Cracouienſem per Apoſtolicam prouiſionem promotus fuit. De cuius nobilitate & per literas, & viua voce à Regia Maieſtate ſufficiens teſtimonium fuit* 1518. *Obijt redeundo ex vrbe peracta legatione à Sereniſſimo Rege in Feldkirch Carinthiæ oppido, ſepultus Cracouiæ, eſt ipſius Epitaphium Cracouiæ in Arce. Nicolaus Schilling, ex Szpaczkowná ſuſcepit Ioannem Canonicum Vratislauień. cui in Anno* 1552. *Andreas Przeczláwſki, & Petrus Myſſkowſki Cauinici Cracou: tale Epitaphium Cracouiæ poſuerunt:* Viro pio, literato, & qui in rebus humanis tranquillitatem animi, ſummum bonum eſſe putabat, ea de cauſa alienus ab omni ambitione ita ſemper vixit, vt nemini moleſtus, omnibus gratus ac iucundus eſſet. *Eraſmus qui cum Chrzaſtowſka tenuit matrimonium, natus de Chriſtophoro hærede in Minogá. Sorores habuit quinque, quas viris magnis copulauit onere matrimonij. Ieremias hæres in Hendrikow & Wieprz, eius filia Eliſabeth Mariani Przyłęcki Caſtellani Oſuiecimenſis conſors, erat matrona pietati dedita, quæ & Eccleſiam è lapide in Hendrikow erexit, & Moniales è Sileſia bellorum tumultu pulſas, toto anno cum Confeſſore, & ſeruitoribus ſuſtinuit & prouidit. Ioannes Notarius Theſauri, cuius filius cum Duce in Korec in Valachia pugnando contra Turcas & Tartaros occubuit. Spectabit Patria animorum progreſſus, & onuſtos meritis, altis adijciet honoribus.*

SAMSONOWSCIORVM.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſagitta manubrijs framearum onerata, cui gladius antiquus adiunctus eſt. Eſt additio facta ad arma Lis Sapucho nobili viro in M.Duc. Lit. qui à bonis Sámſonow, Sámſonowski poſtmodum nuncupatus fuit.

VIREBO NI AVELLAR.

NIL extra ſphæram & locum naturale valet & viget. In profundo mari corallus in frondes virentes excreuerat, auulſus ſemel à radice & aquis dum in littore quieuit, aruit & colorem mutauit, cui Petraſancta in ſymbolis adſcripſit: *Ante virebam.* Profecto hic eſt fructus finiſque optimi ciuis, fortis militis, nobilis veri, vt domui & Familiæ virorem odoremque ferat. Qui ſi non auellatur à bono & recto, à lege & Deo, à conſcientia & virtute, virebit in æuum. Auulſus cadet, extirpabitur, euelletur. Vnde Propheta Baruch 3. ait: *Vbi ſunt qui argentum theſaurizant, & aurum in quo confidunt homines: exterminati ſunt & ad inferos deſcendunt, & alij loco illorum exſurrexerunt.* Ita omen Samſonowſcijs, crucibus adiunctus gladius manebit, cum gloria in ipſorum nomen, quouſque fides ab illis auulſa non fuerit, & honor Dei laceratus non ſit. Sanctus Caſimirus Dux M. D. Litu. hoc inter cætera petijt ex voluntate diuina à Rege & parente, vt hæreſim non tollat, ſchyſmata compeſcat, Eccleſias collapſas non ſentientes cum Eccleſia Catholica reſtaurare non permittat, neque nouas erigere concedat. Dura namque corda, ſilice acri perfricanda erunt. Quid ſi vidiſſet ex Catholico viro fieri ſchyſmaticum & pertinacem manere. diceret: Qui ſordet ſordeſcat, nec cum iuſtis regnum poſſideat. Zelus pius & pro Deo magnus, euellite & virebitis.

Vtuntur his armis Sapuchouij in Magno Ducatu Lithuaniæ, & Samſonowſcij in Pocutia.

SPYRN

SPYRN alias KIPPENHAN.



DELINEATIO.

EST ſcutum ceruleum, trabe candida in duas partes æquales per tranſuerſum ſectum, in qua trabe, tria pyra ordine ſubſequentia, quorum vna pars rubei, altera aurei coloris eſt, ſubtus ſingula pyra binis folijs ceu nunc decerptis ab arbore ornantur. Scutum aurea corona gemmis interſtincta tegit, ſupra equeſtrem galeam & clatratam firmata. Ex corona, gallus albus pectore tenus ſeſe exerit, collum erectum, ceu vigilem decet, retinet, criſta & mentum rubea, roſtrum aureum, ſcutum ab vtraque parte color albus & ceruleus tenijs circumfluit.

ORIGO.

ACquiſita ab Imperatoribus vt priuilegia ipſorum teſtantur. Cùm enim vigilantiam in caſtris, & inuictum pectus multis in congreſsibus cum hoſte militis animaduertiſſet Imperator ſemper Auguſtus, ceu cuidam Pyrrhi fortiſsimi triumphatoris æmulo, poſt triumphalē victoriam, grati animi tria pyra virentia, aurea benignitate onuſta, Imperator parenti illorum in ſignum obtulit, atque in ſymbola nobilitatis conceſsit. Sic ergò Kippenhan arma nuncupata à Pyrn in Bohemia originem duxerunt. In Regnum Poloniæ circa Annum 1442. appulſi obſequia in caſtris, & Regali Aula reddiderunt, atque cum nobilium Familia, vincula conſanguinitatis contraxerunt, vt Hiſtoriæ declarant. Poſtmodum varijs fortunis agitati, à Sigiſmundo Tertio in Ordinem dignitatemque nobilium, ob præclara merita & fidelitatem Pauli Pyrnus, qui corruptè Pernus vocabatur, Aduocati Cracouień. circa Maximiliani tempora obſidentis Cracouiā adſcriptus fuit. Quod quidem Priuilegiū indigenatus, & confirmatæ Nobilitatis, quod etiā habet diſquiſitionem determinatam cum ratificatione, tàm in Caſtro Cracouienſi, Anno Milleſimo ſexcenteſimo vigeſimo ſeptimo, quàm in Iudicijs Generalibus Tribunalis Regni, iſtius tenoris eſt.

In Nomine Domini, Amen.

Ad perpetuam rei memoriam SIGISMVNDVS III. Dei Gratia Rex Poloniæ, Magnus Dux Lithuaniæ, Ruſsiæ, Pruſsiæ, Maſouiæ, Samogitiæ, Liuoniæ, &c. nec non Regni Suetiæ proximus Hæres, & futurus Rex.

SIgnificamus præſentibus hiſce quorum intereſt, huius & futuri temporis Vniuerſis & ſingulis. Ita ſemper nos ſtatuiſſe, vt cùm omnium rerum publicarum & regnorum, non maxima vt plurimum initia, incrementa aliquanto maiora, ac certi ad perfectionem gradu ſint, nulla ferè re vt maximè Princeps, quæq; Reipublica fuerit, vel magis creuiſſe, vel altiùs ſeſe extuliſſe, quam fortiſſimis quibuſq; viris, in eandem Reipublicæ ac iuris communionem recipiendis. Fiebant enim hinc, vt non ſolum ipſa Reſpublica quo plures fortes Viros ſibi adſciſcerent, eo maiores vires atque opes acquirerent: verùm externi etiam multi, cùm eos qui pro aliena Republica præclarè aliquid feciſſent, ſummum virtutis ſuæ præmium referre viderent, quo eadem præmia ipſi quoque conſequerentur, nihil non pro eadem Republica ipſi etiam ſuſcipere, ac vel vitam ipſam profundere pro ea non dubitarent, Quod quidem inſtitutum quo præclariùs eſt, eò magis id non alias ſolum ampliſſimas quaſque Reſpublicas, verùm cum hanc etiam Regni Noſtri, tum Maiores noſtros Reges Poloniæ amplexos ſecutoſque videmus. Nam & omnibus temporibus, & ab omnibus ferè Regibus complures, vel externos, vel plebeios, qui ob virtutem, Ciuitate, aut altiore ordine digni viderentur, in Nobilitatis ius atque ordinem receptos intelligimus: & de ijſdem recipiendis, modoque ac iure eius, publicè etiam leges latas conſtitutaſque videmus. Quo libentiùs Nos etiam facimus, vt partim Reipublicæ vtilitate, partim Maiorum Noſtrorum exemplo adducti, in quo vel excellentem aliquam virtutem, vel præclara in Nos & Rempublicam Regni Noſtri merita animaduertamus, eundem in plenum etiam Reipublicæ Regni Noſtri, quod idem nobilitatis eſt, ius atque ordinem adſciſcendo, Nobis Reipublicæque Regni Noſtri eò magis deuinciamus Quo in numero PAVLVM PERNVS Iudicem ſeu Aduocatum Iudicij ordinarij Ciuilis Cracouienſis, vel maximè referendum nunc exiſtimauimus. Præterquam enim quod iam ante, quemadmodum fide dignis teſtibus & monumentis demonſtratum Nobis eſt, Familia honeſta, & ab Imperatoribus nobilitata (antiquitus Kippenhan nuncupata à Pyn, à quo Familiæ cognomine nomen manſit) Patre verò Valeriano Pyrnus, ſeu Pernus Conſule Cracouienſi, Viro doctiſſimo & de Republica Ciuitatis illius optimè meritò, cuius in Vrbe Noſtra Cracouienſi vita ciuilis, plenaque honeſtatis ac elegantiæ, ac in omnes officij, omni prædicatione adhuc celebratur: Matre verò nobili Agnete Fogeluedria editus ſit, ipſe etiam à prima pueritia in literarum ludum deductus, inde pleno quaſi impetu totum ſe tradidit caſtiſſimis honeſtiſſimiſque Muſis: atque cum earum ſtudio exterras gentes celeberrimaque quæque gymnaſia adijſſet, in omni doctrina præſertim verò Iure, cuius in hominum ſocietate maximus eſt vſus tantum perfecit, ac ita ad res prudenter gerendas inſtructus in Patriam, Ciuitatem nimirum Noſtram Cracouienſem redijt, vt ſtatim in Secretarium Ciuitatis, Actorumque publicorum Notarium electus eſſet, in eo officio per annos non paucos exiſtens, multas Ciuiles Legationes feliciter abſoluit, imò verò Sereniſſimis etiam, cum Sueciæ diuæ memoriæ, Matri Noſtræ deſideratiſſimæ, tum Poloniæ materteræ Noſtræ cariſſimæ Reginalibus ab ipſo Senatu Cracouienſi commendatus, ad Illuſtriſſimum Ducem Iulium Brunſuicenſem Legatione functus eſt. Quo in munere, vbi nimirum & induſtria, & ingenium, & rerum vſus, & fides, ac integritas maximè

maximè ſpectatur, ita ſe geſſit, vt probitate, innocentiâ, dexteritateque ſuâ gradum quaſi ad ampliora officia dignitatemque maiorem virtute ſua ſibi pararet. Deinceps cum ob ingenij, doctrinæ, morumque elegantiam, cariſſimus omnibus exiſteret, Aduocatus Iudicij ordinarij Cracouienſis factus ampliorem campum virtutis ſuæ exercendæ nactus eſt, maximè tamen tempore Interregni, quod diuæ memoriæ Stephani Regis Prædeceſſoris Noſtri mortem ſubſequutum fuit, ſingularem in Nos atque Rempublicam conſtantiam ac fidem vel maximè teſtatus fuit; Illuſtriſſimo enim Archiduce Maximiliano, à paucis quibuſdam contra publicam libertatem, moremque Maiorum nominato, eodemque cum exercitu ad Cracouiam oppugnandam progreſſo, hic inter primos ad Vrbis defendendæ curam electus, cùm à Senatu Vrbis illius pulueris & globorum tormentariorum adminiſtratio demandata ei fuiſſet, ea omnia quæcunque ad id genus munitionis prouidendæ pertinerent, ſic adminiſtrauit, vt neque dexteritas, neque induſtria, neque fides illius vllo in opere deſideraretur: cumque totius quidem belli gerendi defenſionisque rationem, Illuſtris & Magnificus Ioannes de Zamoſćie, Regni Noſtri Cancellarius, & Exercituum *Præfectus*, vt qui cum Imperio ibi eſſet, adminiſtraret: in ſocietatem autem eius Illuſtrem & Magnificum Andream Comitem in Tęczyn Palatinum Cracouienſem aſſciuiſſet, itaque cum eo comparaſſet, vt ſi fortè pro temporum & belli vſu, longiùs etiam ab Vrbe excurrendum ſibi eſſet, eandem defenſionis curam idem Illuſtris & Magnificus Palatinus Cracouienſis ſuſtineret. Pernuſius ita in commiſſo fidei ſuæ munere ſeſe tractauit, vt vigilantia atque ſingularis induſtria eius, non ſolum Ciuitati, verùm vtrique etiam Illuſtri & Magnifico tàm Palatino Cracouienſi, quàm Regni Noſtri exercitus generali vſui eſſet. Præterquam enim quod rem ſibi commiſſam egregiè expediuiſſet, ſingulari ſtratagemmate de inuentis pulueribus animos omnium ad alacritatem excitauit; portam etiam ad quam irruptionem hoſtis impetum fecerat, ſtrenuè cum cæteris tutatus eſt, neque vllo labore, neque vigilijs, neque periculorum metu, neque præmiorum ſpe, à conſtantia munerisque ſui procuratione, ac fide in Nos & Rempublicam vnquam deduci ſe paſſus fuit. Quæ cùm pro Republica tàm inſignis virtus atq; fides ipſius, etſi omnibus penè Regnicolis, præſertim verò Nobilitati, Palatino Cracouiēſi fuiſſet notiſſima, publica tamen Ciuitatis illius teſtimonio admoniti Nuncij Nobilitatis vniuerſæ in hisce generalibus Regni Noſtri Comitijs congregati, vltro ſponteque ſua per Generoſum Staniſlaum Karſnicki, Iudicem Terreſtrem Siradienſem, ab vniuerſo Nobilitatis Collegio, publica ad Nos facta prolocutione ac ſolenni petitione, diligenter à Nobis poſtulârunt, vt cùm ipſe ante virtute ſua digniſſimum Nobilitate ſe præſtitiſſet, Nos noſtra etiam authoritate, in Regni huius Nobilitatis Ordinem, eum non ſolùm cooptare & adſcribere; verùm etiam condigna laborum, ipſius ratione habita, præmio aliquo, quo gradum Nobilitatis tanto honeſtiùs tueri poſſet, prouidere digneremur. Ad quam cùm acceſſiſſet, deinde commemorati Illuſtris & Magnifici Ioannis de Zamoſćie, Regni Noſtri Cancellarij & Exercituum Præfecti, præclariſſimum de virtute eius teſtimonium, ac diligentiſſima commendatio, eò libentiùs pro Noſtra in omnes, qui benè de Nobis ac Republica mereri ſtudent, clementia, ad tàm diligentem Regni Noſtri nunciorum interceſſionem, faciendum Nobis exiſtimauimus, vt eundem PAVLVM PERNVS, quamuis iam ante Maiores ipſius à DD. Imperatoribus Nobilitatis ius aſſequuti fuiſſent, tamen inter Regni Noſtri Nobiles ex vniuerſi Senatus Noſtri authoritate atque conſenſu, publicè referremus, plenumq; Reipublicæ Regni huius ad cuius dignitatem atque ornamenta ab ineunte ætate, omnia ſtudia ſua retuliſſet, ius eidem tribueremus, quemadmodum quidem præſentibus hiſce de conſilio ac ſententia Senatorum Noſtrorū, omniumque adeò Ordinum, præſentium Comitiorum authoritate, verum genuinumque

numq; Regni Noſtri Nobilem, tùm ipſum, tum omnes vtriuſq; ſexus legitimos poſteros ipſius, quos vel iam natos habet, vel in poſterum ſuſcepturus eſt, creamus, pronunciamus, promulgamuſque, eo nimirum iure, quo quicunque in Regno Noſtro, vel à maioribus Nobilis procreatus, vel à DD. Deceſſoribus Noſtris Nobilitatis iure donatus optimo, in Regno Dominiſque Noſtris ſit vel fuerit, ita nimirum, vt ad omnes dignitates tàm Eccleſiaſticas, quàm Sæculares, æquè cum alijs Nobilibus peruenire, munera, honoreſque Nobilium gerere, omnibus immunitatibus, vacationibus ac libertatibus, quibus alij Nobiles Regni huius, Dominiorumque eidem adiunctorum, vel iure vel conſuetudine vtuntur, fruuntur, ipſi quoque publicè ſemper ac liberè vti poſſint, neque vlla in re deteriore conditione, quam quicunque alij Regni Noſtri Nobiles eſſe ſoleant, ſint aut habeantur. Quo autem publicè etiam Nobilitatem profiteri, & eius in ſe noſtræ beneficentiæ monumentum perferre poſſint, more & conſuetudine Maiorum. Inſignia etiam Nobilitatis certa eidem poſteritatique eius vniuerſæ tribuenda, ſeu eadem potiùs quæ iam ante à DD. Imperatoribus Familia Pyrnenſia habet, Nos quoque confirmanda exiſtimauimus, quemadmodum quidem, tribuimus, confirmamuſque præſentibus hiſce. Scutum nimirum cæruleum, trabe candida in duas partes æquales per tranſuerſum ſectum, in trabe autem commemorata ordine ſeſe ſubſequentia tria pira, quorum quidem extremæ partes vna rubei, altera aurei coloris ſint, ſubtus autem binis ſingula folijs, & extrema parte rami veſtita, eam ſpeciem præſeferant, quam nuper decerpta pira, maturitate ſua grata præſeferre ſolent. Scutum galea clatrata equeſtris, galeam corona aurea gemmis interſtincta teget, ex hac gallus albus in plumas elatus, criſta & mento rubeis, roſtro aureo, pectore tenus ſe exerit. Scutum verò ipſum ab vtraque parte cærulei & albi coloris, temæ ambigentes circumfluunt, quemadmodum artificis pictoris manu expreſſiùs & ad viuum depicta ea hic ſunt. Quibus quidem inſignibus, vt cùm memoratus PAVLVS PERNVS, tum omnes vtriuſque ſexus legitimi poſteri ipſius, in omnibus & ſingulis honeſtis, tàm ludicris, quàm bellicis cauſis ac negotijs, prælijs, duellis, torneamentis, vexillis, ſcutis, tentorijs, auleis, tabulis, picturis domorum, ædificiorumque ornamentis, ſignis, annullis, ſepulturis, omnibus denique temporibus, locis & actibus, pro ſuo arbitrio aliorumque Nobilium more, publicè priuatimque vtantur, volumus: ea ipſi geſtare, heroldis & quibuſuis miniſtris nobilium imponere & ligare valeant. Præterea verò quemadmodum ſupra iam à nobis tributum illis eſt, alijs etiam viribus, Priuilegijs, Immunitatibus, libertatibus, quæ Ordini Nobilium de iure vel conſuetudine in Regno ac ditionibus Noſtris competunt, tanquam veri ac genuini Nobiles, de ſtirpe Nobili claroque ſanguine, ab Auis, Proauis, & Maioribus, per directam lineam ex vtroque latere deſcendentes, atque ex vtroque parente procreati, ipſi quoque gaudeant, fruantur: Honores ac dignitates tàm Spirituales quàm Sæculares, beneficia ac officia omnia & ſingula, pari cum reliquis veris Regni Noſtri Nobilibus, iure capere poſſint, decernimus ſancimuſque, eodemque omnino iure ac conditione vt ſint, qua alij Nobiles ſunt, qui in Regno Noſtro ſunt optima. Quæ cùm omnia ſingulaque ſupra ſcripta rata, firmaque eſſe velimus, ad omnium Regni Noſtri aliarumque ditionum Noſtrarum, Magiſtratum ac Dignitatum tàm Eccleſiaſticorum quàm Sæcularium, omnium denique ac ſingulorum, maximè autem Nobilium, notitiam deducenda duximus, quemadmodum & præſentibus deducimus, mandantes vniuerſis & ſingulis, vt præfatum Nobilem PAVLVM PERNVS omneſque legitimè ab eo deſcendentes, non modo pro veris ac genuinis Nobilibus recipiant, habeantque. Nobilitati eorum nullo vel dicto, vel facto, à quoquam derogetur, verum beneuolentia etiam ac fauore ſuo eos proſequantur: ad honores contendentibus faueant, omninoque alienæ virtuti non inuidentes, vnde ſua protecta ſit, teſtentur. Quod vt omnes virtutis amantes ac verè Nobiles, etiam ſine cohortatione

Noſtra

Noſtra facturos non dubitamus: ita ſi quis tamen exiſtat, cuiuſcunque ſtatus conditionis aut dignitatis is fuerit, qui in contumeliam præfati Nobilis PAVLI PERNVS poſterorum eius, authoritatiſque Noſtræ Regiæ imminutionem, Nobilitati eorum obtrectare illis detrahere, dicto deniq; factoque vel Nobilitatem eorum vel exiſtimationem impugnare præſumeret: eum conſuetis pœnis, quæ in diffamantes Nobilem verum Regni, legibus ſtatutæ ſunt, Nobis iudicioque, ad quod à parte læſa citatus fuerit, ipſiuſque parti læſæ ſubiacere volumus. quamprimum quotieſque præſente hoc Priuilegio Noſtro, quod ad omnem probationem Nobilitatis ſufficere volumus, Nobilitatem ſuam ad tenorem Priuilegij, ſi eius forte copiam non habuerint, alijs idoneis monumentis in iure probauerint, docuerintque. In quorum omnium fidem & euidentiùs teſtimonium haſce manu Noſtra ſubſcripſimus, ſigilloque Maieſtatis Noſtræ communiri iuſſimus. Datæ Varſauiæ in Conuentione Regni Generali, Die decima quinta Menſis Aprilis, Anno Domini Milleſimo Quingenteſſimo Octuagesimo Nono. Regni verò Noſtri Secundo. Præſentibus Reuerendiſſimis, Reuerendis, Illuſtribus, Magnificis, Venerabilibus ac Generoſis, Stanislao Karnkowſki Gneſnenſi, Legato Nato ac Regni Noſtri Primate. Ioanne Demetrio Solikowſki Leopolienſi Archiepiſcopis. Hieronymo à Rozdrazow Vladiſlauienſi & Pomeraniæ. Luca à Kościelec Poſnanienſi. Petro Dunin Wolſki Plocenſi. Bernardo Máciciowſki Luccorienſi. Alberto Bárânowſki Præmiſlienſi, & Regni Noſtri Vice Cancellario. Petro Koſtká de Stángienberg Culmenſi. Laurentio Goſlicki Chelmenſi, Epiſcopis. Chriſtophoro Rádźiwił Duce in Bierze & Dubinki Palatino Vilnenſe M. D. Lithu. Exercituum Campiductore, Solecenſi, Borilouienſi, Kokenhauſenſique. Ioanne Kiſzká Caſtellano Vilnenſi, Samogitiæ, Breſtenſique. Petro de Potulice Caliſſienſi, Viſſogrodenſique. Ioanne Chlebowic Trocenſi, Radoſcouienſi, Vpitenſique. Alberto à Laſzko Siradienſi, Mariæburgenſique in Liuonia. Nicolao Chriſtophoro Rádźiwił Duce in Olyká & Nieśwież Caſtellano Trocenſi, Saulenſique. Nicolao Herbert Ruſſiæ. Ioanne à Sienno Podoliæ, Hrodrenſi, Czorſtinenſique. Gregorio Zielenſki Plocenſi, Mlauenſique. Stanislao Krytki à Drobnin Mazouiæ, Plocenſi, Dobrzynenſi, Stanſlauouienſique. Stanislao Radziminſki Podlaſſiæ, Liuenſi, Camenecenſique. Stanislao Goſtomſki de Lezenice Rauenſi, Radomienſique. Nicolao Działynſki Culmenſi, Bratianenſique Palatinis & Capitaneis. Stanislao Comite à Tarnow Sendomirienſi, Buſcenſi, Stobnicenſique. Ioanne Comite à Tenczyn Woynicenſi, Lublinenſi, Parcouienſiq;. Ioanne Duſſin Culmenſi Theſaurario Regni, Branſcenſi, Suiecenſi, Suraſenſi, Rogoſenſi, Derſchauienſique. Ioanne Leśniowolski de Obory Cernenſi, Parnauienſique in Liuonia. Martino Leśniowolſki de Obory Podlaſſiæ, Zatorienſi, Loſicenſique. Chriſtophoro Komorowſki Sandecenſi. Nicolao Firley de Dabrowica Bецenſi, Referendario Curiæ Regni Corczynenſi, Caſimirienſique. Georgio Mniſzek de magna Konczyce Radomienſi, Sanocenſi, Samborienſique. Ioanne Myſzkowſki de Mirow Zarnouienſi. Ioanne Oſſowſki Polanecenſi. Hieronymo Goſtomſki Nakelenſi, Valtenſique. Stanislao Mniſki Zaktocimienſi. Ioanne Bykowſki Conarienſi, Lancicienſi, Siradienſique, Caſtellanis & Capitaneis. Andrea Opalinſki de Bnin Marſchalco Regni Maioris Poloniæ Generali Sremenſi, Lezaicenſique. Alberto Rádźiwił Duce in Olyká & Nieświeź, M. D. Lithuaniæ Marſchalco, Caunenſique. Ioanne de Zamośćie Cancellario & Exercituum Regni Generali, Belzenſi, Mariæburgenſi, Kniſinenſi, Miedzyrzecenſi, Derpatenſique. Leone Sapieha M. D. Lithuaniæ Vice Cancellario, Slonenſi, Marcouienſique. Theodoro Skomin M. D. Lithuaniæ Theſaurario, Olicenſique. Stanislao Przyiemſki Marſchalco Curiæ Regni, Konnenſique, Officialibus & Capitaneis. Petro Tylicki Præpoſito Gneſnenſi, Canonico Cracouienſi, Varnenſique, Secretario Regni Maiore. Ioanne Tarnowſki Referen-

Referendario Curiæ Regni Cracouienſi, Vladiſlauienſi, Lencicienſi, Cruſuicenſiq́ue Præpoſito. Ioanne Piotrowſki Decano Poſnanienſi, Canonico Cracouienſi. Ioanne Kráſnicki Cantore Cracouienſi. Simone Rudnicki Cuſtode Gneſnenſi. Hyacintho Młodziciowſki Theſaurario Curiæ, Krzecouienſi, Piaſecenſiq́;. Gaſparo Máćieiowſki Stabuli Noſtri præfecto, Scepucienſi, &c. Petro Opalinſki de Bnin Inciſore Menſæ Noſtræ. & Rohatinenſi. Staniſlao Kraſicki Curruum Noſtrorum Præfecto, Lubomlenſi, Bolemouienſiq́; Capitaneis. Procopio Sieniáwſki Pocillatore Curiæ. Petro Srzeniáwá Subdapifero Noſtro. Baltaſare Stániſláwſki Culinæ Noſtræ Magiſtro. Et alijs quam plurimis dignitarijs, officialibus, & aulicis Noſtris, nec non Terrarum Nuncijs ad præſentem Conuentum Regni congregatis.

Sigiſmundus Rex.

Reynoldus Heydenſtein

S. R. M. Secretarius.


LINEA ARMORVM SPYRN.

VAlerianus & Melchior germani fratres Pyrnes de Pyrn, in Imperio illa retulerunt præmia, quæ fortes bello, graues moribus concernebant, ille in ſago clarus, hic in toga inſignis. Erat enim Epiſcopus Nicropolitanus, Suffraganeus ac Decanus Olomucenſis, Vratislauienſis, & Brunenſis Canonicus, Præpoſitus Sternbergenſis, Sacræ Cæſ. Maieſtatis Conſiliarius. Paulus Pyrnes ſeu Pernus, cui in Regno Poloniæ laurea nobilium à Sereniſſimo Sigiſmundo III. Rege in Comitiis Regni Varſauiæ Milleſimo quingenteſimo octuageſimo nono collata fuit. Tenuit matrimonium cum Nobili Fogeluedria, ex qua ſuſcepit filios Danielem, Tobiam, Alexandrum, Samuelem. Daniel hæres in bonis ad Tarnouiam, vbi domicilia conſtituit. Samuel qui pro benè meritis à Sereniſſimo Rege Sigiſmundo Tertio, bona Pierſckowiec poſſidet. Tobias in M. Duc. Litu. poſt militares actus manſionem cum matrimonio conſtituit. Hi poſteritatem reliquerunt tàm filiorum quam filiarum. Alexander illorum quartus frater ad militarem animum adiecit.

TARCZA

TARCZA WESOŁA

Seu SCVTVM LÆTVM.



DELINEATIO & ORIGO.


EST ſcutum coloris nigri, habens cincturam in medio, à leua ducendo lineas in dextram tranſuerſales per medium factas vt exprimat duos campos luſorios per longum, vnus eſt coloris albi, alter rubei. Aliqui affirmant talia arma fuiſſe S. Bernardi & habere Proclama ſuum *Gaudium*, ſed in Regno in Pruſ. Ducat. eiſdẽ nobiles vtuntur.

HINC VVLNVS, SALVS, ET VMBRA.

NVlla forte regio eſt, quæ militum ſcuta non habeat menti, ſed quam ſint vtilia militi, ipſe miles ediſſere poterit. Dant illa vmbram, nedum à ſole, ſed à quocunque impetu telorum, ſagittarum, lapidum, pilarum. Dant ſalutem, quia attingendo ſcutum tela, franguntur, nec lędunt pugnantem. Dant vulnus & graue, nam ſi impetum ſuſtinere nequeunt, cum globo & ſagitta, infiguntur corpori & ſcutarum fragmenta. Quapropter Scutum, quandoq; officit, non proficit. Quocirca tale Symbolum ponebat Dux Nuceræ. Portabat adoleſcens palmæ ramos ex quibus ſagittæ procedentes laniabant ceruum ſub arbore in vmbra quieſcentem. Hic vt ſe ſenſit vulneratum, inuenit ibidem iacendo Dictamum, quo ſumpto recuperabat ſalutem. Et appoſuit ſcriptum, *Hinc Vulnus, Salus, & Vmbra.* Cum verò hæc tria habeant hæc præſentia nobilitatis arma, reſtat vt contra vulnus Dictamum requirant & inueniant. Eſt verò, inclyta virtus, quam poſuêre Dij ſudore parandam. Illa enim eſt vt Claudianus de conſulatu cuiuſdam exponebat.

Ipſa quidem virtus pretium ſibi, ſolaque latæ
Fortunæ ſecurè nitet, nec faſcibus vllis
Erigitur, plauſuque petit clareſcere vulgi:
Nil opis externæ cupiens, nil indiga laudis,
Diuitijs animoſa ſuis immotaque cunctis
Caſibus, ex alta mortalia deſpicit arce.

T A R C Z E.



DELINEATIO & ORIGO.

INtra Scutum magnum, ſunt tria ſcuta parua, in triangulum diſpoſita. Magnorum victorum quia ſunt talia arma, (ſignificant enim priuationem hæroum & caſtrorum) ideo ex iudicioſa & forti ratione concludendum manet fuiſſe virum fortitudine clarum cui hæc primum conceſſa fuerant.

MEMORIA ÆTERNA.

TOtius orbis ſublunaris, hoc intentum ante immortalem vitam fuit, vt nominis ſui relinqueret perpetuam recordationem. Hinc virorum magnorum eſt. Pugnare pro æquitate, Laborem ducere pro virtute, Mori pro veritate, vt viuant memoria viridi in poſteritate. Alphonſus primus Rex Portugaliæ natus ex Henrico Comite Lotharingiæ & ex Tereſsia Alphonſi VI. Regis Caſtillæ, cùm à Saracenis recuperauerat Lisboam deuictis eorum quinque Regulis, erexit arma & ſymbola victoriæ ſuæ ſcuta quinque in magno ſcuto, non in aliud, quàm in perpetuam deuictorum Regum memoriam. *Capacius Iulius Cæſar* 1. *parte.* Cum itaq; præſentia intueor arma, ſcuta hæc memoriam refricant, & perennem reddunt. Vt verò perenniter ſint, maximè cauendum, ne ſub illis latitent anguillæ, luxus ſcilicet & luxuria, ſic enim intinguerētur facilè memoria. Anguilla enim eſt Symbolum memoriæ poſt obitum extinctæ vt Plinius dicit. Omnes enim piſces mortui ſuperfluitant, ſola verò anguilla mortua in profundum vadit, atque ibi computreſcit in limo, vbi nata eſt. Celerius memoria impij hominis perit & euaneſcit: Dicit enim Pſal. 56. *Vidi hominem ſuperbum exaltatum & eleuatum, tranſij & ecce locus non eſt inuentus eius.* Ergo meditare illud Horatianum. *Nube ſolet pulſa candidus ire dies.*

Vtuntur talibus armis Streikowſcij.

T A C Z A Ł A.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſcutum à ſuperiori parte coloris nigri, duas intra nigredinem continens ſtellas coloris albi; à parte inferiori eſt grus cum eleuato pede ſtans, caput tenet altum, in campum vſque nigrum protenſum, ſtat in campo flauo. Sunt alij qui vtuntur Grue ſine ſtellis. Veniunt ex Bohemia in Regnum vtraque hæc arma. Qua verò ratione conceſſa fuerint, ſcriptores licet non afferant, ipſa tamen arma loquuntur tacitè ſuam originem. Militi cuſtodiam de nocte agenti vigilantiſsimam in hoſtes, (ceu grus vigilat dum cuſtodiam agit lapidem pede ſtringendo) qua & ſucceſſus fortunatus detulit gloriam æuiternam, conceſſa fuere. Exprimitur ego vigilia ſua grue cum eleuato pede, noctis verò vigilia proponitur ſtellis.

CONGRVIT BELLATORI.

AD ſtrenuam militiam & congruam, quinque requiruntur. Animus, Fortitudo, Labor, Vigilia, & Obedientia. Quorum ſi vel vnum defuerit, oleum & opera vana. Animus enim inſtruit, fortitudo inſtat, labor ſuadet, vigilia animat, obedientia victoriam miniſtrat. Omnia hæc Grues demonſtrant, ſed præcipuè vigilantiam. Hinc laudamus M. Alexandrum, cui ſi quando peruigilandum eſſet, ne ſomni violentia opprimeretur, vas aheneum propè thorum poſsidebat, ſupra quod brachium extendebat pillam, *vt Ammianus ait,* Argenteam manu complexus, quæ ſi quando ipſe ſomno vinceretur, elapſa ſonoro ſtrepitu, ſomnum abrumperet. Sed magis laudamus Iulium Cæſarem, qui ſine omni inſtrumento, quoties & quantum voluiſſet, euigilaſſe profitetur. Habebat id quod congruum erat habere bellatori. Quapropter vos quibus honori ſunt præſentia arma Democratiam hanc in veſtris animis firmate, hæc nimirum quinque congrua bellatori ſatagite. Nam ſicut Grues nunquam vagantur vni, ſed ſe plures congregant, volant & paſcunt, quo etiam congruè degunt; ita quoque vos gruum more, vt congruè viuatis, vniti virtutibus, honori, conſilio, Marti, dies tranquillos ducite. Video ad vigilantiam omnemque prudentem actum, formatum fuiſſe Gruem bicipitem, eo ſolo, quia nobis clangore ſuo, ver & hyemem nunciant. Veſter verò Grus tam vigil, quid nobis nunciabit? Argum ad cælum. Oculis namq; proprijs terram inſpicit, ſtellis verò duabus, contemptibilem

 horro-

horrorem atrum, amænum verò hominibus cælum, indicat. Igitur ſimus cooperatores gratiæ Dei, non enim dormientibꝰ prouenit regnum cælorum, nec otio deſidiaque torpentibus beatitudo æternitatis ingeritur; ſed quia ſi compatimur conglorificabimur, illa nobis currenda eſt via quam ipſe Dominus ſe eſſe teſtatus eſt. *S. Leo ſerm. 5. de Epiph.*


LINEA ARMORVM TACZAŁA.

Gierkouij, *Henricus Gierko qui primum talia gentilitia arma intulit in Regnum. Erat vir prudens & ad negotia honeſta diſpoſitus. In aula Zgorkonum obiuit officia prima, ſuiſq; meritis apprimè honoratus ab omnibus fuit.*

Bartkowſcij *in Radomſcenſi diſtrictu, in Palat. Sendomirienſi. In hoc diſtrictu plurimi reperiuntur Nobiles horum armorum, ſicut dicit* Bielſc. fol. 541. *ſed ſine ſtellis eis vtuntur.*

Roznowſcij *ibidem in Radomſcenſi diſtrictu. Euenit forte incuria ſcriptorum quod neglexerit dicere de ſtellis, ideò taceantur. Niſi fortè ecclipſis fulgentis honoris obumbrauerit ſtellas. Si namq; Gierko intulit ipſa in Regnum & cum ſtellis, poſteritas ad libitum tollere ſtellas, nefas reponere deberet. Quodſi diuerſa ſunt arma Gruum, tego ſententiam, edoctus verò adaptare calamum deſidero.*

TARNAWA.



DELINEATIO.

EST crux lata, coloris albi, in campo ſanguineo, ad cuius angulum inferiorem ſiniſtrum eſt media luna ad crucem cornibus obuerſa coloris aurei. Super coronam, ſunt quinque pennæ Strutionis.

ORIGO.

IN Regnum allata ſunt à Rhodiorum militum Viro Bochuchualo, ſeu Boguſlao. Cui ob dexteritatem maximam in bello ſub monte Tarnawa Boleſlaus ſecundus addidit ad crucem lunam, atque impoſuit nomen à loco & monte, Tarnawa, quo etiam cognomine miles ille vocari incæpit.

COLLI-

COLLIGABIT ADVERSA.

EX Sydereo clypeo & cæleſtibus armis ad inuicem colligatis,non alium elicio titulum atque ſpero effectum, quam virium aduerſorum colligationem. Auguſtus ille Cæſar Ægypto pacata, Crocodilum animal horribile ad palmam,arborem catenâ religatum,in nummis cudi voluit cum inſcriptione: *Nemo antea religauit.* Profectò dum arma præſentia conſidero, atque video lunam cruci Saluatoris colligatam,magis ominari præmio,quod tutores horum armorum colligabunt aduerſa. Puta, hoſtes patriæ, inimicos crucis, domus infortunia, virtutum aduerſa. Si enim militia eſt vita hominis ſuper terram, iam omnibus in victoriam inhiare licebit. Sed præcipuè dogma datur ex nobilibus armis cruce & luna, his qui talibus inſigniuntur armis, vt eam duntaxat militiam teneant, cui ſubſcribendum foret: *Colligabit aduerſa.* Plurimi bellatores magnanimitatis ſuæ illuſtrandæ gratia adſcitum ſibi volebant præſentem titulum, quapropter varijs figuris animi promptitud nem in hoſtes cum fortitudine declarabant. Alexander Medices Dux Magnus Hetruriæ erexerat ſymbolũ refert Petraſanta Rynocerotem, cui tradidit lemma: *Non redeo niſi vicerim.* Ordines equitum Alcantaræ in regno Legionis, & equitum Auiſiorum in Luſitania,dum fortis animi viriumq; indicium contra Mauros conſcribendo militem, propoſuerant, extulerunt crucem liliatam ad cuius ſtipitem auiculas duas efformabant. Dicebant enim, promptos, faciles, vigiles, nos debere eſſe contra hoſtes, qui crucem Domini defendere,ipſiuſq; gloriam eſfloreſcere deſideramus. *Franc: Mennenius in originib. Ordinum militarium.* Profectò nil Equites hi atque ipſe Dux deſiderauit præſentibus ſuis ſymbolis, niſi colligare aduerſa. Sed neq; arma veſtra alterum inſtruunt modum. Crux contra infideles, luna contra ſcelestos porrigunt, vires colligendæ à vobis, & venerandæ ſunt. Nam cui cruci omnes ſeruiunt reges, vobis illuminanda relinquitur. D. Auguſtinus in verba ad Gal: 6. *Mihi abſit gloriari niſi in cruce &c.* ait. Crucem vt in ea gloriemur, Dominus ſuo geſtans humero pro virga regni nobis commendauit, quod eſt grande ludibrium impijs, grande myſterium pijs: & vnde mundi Philoſophus erubuit, ibi Apoſtolus theſaurum reperit: quod illi viſum eſt ſtultitia, Apoſtolo factum eſt ſapientia & gloria. Virtute igitur illuminandam vobis crucem conceſſam, ornandam quoq; fidei ſacræ præconio Sereniſſ. Rex voluit, vt hac duplici via, & hoſtis corporis, & inimicus animi colligari poſsit. Ergo

Sic habites terris vt te deſideret æther
Poſt ad parta tibi ſydera tardus eas.

LINEA ARMORVM TARNAWA.

BOguchualus *miles eximius, qui ex Rhodijs militibus in Sarmatiam venerat primus, & cui Rex Boleslaus II. lunam addidit ob graue ſpecimen bellicum ad Tarnawâ montem, contra hoſtes præſtitum.* circa annum 1068. *Ianuſius ex*

Præpoſito Gneſnenſi Archiep. Gneſneń. 20. Maij, ab omnibus Capitularibus vnanimiter electus 1260. Erat vir virtute & doctrina ornatus, miſerat quidem ille legatos Romam pro confirmatione Canonicos Gneſnenſes, Henricum Decanum Poſnanień. Egidium Archidiac. Lencicień. Pribislaum Canonicum Gneſnenſem, ſed quia nouiter inſtitum fuit, vt nulli Epiſcopatus concederetur niſi ſe Romæ præſentaret, ipſe Romam ad Alexandrum III. Papam diſceſſit, & Feria 6. ante Dominicam Inuocauit 1260. *obtinuit, ſedit Annis* 12. *Oppidum Znin ipſe erexit. Succeſſit illi* vt Dlugoſſus habet *ſub Anno* 1272. *Philippus Præpoſitus Gneſnenſis, ſed electio non erat confirmata per annos ſex, ob crebras vacationes, & alias cauſas ſedis, cum redibat duo ipſius Canonici Romam miſſi Henricus & Pribislaus mortui peſte in Lombardia. De illo Ianicius.*

Doctrina, virtute potens Ianuſius hic eſt,
Vnanimi ad tantum lectus ouile ſono.
Eſſe putas qualem? cui cunctis poſſe placere
Contigit, & teſtes tot ſtatuiſſe ſui.

Targowiccij *in Lublinenſi Palat. Ioannes à Gramácki occiſus, reliquit filios Sigiſmundum Præpoſitum Cracou: Sereniſſ. Regis Sigiſmundi Secret. & Marcellinum quem Zolkiewſki occidit. Soror eorum Anna Chriſtophori Szydłowiecki Caſtell. Crac. conſors. Cleophas Targowicki filius Michaelis apud Matthiam Vngariæ Regem Supremus Dux Exercituum contra Turcas,* vt habet Bielſcius folio 431. *Qui dum rediit in Patriam ſub tempus belli cum Cruciferis, erat gratus hoſpes apud Caſimirum Iagellonicium Regem, à quo Præfecturas Pyzdrenſem, Koninenſem, Kolenſem accepit, & ab Auunculo ſuo Archiep. Gneſneń. Roża tenuit Louiciam, in bello Pruſſico ſterilis deceſſit. Stanislaus Targowicki, in clade Bucouiana in captiuitatem Turcicam vnà cum Ioanne Tęczyńſki Sbygnei Succamerarij Crac. filio & Petro Pruchnicki deuenit.* Bielſc. fol. 486.

Broniewſcij *à Broniewice eiuſdem diuiſionis bonorum cum Targowicciis. Hi quandoq; iidem vocantur & Targowiccij & Broniewſcij. Sunt in diuerſis Palatinatibus Sendomirień. Lublineń. Præmislień. diſtr. viri bello clari, virtute alti, grauitate & titulis magni.* Paprocius in 2. Opere *dicit fuiſſe ex illis Epiſcopum Præmislień. & Chelminenſem. Georgius Canonicus Leopolień. Plebanus Drohobicenſis. Martinus Broniewſki, cuius filij erant Nicolaus Dzirtrichus Canonicus Præmislień. Stanislaus, Michael, Ioannes, Martinus. Niemira filius Nicolai, qui adoleſcentia aulico Regis Wierzbięta dum contulerat ad altiora exercitandam, in bellum Valachicum cum illo iuit, ſed dum in Bucouiana clade equum Dominus amiſit, ſubminiſtrauit illi equum cui aſſidebat, acquiſiuit ſibi alium, & inuenit parentem ſuum maximè vulneratum, dedit parenti equum, & deduxit illum in caſtra ſecurum. Stanislaus Niemira frater ibi in illa clade captus occubuit, & ibidem filij ſui Ioannes &*

Marti-

Martinus. Michael reliquit Cleopham filium, qui etiam Targowicki vocabatur, vt ſupra diximus. Ioannes qui etiam Targowicki vocatus à Gamraccio occiſus, reliquit Sigiſmundum. Martinus vltimus illorum germanus, in Aula Sereniſſ. Regum Caſimiri, Adalberti, Alexandri, & Sigiſmundi reddidit dignè obſequia, Ochmagiſter Eliſabeth Reginæ. Factus demum peregrinus locorum ſacrorum viſitator, qui dum rediјt, creatus Capit. Lubaconien. & Burgrabius Crac. reliquit filium Martinum Notarium Leopol. cuius filius Stanislaus ad Pſcouiam occubuit, & Vincentium optimum militem & Stanislaum. Ioannes Capitaneus Medicenſis. Stanislaus Burgr. Craccuień. ex fratre filius, Aulicus Regum Adalberti, Alexandri, Sigiſmundi, filius Stanislaus occiſus domi, filius Martinus in Turcica captiuitate obijt, & Nicolaus apud Carolum V. Imperatorem, & Ferdinandum eximius in caſtris. Stanislaus Martini Burgrabij Crac. tertius filius, Sigiſmundi & Auguſti Regum Aulicus, Vexillifer & Præfectus Stabuli Regij Præmislień. Præfectus Medicenſis, vir diuerſarum linguarum & militiæ peritus, legationes aliquot expediuit. Filios diuiſit in bonis, ipſe deuotioni ſenex deditus, præcipuum habuit deuotionis & decoris Eccleſiæ ſuggeſta Prædicatorum fabricare, ſex Ambonas in diuerſis Eccleſijs erexit, Xenodochia fundauit. Filij ſui 5. Ioannes Medicenſis Capit. vir militari clarus, & Reipub. ob ingenij dexteritatem proficuus, adoleſcens mortuus, & quia reſignauerat ei parens Capitaneatum, non recuperauit iterum pro ſe parens. Stanislaus Aulicus Stephani Regis, Legatus in Turciam, in Vngaria, Germania, Turcia militiam exercuit, Bielſc. fol. 586. *Sebaſtianus Præfectus Regij Stabuli Præmisl. miles & Aulicus Auguſti, Henrici, & Stephani Regum, linguarum Germanicæ, Vngaricæ, & Latinæ optimè gnarus. Conſors ſua Tribuni Sanccenſis Ligęze filia. Petrus doctrina & ingenio excellens, multorum hominum mores, fortitudinem, linguas cognouit, ad negotia Patriæ & Reipub. promptus & idoneus. Martinus bello & ingenio clarus, legationem in Turciam & Tartariam expediuit* 1583. Bielſc. fol. 750. *Eorum fratres Patrueles viri digni & Patriæ ſeruientes.*

Tudorowieccij *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Tarczowſcij *ibidem.*

Slankouij *ibidem, Stanislaus Slanka de Łópſsow Sandomirienſis Terræ Iudex, ſubſcripſit concordiam Iagellonis cum Pruſſia in Breſtia Cuiauienſi* 1436. *Erat quoq; Buſcenſis Monaſterij Monialis Sophia Mater ſororum, vt Epitaphium ibidem* 1579.

Petrikouij *ibidem Petryk.*

Borycij *ibidem.*

Gorzkowſcij, *in Chelmenſi Terra, & in M. Duc. Lithu.*

Rádlinſcij. *Gotardus Confederatorum militum caput.* Bielſc. 437.

Siniecij *in Lublinenſi.*

Stryienſcij *in Lublinenſi.*

Gálężowſcij *ibidem.*

Kleczkowſcij *in Maſouia.*

T R A B Y.



DELINEATIO.

SVnt tres tubæ nigræ orificijs ad inuicem iunctæ, in locis quatuor auro ornatæ, circulum in medio habentes, in campo candido. Super coronam ſunt quinque pennæ Struthionis.

ORIGO.

DIuerſa ratio eſt Originis horum armorum abſoluta, ab Origine in Regno. Abſoluta origo eſt, quod in venatione cum Rege aut Duce cuidam militi conceſſa fuerint, grauis verò ratio adfuit, cùm auro ornatæ concederentur & trinæ. Vtuntur his armis trium tubarum in Belgio Chorniorum Familia, & in Halſatia Iordaneorum Familia. Quapropter rectè putarem quod in Regnum Poloniæ vnus de Familia Iordaneorum eximius miles venerit per Italiam. Quocirca Romanum aliqui putarunt, & ob antiquitatem in Regno Genus Polonicum fuiſſe dixerunt. Fabula igitur de Scytha Ordano, qui Regi conduxerat venationibus incumbenti ſub Cracouia Tartaros ſemouenda erit: quia Familia hæc antiquior eſt quàm Tartari ex Taurica ad Regnum Pol. venerunt, ſed aduenam fuiſſe & Nobilem de Trabis Iordanum ex Halſatiæ partibus primum parentem in Regno Pol. exiſtimandum. *Bielſc. folio* 51. *de Origine adnotauit* ſub Anno *966*. Cætera in Linea Familiæ dicemus.

TVBA SALVTIS.

COnſtituta tuba cornea Ioannes Ferus in Symbolis auſus ſupponere: *Spiritus aliundè*. Sit demus ſplendidè ornata tuba, ponderet auro & gemmis, ſine ſpiritu muta eſt, aliundè ſpiritus ſalutarem quoque reddet. Habet *Serarius in Caput* 24. *Ioſue*, Rex minoris Armeniæ Schoba ingentes copias aduerſus aciem Iſraelitarum direxerat, Ioſue qui tum ſummæ rei præerat prodijt obuiam, mater Armeni Naga veneficijs famoſiſsima, filio velificata, ſuis carminibus Hæbreos iuxta ſeptem turrium ferrearum ſepta concluſit, territus Ioſue, alligata epiſtola ad columbæ alas eandem ad Ducem Ianiah, & ſacerdotem Phinees auxilij implorandi causâ demiſit, illi repente aduolãt, & Phineas vt à Ioſue erat monitus reflexa tuba clariſsimè perſonat.

ſonat. Mirum hoc ſonitu, ad ſingulos clangores ſinguli muri corruunt & paulatim totus ille ex ferro Labyrintus quo Iſraelitæ tenebantur circumuallati, diſſoluitur. Non immeritò igitur ſpiritu aliunde contracto, tuba ſalutis dicetur. Profectò erunt illæ ſalutares tubæ, quæ nil contra Deum, Eccleſias & ſacra moliuntur, ſed ipſa ſcelera ceu vindices ab alto puniunt. Quocirca ne tubis noſtris nitentibus auro aliquis ſupponat vaticinium Sybillæ Erythreæ. Flet victus, ſed victorem mors atra peremit. Adducam *ex Oroſio lib: 7. cap: 29.* Quomodo Roma per Gothos irrupta fuerat depredata & incenſa, ſolis Chriſtianis tutis & liberis, quod ſcilicet ſalutari tuba & obſeruatas Eccleſias. Adeſt inquit Alaricus, obſidet trepidam Romam; irrumpit, dato præcepto vt ſi qui in ſancta loca, præcipuéque in Sanctorum Apoſtolorum Petri & Pauli Baſilicas confugiſſent, hos inprimis inuiolatos ſecuroſque eſſe ſinerent, tum prædæ inhiantes à ſanguine temperarent. Raueunæ tunc Summus Pont. Innocentius fuerat: diſcurrentes igitur per vrbem, reperit vnus Monialem, quæritat aurum, argentum; producit vaſa plurima ſacra, obſtupet & illa, hæc Petri Apoſtoli ſacra miniſteria ſunt, præſume ſi audes, de facto tu videris, ego defendere nequeo, contendere non audeo, retulit hoc ad Alaricum, iuſsit ille tuba canere, conuolant milites, & ille: *Iſtas res & virginem & omnes Chriſtianos ſecurè ad Baſilicam Apoſtolorum deducite.* Eductis illi gladijs ceu cuſtodes, deportarunt ſuper capita vaſa omnia aurea & argentea, & populum Chriſtum laudantem in Eccleſiam tubis canendo, ſaluos conduxerunt. Hæc ille. O verè Tuba ſalutis. Arma verò non recedunt à propoſito noſtro, nam plurimos Archiepiſcopos, Epiſcopos vigiles, & rectos de Familia veſtra tenuiſtis, vt etiam in Summos Pontifices Romanos eligi dignarentur. Quid de fortiſsimis bellatoribus Spitkone, Swierkouio, Mickiecio aliíſque plurimis referam? omnia ſua, laborem, animum, vitam, obſequijs Patriæ & Regum detulerunt, & tubas venaticas in bellicas commutarunt. Omnibus igitur poſt ſe ſucceſſoribus hoc Echo relinquitur:

Sitis, ardor, arenæ,
Dulcia virtuti: gaudet patientia duris,
Lætius eſt, quoties magno ſibi conſtat honeſtum.

LINEA FAMILIÆ TVBARVM.

IOrdanus *nomine & cognomine ſimul deſcendens* ex Iordaneorum Familia in *Helſatia armorum trium Tubarum, qui primus in Regnum veniens è Roma Anno 966. à Ioanne Papa ad inſtantiam Miecislai & Duciſſæ Dambrowká, cum alijs miſſus, primus Epiſcopus Poſnanienſis Eccleſiæ Apoſt: Petri & Pauli creatus fuit. Quos omnes Egidius Tuſculanus Cardinalis in Poloniam veniens Legatus confirmauit.* Dlugoſſ. ſub anno 966. Bielſcius ibid. *& notat arma trium Tubarum.* Cromer. *Ioannem XIII. Pont. Max. nominat.* lib. 3. fol. 32. *dum inſtitutionem Iordani deſcribit. Nomen ipſius erat Prochorus ſeu Prochorinus,*

vnde patet quòd Iordanus erat cognomen, cui ſucceſſit Tymotheus Italus Romanus. Dlugoſſ. ſub anno 1002. *Mortuum Brandeburgi dicit* Paproc. ex Dlugoſſo in 2. opere. *ſed non lego in fonte. Quidam ad ipſius promotionem & Bohemiam a qua Regnum Poloniæ accepit fidem per Reginam Dambrowkam alludebat.*

Quod lupa Romulidis, hoc egens Vrſina Polonis
 Faſcibus illa, ſacris hæc tulit auſpicium.

Iordanem Henricum Notarium Regis Boleslai Anno 1039. antiquorum Monaſteriorum ſcripta referunt. Vilhelmus Traba vir bello ſtrenuus & patriæ amans; qui ex Eliſabeth conſorte ſuſcepit Nicolaum filium Procancellarium Vladislai Iagellonis, cuius obiurgatione Ioannes Zarnouius Bohemus cum ſuis redire ad exercitum coactus, noſtris fuerit cauſa victoriæ, & Cruciferorum fugæ, dum ſcilicet putarent nouum exercitum Regi aduenisse, quod erat in die Diuiſionis Apoſt. 1410. Cromer. lib. 16. *Quia verò ad ſpiritualem dignitatem aſpirabat, cum Præpoſitura S. Floriani Cracouienſi & Præbendis Gneſneń. Cracouień. Caliſień. Sandomir. Sancti Georgij Cracouiæ, S. Viti in Cruſuicień. Caſtris, & altari in Eccleſia Cracouienſi Archiep. Halicienſis, per Ioannem XXIII. Papam Succeſſor Iacobi 1411. 14. Kal. Iulij datus eſt. Eodem anno ab eodem Papa ad Gneſnenſem Archiep. præter Collegij Gneſnenſis voluntatem, quod Albertum Iáſtrzębecium Epiſcopum Poſnanienſem poſtularat translatus fuit. Vir erat pius, in omnes liberalis & munificus in egenos, natura manſueta & benigna. In Concilio Conſtantinenſi plurimos anteibat ſcientia, virtute, dotibus, fama; quapropter in Pontificem Max. eligi dignus à pluribus iudicatus fuerat. Non inhonoratus tamen inde diſceſſit, nam primitialem dignitatem ſibi, & ſucceſſoribus Archiepiſcopis Gneſnenſibus in dicto Concilio obtinuit, atq; ſic noua dignitate auctus, in patriam Primas Regni rediјt. Extant illius ſtatuta Prouinciæ Gneſnenſis 1420. approbata à Martino V. Papa. Ille Gneſnæ Collegium Manſionariorum fundauit. Ille Eccleſiā in Wieluń erexit, fundauit. Ille Eccleſiam Smogorouienſem decimis auxit. Legationem in Hungariam ratione firmandæ pacis dum peragit, in villa Lubicz Diœceſis Strigonienſis obijt* 1422. *die* 4. *Decembris. Conductus Gneſnam ibidem ſepulturam tenet. De illo Ianicius.*

Hunc fieri Papam voluit Conſtantia, rari
 Munifici, placidi, mota fauore viri.
Metropoles vno ille duas accepit in anno,
 Dignus fortunæ proſperitate ſuæ.

Ioannes Iordan Caſtell. Biecenſis, Scepuſienſis, Oſuiecinenſis, Capitaneus & Magnus Procurator Cracouienſis, notabat Familiam de Zakliczyn. Zuppas regales obligatas ſibi tenuit, quas Sigiſmundus Rex Bonari Ciuis Cracouienſis ſubſidio datis quatuordecim millibus vngarorum recuperauit, inquit Paproc. in 2. opere. *Obijt* 1507. *Sepultus ad S. Catharinam Cracouiæ.* Bielſcius fol. 507.

Terran.

Terram Scepuſienſem ab eodem datis 12. millibus vngarorum Boner Regi recuperauit Sigiſmundo. Nicolaus Iordan de Zákliczyn Caſtell. Woynicieñ. Scepuſieñ. Camenecen. Capit. Magnus Procurator Cracouienſis. Obijt 1521. *Sepultus Cracouiæ ad S. Catharinam, vnde apparet filium fuiſſe Ioannis. Iordanus Caſtell. Woynicienſis, qui in conſortem habuit Spitkonis Tarnowſki Palatini Cracouień. filiam, cum qua bona Melſztyn & alia accepit. Laurentius Spytek Iordan de Zakliczyn in Melſztyn, Caſtell. Cracouien. Capitaneus Præmislienſis, Camenecenſis, Czechouicenſis. Ætatis anno* 50. *obijt in Mogilány.* 1568. *Ex conſorte Sieniawſka Nicolai Palat. Ruſſiæ filia, ſuſcepit filias Eliſabetham Bonarij poſtmodum Ligęzá Caſtell. Viſlicienſis conſortem, Annam Zebrzydowſcij Palatini Caliſienſis, Magdalenam quæ prius Vapouij poſt Caſtell. Sendomir. Sobek conſors, Barbaram quæ priùs Petri Ducis in Zbáráz Palat. Trocenſis filij conſors, poſt Andreæ Zborowſki Marſchalci Curiæ Capitanei Radomſcenſis, & Sophiam Samuelis Zborowſki conſortes. Spytek Iordanus de Zakliczyn, magnus bellator ad Derſauiam cum Gedanenſibus & Moſchis in diuerſis locis & occaſionibus, erat Theſaurarius Regni vigilantiſſimus, nam irruentibus Tartaris obuiauit miſſo neruo belli Caſtellano Cracouienſi.* Bielſc. fol. 594. *De illo Chriſtophorus Warſzwicki in oratione ad Stephanum Regem, vir perpetuæ laudi & maximis muneribus obeundis in R. P. natus, tot hoſtibus captis, tot interfectis, tot continuis vigilijs fatigatus ſuam & exercitus tui Zamoiſci perſeuerantiam ita probauerat, vt non modo Legatis Moſchouiticis ad conficiendam pacem ſtimulo fuiſſe, verùm etiam vniuerſæ Moſchouiæ terrorem inieciſſe, dici & videri queat. Præſertim cum Spitkone Iordano Præfecto, vetuſtate generis & ſpectata virtute commendato certo militum numero in pæniciora Moſchouiæ immiſſo, agriſq; vaſtatis & hoſtium cæciſis plurimis armorum ſuorum vim & terrorem in ipſam Nouogardiam intulit. Iacobus Iordan cum Mieleccio Rothmagiſter eximius, curam tormentorum bellicorum dum Bogdanus in Valachiam deduceretur, commiſſam habuit, atq; cum Turcis & Moldauis ad Stepanowce fortiter pugnauit.* Bielſc. fol: 645. *Conſors ſua Caſtell. Belzenſis Herburth filia. Ioannes Iordan Rothmag. eximius, in eodem prælio pro Bogdano ſtrenuè dimicauit, & victoriæ magna occaſio extitit, ex Podphilipſka reliquit prolem. Spytko Iordanus de Zakliczyn, eximiè laudibus efferendus Rothmagiſter in bello contra Gedanenſes, qui ſuo vexillo magno literis aureis notato:* Aurea libertas *bellum inſtituerant,* de quo Bielſcius folio 746. *Erat poſtmodum Palat. Crac. & vnionem Ducatus Oſwiecimeń. & Zatorień. ſubſcripſit. dum eſſet Capit. Præmislień. & Kamionacenſis* 1562. *Stanislaus Iordan de Zakliczyn in Mogilany & Szczekočin hæres, qui in Vngaria tyrocinia bellica exercuit, atq; contra Tartaros multoties ad Bialocerkieuiam pugnauit. Cuius dexteritatem Sereniſſ. Rex Sigiſmundus* III. *Dapiferatu primùm Cracouienſi, tum Succamerariatu recompenſauit, reliquit filium Nicolaum conſilio & armis excellentem, altiora dominus adſpirabit.*

ſpirabit. Trambá Nicolaus Procancellarius Vladislai Iagello, & conſiliorum ſecretorum de bello Pruthenico dexterrimus conſultor. Bielſcius folio 290. *Puto ab armis denominatus.*

Stoiewſcij *in Crac. Palatinatu, deſcendunt ex Iordanorum Familia, Ioannis Stoiewſki Epitaph. apud S. Catharinam Cracouiæ 1513. Laurentius Stoiewſki ibidem ſepultus 1567. vbi legitur:* Generoſus D. Laurentius Stoiewski priſcæ religionis vir.

Stoiowſcij *ijdem quod Stoiewſcij, de Zakliczyn quia notant Familiam, declarant vnicam eſſe cum Iordanorum Familia. Chriſtophorus Stoiowſki de Zakliczyn, & Bartholomeus Stoiowſki electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Cracouienſi Palatinatu ſubſcripſerunt.*

Swierczowſcij *in Lublinenſi Palatinatu. Ioannes Caſtell. Viſlicienſis, Capitaneus Lublinenſis, nec non Supremus Capit. M. D. Lith. Sepultus Lublini in Eccleſia Prædicatorum 1528. De quo Cromerus in Oratione Funebrali Sigiſmundi I. loquendo de bello Orſanenſi ait:* Conſtantino Oſtrorogio & Ioanne Suiercouio Ducibus octuaginta millia Moſchorum bellatorum, qui noſtros abigere flagris in Moſchouiam deſtinauerant, ingenti ſtrage deleuêre. *Ipſius tyrocinia bellica, progreſſus, animoſitates, & titulos Caſtrenſes, cum diuerſis trophæis bellicis ſub viris bello & victoriis claris refert Starouolſcius in centum bellatoribus, cui etiam Epitaphium tale formauit.*

Deo Trino & Vni,

Ioannis Swiercouij Caſtellani Viſlicień. & apud Sigiſmundum I. Regem Pol. ſapientiſsimum Exercituum Polemarchi, ſummorumque illa ætate inter Sarmatas bellatorum. Conſtantini Oſtrogij & Nicolai Firley collegæ, animi magnitudine & artibus militiæ præſtantiſsimi, cuius præclara in Rempub. bellis Tartaricis, Moſchouiticis, atque Pruthenicis merita extant, humana hic oſſa quieſcunt.

Wárzyccij *in Podgoria. Fortunam virtute ſuſtentant.*

Brzéžinſcij *ibidem, ex quibus Martinus Canonicus Cracouienſis fuit.*

Winárſcij *ibidem. Duo inter fratres ex illis litigabant, vnus Angelus alter dæmon vocitatus fuit, notabant Familiam de Gorzeiowa.*

Kowinniccij *in Præmislień. diſtrictu, erat vnus militum Confœderatorum caput.*

Miekiccij *in Præmisl. milites ſtrenui in diuerſis expeditionibus. Sigiſmundi filij Andreas Tribunus Lubacouienſis, qui cum Podcberecka armorum Bylinà reliquit Chriſtophorum, & filias Annam & Magdalenam Porudenſciorum conſortes, & Sophiam Bak Vexilliferi Camenecenſis. Erat Chriſtophorus eximius bellator tempore Interregni cum Tartaris, cum Anna Konienſka Miſopadowná Venatoris Sendomirienſis filia armorum Łábęć, habuit Hieronymum, Andream, Ioannem, & tres filias, qua defuncta habuit conſortem Annam Broniowſki Succamerarij Poſnanienſis filiam, cum qua habuit Chriſtophorum & Stanislaum, & filiam Barbaram. Stanislaus Miekicki miles in Podolia, & in M.*

in M. D. Lith. vir clarus meritis, & poſſeſſionibus ibidem auctus. Valentinus Miekicki miles, occiſus in Valachia cum Coſacis pugnando contra Iuoniam Valachum 1574. Florianus Miekicki electionem Sereniſſ. Reg. Vladisl. IV. ex Volhynia ſubſcripſit.

Ciaſzynſcij, *Epitaph. refert Varſauiæ in æde D. V. M. Decanum Louicenſem, Canonicum Cracouienſem 1538.*

Pakoſzewſcij *in Sanocenſi Terra. Erant Ferens, Philippus, Georgius, & Petrus ibidem. Sunt quoq; Pakoſzewſcij armorum Rádwan.*

Kolkouij *in Biecenſi diſtrictu. Ioannes Kolek plurimas tenuit poſſeſſiones in Cracouienſi Palat. Eius filij Bartholomeus, Valerianus & Nicolaus.*

Falczewſcij *in Palat. Caliſienſi. Erat ex illis Capitaneus Dobrzynenſis & Pinenſis. Alij in Volhyniam tranſierunt.*

Soſnieccij *in Caliſienſi. Ioannes Soſnicki cum filiis optimus ciuis Patriæ.*

Koinieccij *in Caliſienſi, vtuntur tamen Roſa inter tubas, vnde differentia ex additione ſunt arma à præſentibus.*

Gorzkowſcij *in Chelmenſi Terra, & in M. Duc. Lithuaniæ.*

Oſtycouij *in Magno Duc. Lit. qui & Radźiuilij vocati ſunt, nam Hrehorius Oſtyk Radźiuilius a Iordano Caſtell. Woynicenſi, frater germanus Archiepiſcopi Nicolai ad arma hæc in Hrodlenſibus Comitiis receptus fuerat 1413. Erat Nuntius Oſtykowicz à Caſtuldo & Monuido miſſus a'd Imperatorem Tartarorum Sadacimat 1452.* vt Miechouius lib. 4. vel vt Bielſc. fol. 395. *ad Sachmatum, vbi in captiuitatem Ecingerio Præcopſcenſi Dynaſtæ venit. Georgius Oſtyk ſeu Hoſtyk Palat. Mſcislauienſis,* Stricou: fol: 772. *Hrechorius germanus illius Rothmag. capite plexus,* Stricou: fol: 785. *reliquit filium Hrehorium magnum bellatorem & fidelem Regi & Reipub. Hrehorius Hoſcik ſeu Oſcik cum Conſtantino Duce in Oſtrog contra Moſchos pugnando 1499. in captiuitatem vnà cum Duce Conſtantino deuenit. Quod Tubis pro armis vtantur nudis hoc eſt ſine aquilla,* Paprocius habet in 2. Opere fol. 655. & Bielſc. fol: 489. *Niemir Oſtyk 1499. priuilegium M. D. Lit. ſubſcripſit. Woyſzyund eius filius Rádźiuil ſubſcripſit priuilegium Lit 1401. Her. fol. 663.*

Wolkouij *in M. Duc. Lit. Ex quibus Capit. Pinnenſis ad Olſzanicam magnus miles, reliquit non diſſimiles filios Fedorium & Nicolaum.*

Kumáiewſcij *ibidem, militari occupatione clari.*

Dawidouicij *in Wilkomirienſi diſtrictu.*

Woynij *in M. D. Lit. clara Familia meritis, titulis, & authoritate.* Stricou: fol: 758. *à Chricinijs procedere dicit* Paprocius in 2. Opere fol: 667. *ſed armorum Korczak Chricinios & Woynios ponit. Clarum verò eſt armis Tubarum condecorari Woynos. Benedictus Woyná Epiſcop. Vilnenſis 1600. conſecratus, vir prudentia, ingenio, dexteritate, & paſtorali cura inſignis, vt meritò quidam ſibi & Woynarum Familiæ precatus eſſet.*

Viue Perilluſtris Woynarum gloria Stirpis,
Omnibus vt vigeat gens Generoſa plagis.

Abrahamus Woyná Epiſc. Vilnenſis, ex Epiſcopo Samogitiæ, ex Cancellario M. D. Lit. Cui Academia Parthenica Vilnenſis ita ominata fuit, excitando ſemetipſam in laudes virtutum.

Eia, age feſtiuos fælix Academia plauſus,
Obuia Patrono pone Theatra tuo.
Inclitus eia venit tibi Cancellarius, Eia
Erige fautori digna Trophæa tuo.
Pontificis caput in nota venerare Tiara,
Oſcula in auguſta dulcia fige manu.
Occine Præſul aue Vilnenſis Epiſcope mundi,
Sol Lithauûm, Patriæ Magne Senator Aue.
J decus, i fauſto per proſpera compita greſſu
Laus, Lumen, Columen, Maxime Woyná meum.

Gabriel Woyná Procancell. M. D. Lit. vt habet Ianuſouius in Statuto fol: 734. *Petrus Woyná Dapifer M. D. Lit. Capit. Wolkouicenſis, ex Nouogrodenſi Palatinatu electionem Sereniſſ. Regis Vladislai ſubſcripſit cum Chrehorio Woyná Iaśieniecki. Vladislaus Woyná Ciuonius Vzuiencenſis, Capit. Gorzdoucenſis ex Samogitia cum Michaele Vexillifero Samogitiæ, Capit. Poiurſcenſi, & Stanislao Polagouienſi Capitaneo, electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Samogitia ſubſcripſerunt. Michael Woyná Capit. Pienianenſis, ex Palatinatu Vilnenſi Vladislai IV. Regis electionem ſubſcripſit. Chriſtophorus Woyná Rumieilo de Iaśienicá, & Conſtantinus in Vitepſcenſi Palat. electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis ſubſcripſerunt.*

Chrycinij, *quos ſuperiùs cùm ex illis ſunt Woynij ponere neceſſe eſt, ſi tubis tribus pro armis vtuntur. Matuieius Chryczyná habuit eximios milites & Rothmagiſtros, Kierdeium qui cum Rádźiuilio Duce pugnauit ſtrenuè contra Moſchos in Bolince, Wyświacz, Ieźierzyſko & Boyſagole, & Woynam Succamerarium Pinſcenſem, Capit. Oſſcenſem, magnum bellatorem cum Georgio Rádźiwil. Reliquit Laurentium Woynam Theſaurarium M. D. Lit. reliquit prolem ex Kłodźinſka. Alij fratres ſui fuerant, Capitaneus Polonſouienſis, alter Rothmagiſter ſtrenuus, tertius Præpoſitus Trocenſis.*

Rzeczkowſcij *de Rzeczkow, militem Moſchouticum & Liuonicum, Tartaricum, poſtmodum refert Chyouiæ Epitaphium apud Patres Prædicatores. Fælicem occiſum à Tartaris ad Tryliſy, Anno* 1615.

Oſwinowſcij *in Crac. Palat. viri in aduerſis nationibus educati, militari & varietate linguarum Patriæ proficui.* Ioannes Camerarius *Granicierum Biecenſis diſtrictus ex Kolkowná filios quinque, ex Wyżycka alios quinque ſuſcepit.* 1. *Valerianus multoties Iudex Tribunalis Regni, Poëta eximius, nūc Subdapifer Sendomirienſis.* 2. *Hieronymus, miles ſtrenuus cum Ioanne Zamoyſcio & Ioanne Potoccio, S. R. M. Secr. ad Sultan Oſmanum Nuncius ſed ingratus,*

ingratus, nam bellum contra Regnum per ipſum Sigiſmundo III. Sereniſſ. Regi nunciabat, redijt ob ſecuritatem per Venetias, in Pokrzywniceń. Eccleſia ſepultus 1620. 3. Samuel, poſt militares actus cum Palatino Braclauienſi Potocki in Turcia ratione linguæ decem annis manſit, redijt in Patriam S. R. M. Secret. 4. Andreas, adoleſcens mortuus. 5. Remigius ad Smolenſcum miles occubuit. 6. Sigiſmundus, in Vngaria primum miles, vt redijt in Patriam, vnà cum fratre Ioanne in Moldauiam pro Conſtantino, cum Stephano Potocki iuit, ſed Sigiſmundus occiſus, Ioannes in captiuitatem deductus Turcicam, qui dum pecunia liberatus eſſet, in Danubio dum ſe lauaret, à piſce in profundum tractus ſubmerſus fuit. Petrus Conſtantinopolim gratiâ ſcripturæ Arabicæ & linguæ miſſus, ibidem peſte ſublatus fuit. Nicolaus Rothmagiſter peditum ad Kokonauſen, vſq; modo idem officij peragit militare. Alexander miles cum Kálinowſki Vinnicenſi Præfecto, ad ſcalam, à Tartaris captus, poſt liberatus, ad Sultan Ibraimum Turcarum Imperatorem nuntius fuit

T V B Æ Secundò.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt eædem tubæ tres in clypeo, ſed ſupra tubas in eodem clypeo ſunt duæ alæ aquilinæ extentæ, brachijs ſeſe contingentes. Super clypeum eſt vir armatus, ſuper galeam deferens tres pennas ſtrutionis. Habent additionem hanc ob diuerſa maiorum ſuorum merita, in diuerſis Dominijs clare progreſſu bellico cum arduis hoſtibus promerita. Duo namq; hæc celeritas & fortitudo, audacem, prudentem, & præſentem ſibi in bello requirunt virum, vnde meritò honorandum & multis amandum.

V O X M A R T I S.

TRiplicem inuenio vocem Martis in antiquitatibus Romanorum; alia eſt vocalis, quam ſcilicet in vigilijs obſeruare deſiderat, vocem puta humanam, alia eſt ſemiuocalis, quæ ſcilicet per cornua tubam aut buccinam datur. Indubitatis namque ſonis, per hæc agnoſcit exercitus, vtrum ſtare vel progredi, aut certè regredi oporteat, vtrum longè perſequi fugientes an receptui canere; alia muta, vt vexilla, pennæ, Aquilæ, &c. Quocunq; enim hæc ferri iuſſerit Ductor, neceſſe eſt ſignum ſuum comitantes milites

peragant.

pergant. Signa hæc Armorum nobilium dum intueor, vocem hanc triplicē auribus ſubito percipio. Vir armatus vocalem promit vocem, tubæ ſemiuocalem, alæ & pennæ mutam vocem. Quaſi apertiùs dicerent, Parens prædictorum Armorum, omni ex parte fuerat Martis diſcipulus, filius, æmulus. Qui nedum occaſionem aliquam non intermiſit pugnandi pro Patria & Principe, ſed quacunque voce bellica motus, paratum ſe eſſe & vincere,& mori declarabat. Neque rumorem faciat tubam eſſe corneam & magis venationi quàm bello aptam. Antiqui enim tubâ, buccinâ, & cornu, in bellis vtebantur iuxta gentium conſuetudinem,vt Vegetius habet. Tuba enim apud illos dicebatur quæ recta erat, buccina quæ in ſe ipſa reflexa fuerat, cornu verò fiebat ex vris agreſtibus argento nexum, temperatum arte & ſpiritu emittens canentis flatum. *Roſinus de Antiq. Rom. lib.*10. *cap.*5. Meritò igitur tam multiplicibus & ornatis tubis, vocem Martis appoſuimus, vt inde triumphatores de hoſtibus tutores,horum ſincerè concludamus. De quibus quondam Matthias Sarbiewſcius Societat. Ieſu in Lyricis ita occinuerat:


Tres nuper Diuæ Bellona, Diana, Thalia
De Rudominеis dimicuère Tubis.
Noſtra Tuba eſt Bellona (inquit) Tuba noſtra Diana eſt,
Hæc inquit potiùs noſtra Thalia Tuba eſt.
Audijt & Getico Mauors ſubriſit ab Hæmo,
Nil mihi cum veſtris numina docta tubis.
Veſtra Tuba eſt Bellona inquit, Tuba veſtra Diana eſt
Veſtra Thalia Tub. eſt, ſed Rudomina meus.

LINEA FAMILIÆ RVDOMINORVM.

RVdomina *qui primus à Ducibus Lithu. obtinuit tam nobilem armorum additionem ad tubas Oſtykouianas in M.D.Lithu. & Iordaneas in Regno Polon. Qui in M.D.Lithu. plurimis meritis in Patria & in Caſtris, non mediocres honores & titulos reportarunt, atq; poſteris ſplendenti progreſſu virtutum luceſcere, conſuluerunt. Ioannes Rudomina altæ familiæ ſuæ tutor & promotor virtute propria. Ex Chlebowicowná reliquit filios quinq; Ioannem, Rudominam, Duſſiatſcium, ad differentiam à fratribus cognominatum, qui ex optimo Rothmagiſtro ad Chotinum & Vexillifero Nouogrodenſi in M.D.Lit. Caſtellanus ibidem creatus fuit. Reliquit ex Chriſtina Hrodeyſka filium. 2. Petrum qui ex Vexillifero Braclauienſi nunc Caſtellanus Derpſcenſis. 3. Chriſtophorum Marſchalcum Braclauienſem, virum moribus & militia ſtrenuum, cum Bialozorowna tenet matrimonium. 4. Andream qui Societatem Ieſu ingreſſus peregrinationi ad Indias contulit animum ibiq; inſeruiendo Catholicis occubuit. 5. Georgius Aulicus Sereniſſ. Regis Sigiſ. III. in expeditione Chocinenſi à Turcis occiſus.*

TRABY

TRABY Tertiò.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt tres tubæ nigræ in campo ſanguineo per medium clypei recto ordine poſitę in campo ſtricto. Aliunde veniſſe in Regnum conſtat ex differẽtia tubarum, attamen niſi in bello forti & acclamato acquiſita fuêre. In Regnum per Epiſcopum Vendenſem introducta ſunt, vt ex Calendario Fontani habetur.

PRÆCO CORONATVS.

INter præcones magna intereſt differentia, ſunt enim præcones verbi Dei, & præcones iuſtitiæ, & Senatus. Neq; mens mihi eſt de præconibus huius ſæculi, ſed antiquos præcones reuoco in mentem, quorum erat ante inuentas tubas & buccinas victores & triumphatores pronunciare & proclamare ante teſtimonium coronæ triumphalis impoſitum. *Hinc Eumenius Rhetor in Orat. pro Schol.* Fortiſsimi viri in ſacris certaminibus, ſummo labore atq; etiam vitæ periculo, ſolam vocem præconis & coronæ teſtimonium petunt. *Vbi inquit Iuuenalis ver. 3. ſat.* 13. Nam antiqui tubas non habebant. Poſterioribus verò ſæculis adhibitæ victoribus denuntiandæ & declarandæ tubæ, *ait Stat lib.* 6. & alij ante & poſt. Et Coripus Africanus de laudibus Iuſtini Aug. lib. 2. num. 6.


Iuſtino vitam tercentum vocibus optant,
Auguſtæ totidem Sophiæ plebs tota reclamat.
Mille canunt laudes, vocum diſcrimina mille,
Iuſtinum, Sophiamq́ pares duo lumina mundi
Eſſe pares, regnate pares in ſæcula dicunt
Felices annos dominis felicibus orant.

Sed cuiuſcunq; dignitatis præco ille fuiſſet, coronam dum laurea & oleaſtro pronunciabat, ſed non coronabat nec coronatus incedebat. Armorum præſentium patronum, coronatum præconem & Epiſcopum, coronatum Catholicum Romanum affero & veneror, qui tubis ſuis coronandos in cælis deſiderat votiſq; à Domino præcatur. Illum inquam præconem cuius vita & mors nunquam eclipſari potuit. Nam ſi ſol cùm defecerit ſpectatorem non habet, eò ampliùs præco verbi Diuini, non habebit Deum ſpectatorem præmiantem, ſi defecerit, ſed punientem. Hinc quidam Præconem admonebat Diuinum;

Cerno tubas? timeo: fors inquam, bella parantur.
Sed cum nulla ſonent prælia, rurſus amo.
Quid ſecura tibi faciet fiducia plebis
O Præſul: ſi te diligit ipſe timor.

Illuſtriſſ: & Reuerendiſſ: D. Otto Schenek Epiſcopus Vendenſis, qui nobis præſentia arma nobilitatis in Regno præſentauit, verè coronatus præco fuit, non nomine, ſed re verus Paſtor, animo & deſiderio, cui fuit in geſtu grauitas, in inceſſu honeſtas, cui nihil dedecoris, nihil laſciuiæ, nihil petulantiæ, nihil inſolentiæ, nihil leuitatis inerat: animus enim in corporis geſtu apparet, & ſpecies corporis ſimulachrum eſt mentis figuraq; probitatis. ſicut Iſidorus lib. 2. Soliloquiorum inſtruebat.

TRABY Quartô.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt duæ tubæ nigræ, orificijs ſurſum verſæ, diſpoſitæ ad normam duarum lunarum mediarum, inter eas eſt gladius nudus. Fertur quod conceſſa fuerint talia arma cuidam militi à Duce quodam, qui in captiuitatē venerat Moſchouiticam, vnâ cum familia. Cùm enim liberos voluiſſet habere fideles ſibi ſeruos, dato verbo pro illis, vnus illorum non receſsit à Domino, ſed totam curam culturæ patrifamilias conceſsit, vt Domino commodiùs dare ſubſidia poſſet. Die igitur labori contulerat manus, & nocte gladio turrim muratam perforabat, donec eduxiſſet Dominum & Ducem. Quapropter gladium in arma nobilitatis, & tubas in ſignum militaris occupationis inter gratitudinis ſymbola aſſumpſit.

TVBARVM LVSTRATIO.

SAcrum quid etiam apud Gentiles ferebat, luſtratio tubarum, qui licet ſacra ſcire nequibant, qui Trinum & Vnum Deum non profitebantur; id tamen per luſtrationem tubarum intelligebant, quod per fœditatem earundem ſuſpicari poterant. Hinc Antiqui Romani x. Cal. April. Tubiluſtriū conſtituerant. De quo Ouidius:

Summa dies è quinq; tuba luſtrare canora
Admonet, & forti ſacrificare Deæ.

Agna enim luſtrabantur tubæ in atrio ſutorio, ait Varro.

Leſchus

Leſchus iunior Princeps Pol. poſt parentis ſui deceſſum dominari cupiẽs, maiorem natu fratrem ſub ſpecie venationis euocauerat, atque occiderat. Quem ficto dolore quod lapſus ex equo occiderit dolebat, ſed vindex Deus fuit; pingitur ille cum tuba & gladio; ſed hæc duo fædauit ſanguine fratris, non luſtrauit. Et ecce luſtratio iam adeſt tubarum inſpicientibus arma. Ille etenim miles luſtrauit tubas militares ſinceritate & fidelitate in Ducem & Dominum, Dux verò luſtrauit eaſdem gladio medio interpoſito tubis. In quem ſenſum dicebat Silius lib. 2.


Pubeſcit caſtris miles, galeaq; teruntur
Nondum ſignata flaua lanuine mala.
Nec requies æui nota, exanguesq; merendo
Stant prima inter ſigna ſenes, letumq; laceſſunt.

Profectò luſtrabat miles ille tubas non ſanguine agnæ, ſed proprio ſanguine, non in atrio ſutorio, ſed in theatro militari, ideo luſtratur quoq; in præſens ipſius nomen & gloria omnibus heroico animo ſplendentibus his præſentibus armis, tubis & gladio. Igitur ô generoſa poſteritas præ oculis habeto:

Excubias vigilanter agas, tibi ne irruat hoſtis
Ceu vigil extemplo te monet ordo tubæ.

Vtuntur his armis in Samogitia Familia Ruſteicorum. Erat ex illis Notarius Terræ Samogitiæ vir literatus, reliquit Gaſparum cuius poſteri Familiam ornare factis curant.

T R A C H.



DELINEATIO.

EST ſcutum in duo latera per lineam rectam diſſectum, in vna parte eſt draco coronatus aureus extenſis alis, caudam protenſam gerens in campo lazurino, in altera parte ſunt tres campi aurei, duo mediantes lazurini. Super galeam & corônam alij ponunt medium draconem, alij vt in ſtemmatibus Regni Bohemiæ apparet, vtuntur tribus pennis Struthionis.

ORIGO.

PRimam originem inueſtigare non mei quidem eſt propoſiti, qui inducta fuit in Regnum video, attamen ipſa res docet, à Draconarijs Romanorum militibus originem tenere. Quorum aliqui in Germaniam, aliqui in Franconiam, tandem in Bohemiam & Sile-

& Sileſiam, tum feruente bello Pruthenico in maiorem Poloniam deuenêre. Extat priuilegium Ioannis Trach de Brezy, qui dum Sereniſſ. Regi Auguſto præſentauit antiquum domus ſuæ priuilegium, in quo nominabantur Patrui ſui quatuor ante quingentos annos, & aliud à Caſimiro Principe Teſsinenſi ſcriptum 1495. in quo inſerti fuerãt 4. Trachij eximij bellatores, obtinuit omnimodam confirmationem. Quod etiam Ducum Opauienſium & Ratiborienſium, apud quos Supremi exercituum erant Ductores, teſtificantur. Quod verò ſpectat Dominos Trach in Regno, ab antiquo de Prochy notabant ſuam Familiam, alij à bonis inter ſe diuiſis, Gnino & Zie *&c.*

DRACONIS AVSPICIVM.

FOrtunæ pergrandis Draco ſymbolum fuerat, nec aliud quando diuerſum viſo Dracone, niſi auſpicium digniſsimum, exponebant, vt felix fortunatuſq; eſſet progreſſus militantium, nedum antiqui Vexilliferos Draconarios vocauêre, ſed etiam inſignia cohortum Draconem exponere cupiebant. Quapropter Ammianus Marcellinus pompam Conſtantij Imperatoris deſcribendo, dicit: *Erant Dracones haſtarum aureis gemmatiſq; ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perſlabiles, & ideò velut ira perciti ſibillantes, caudarum volumina in ventum relinquentes.* Quapropter non immodicam firmitatem fortitudinemque horum militum vt ſignificarent, purpureum ſignum Draconis fieri volebant. Erat igitur Draco illis Auſpicium belli. Habebant quoque Draconem in auſpicium Imperij, *vt oſtendebat Suetonius in Auguſto.* Spartacus, *inquit,* vænalis cùm Romam delatus eſſet, deprehenſus eſt dum quieſceret, habere ſub capite Draconem in ſpiram complicatum, quem cum Thracia mulier conſpicata vaticinandi peritiſsima, ſignum eſſe dixit magnæ cuiuſdam & formidabilis potentiæ. Obſeruarunt idem plurimi draconem amplitudinis fuiſſe notam. Mamæa Alexandri Seueri mater pridiè quàm eum pareret, ſomniauit ſe Dracunculum enixam edidiſſe. Idem de Olympia & Alexandro Macedone dicitur. Idem de Pomponia Africani Scipionis traditur. Idem de Dracone in corpore picto Actiæ matris Auguſti Imperatoris legitur *in Pier. lib:* 15. *cap:* 13. Neque ſolùm draco viuus & ſomniatum optimi nota ominis fuit, ſed ſpolium quoque ipſius auſpicij loco fuerat. *Ait enim Suetonius in Nerone cap:* 46. Nero ſerpentis ſpolium à matre pro amuleto commendatum, brachio alligatum aliquandiu geſtauerat, inde memoriæ maternæ tædio abiecerat, tunc id perquiſiuit in caſſum, cùm omnia contra ſe fremere comperiſſet, maternæ erga ſe pietatis ſero memor. Hæc ille. Illuſtria hæc nobilitatis arma dum intueor, quorum origo Roma progreſſus, Franconia augmentum, Imperium; Statio, Sileſia & Polonia eſt, auſpicata fuiſſe auſpiciumque eſſe affirmabo. Si namque Duces fuerunt exercitus, præſuppono inter illos extitere Tribunos, caſtrorum metatores, Rothmagiſtros, & ſtrenuos milites. Si ingenia, literis, iudicium animi legibus ſub-

leuarunt,

leuarunt, bono auſpicio Patriæ & Reipub. fuerunt. Si verò iuſtitia, Regnum ſtabilierunt, gratum omnibus amulethum reliquerunt. Cauendum igitur vobis qui his ditamini armis, ne quando intrepidus adſcribat.

Maioris minor eſca feræ, velut eſca Draconis
Serpens, ergò potens opprimit innocuos.

LINEA FAMILIÆ TRACHORVM.

TRach *qui in Sileſia domicilia ſua conſtituit in Brzeźie, & in Opolienſi Ducatu Trachenberg ad Grymberkum fundauit, vel ipſius poſteri fundarunt. Ex quibus Hanzel Ioannis Ducis Opolienſis & Ratyborienſis erat Aulicus & Tribunus. Petrus Dux exercitus ad Landecum. Ioannes Iudex Terræ Opolienſis* 1487. *qui fortè erat, qui priuilegium Caſimiri Ducis Stetinenſis Trachiis collatum antiquos quoq; referens Traches* 1496. *Auguſto Regi Pol. confirmandum obtulerat. Ioannem Iudicem & Venceslaum de Brezy heredem in Soſniſzewſka Koznicá Gentilicia nobilitatis Sileſianæ & Regni Bohemiæ referunt. Horum Trachorum de Brezy erant duæ filiæ, vna conſors Andreæ Zborowſki Caſtell. Oſuiecimenſis, altera Ioannis Sielnicki apud Cæſaream Maieſt. Oberſtieri de Palatinatu Cracouienſi, habet de illis* Paprocius in Stemmatibus Sileſiæ, *vide etiam arma Doliwá. N. Trách in Regnum Pol. Maioris venit, & plurimorum victoriarum trophæis Principi commendatus, cum cæteris dignitatibus, heres bonorum Prochy firmatus fuit, cuius poſteritas varijs dignitatibus militum & literatorum honorata, diuerſos retulit titulis, à Notario Terræ Poſnanienſis, erant filij Ziemek, qui fundauit Zienin Stanislaus & Andreas. Ottonem Trách de Prochy Acta Poſnanienſia & Coſcinenſia referunt, addendo ſtrenuus miles, quod plurimùm dignitatem & præſtantiam viri militaris commendat. Bona ipſius erant Prochy, Gnino, Zelęcino, Boſzkowo, Lechow, Kowalowo, Lenki, &c. vt ex diuiſionibus apparet. Ex Boiaiowſka de Boiánow reliquit tres filios Ioannem ſterilem, Laurentium cui Prochy ceſſerant reliquit Laurentium, qui habuit Ioannem, ſed ſpem conceptam de illo mors deleuit, bona Trachy cum filia ad Koſiccios de Koſzycyn Wattow tranſierunt, qui cognominati à bonis fuerunt Proſkij armorum Samſon. Tertius illorum germanus Stanislaus qui bona Gnino ceſſerant, reliquit Ioannem & Petrum, & hic Ioannes primus ſeſe ſubſcribere literis cæpit Ioannes Trách Gninſki.*

Gninſcij *igitur Ioannes Trách Gninſki de Gnino, reliquit ex Piekárſka armorũ Leſzczyc Laurentium, Petrum, Gaſparum, Albertum, ex quibus Petrus virum Reipub. dignum Notarium Caſtreń. Kościneń. Matthiam cum Przetocka reliquit, & Laurentium qui cum Dàmbrowká habuit Stanislaum & Matthiam. Gaſpar Petri germanus iudicij excellentis vir, erat Vicecapit. Bydgoſtenſis. Albertus illorum* 3. *frater reliquit filios quinque.* 1. *Ioannes, in Aula Sereniſſ. Regis dum reuerenter ætatem duxiſſet, Canonicus tum Cu-*

Gg 3 *ſtos*

ſtes Poſnanienſis ſpiritum animumq́ religioni & fidei addixit, cui cùm virtus, deuotio, pietaſq́ cum humanitate cordi eſſet, exemplo omnibus præfuit. Sepultus Poſnaniæ 1596. cuius laudes & ſpiritus marmori inciſa Epitaphia dicunt. 2. Stanislaus, vir prudens & clarus virtute, pacis amans, & diſſidentium concors. 3. Albertus, maiorum ſuorum æmulator in caſtris & trophæis, ad Bathorium Palatinum Tranſiluaniæ cum legatis veniens, eximium affectum in ſe conuertit illius Palatini, pro eximiis meritis honoratus Capitaneatu Oſiecenſi, ex Sobanſka ſuſceperat Ioannem à quo fuerant ex Grzymálanká duæ filiæ. 4. Gaſpar, qui breues obtinuit ætates, ex Dorothea Woznicka armorum Ráwicz, relicto Ioanne Patriæ & Eccleſiæ digniſſimo filio, nam Canonicus Poſnanienſis creatus, mox Cancellarius & Archidiac. Præpoſitus Lucouień. Gneſneń. & Varſauień. Canonicus, Adminiſtrator perpetuus Abbatiæ Lubecenſis, Epiſcopus Ennenſis, Suffraganeus Poſnanienſis, & Sede vacante Adminiſtrator, erat gratus Principi, ſuis honori, Eccleſiæ ſpeculum, amicis ornamento, omnibus amori. In cuius arma ita quidam luſerat.

Siue gradus ſiue fors campos in ſtemmate cenſes,
Ingens Trachorum ſignat vtrumque decus.
Terrigenæ cuncti camporum munere viuunt,
Virtutum ducunt nos ſuper aſtra gradus.
At quem primeuæ gentes trepidare ſolebant,
Gninſciadum Generi fert diadema Draco.


5. Iacobus, amicorum corculum, virorum corona, cum Barbara Kreſka Dziemborſka armorum Pomian. 4. reliquit filios, Samuelem eximium militem cum Sereniſſ. Sigiſmundo III. in Moſchouia, & in Confinibus Regni cum Tartaris, qui vbi bona hereditaria occupauit Gnino & alia fidem Catholicam quam miles ſenſit veram & cognouit, promouere (à qua maiores ſui multò antè deſciuerant) incepit, vnde reconciliatus Deo, & gremio S. Eccleſiæ adiunctus, Hæreticorum delubra in bonis ſuis erecta illico demoliuit, & Eccleſias veras fieri curauit, erexit, fundauit, ditauit, atq́ per Illuſtriſſ. & Reueren. D. Andream de Bnin Opalinſki Epiſcopum Poſnanienſem conſecrauit, & dotem obtulit. Idem fecit cum Eccleſia Lanienſi & Bagrouienſi, Xenodochia quoq́ vetera renouauit & dotauit, aliaq́ ad Eccleſias prædictas erexit prouidit: & qui erat vtilis Patriæ, conſilio, fortitudine, vtilis quoq́ animæ ſuæ extitit, fide, pietate, commiſeratione. Habuit in conſortem illuſtrem virtutibus matronam Annam Buczkowſka armorum Bogorya, quæ & marito in operibus ſanctimoniæ præiuit, & ſtimulo incitatorio non defuit, habuit filios Ioannem, qui optimæ ſpei indicia literis probauit, moribus comprobauit, aptus namq́ & militaribus ſudoribus Patriæ reddere obſequia, & ingenij iudicijq́ felicitate prodeſſe amicis, domui, & famæ, habuit vnicam quoq́ filiam. Albertus Samuelis germanus, in exteris nationibus virtutem cum ſcientiis & linguis vbi collegit, rediijt in Patriam, electo ſtatu ſpirituali, quem geſtu & moribus profitebatur,

tebatur, Canonicus Poſnanień. tum Cantor, Præpoſitus Kozmineń. Grodźiſceń. Zwolenſceń. nominatus creatusq; fuit, Secr. R. M. Vladisl. IV. Nuncius miſſus ad Comitia Sredenſia Adminiſtrator Epiſcop. Cuiauienſis, dextere omnia effecit, ad altiora diſpoſitum promouebit Dominus, cuius honorem tàm in propriis laris, quàm in Eccleſiis ſibi commiſsis proſequitur. Georgius tertius horum germanus vir maiorum laudibus accumulando proprias, ex Catharina Mierzenſka Venatoris Poſnanienſis filia, ſuſcepit Caſimirum & Stanislaum, qui cum ſuccu literarum ambroſiam virtutum & morum colligendo ſpem generant ciuibus optimis & domui. Stanislaus quartus horum ex Cielecka Subiudicis Terræ Poſnanien. reliquit Ioannem, Ignatium, Albertum & Stanislaũ. Hæc ſunt notata de Familia Trachorum Gnuſciorum.

Zeleccij *de Zelecino in diſtrictu Koſcinenſi in Maiori Polonia. Petrus Trách Zelecki, filius Stanislai & nepos Ottonis Trách de Prochy, habuit filios Chriſtophorum, qui poſt diuerſas expeditiones bellicas vt rediit obiit, & Petrum qui ex Vieyſka armorum Grzymálá ſuſcepit Stephanum, qui eximiè deduxerat in Hungaria, & ſuperiori Valachia trophæa bellica, ſed mors inuidit fortunam, cùm ad propria redeuntem, diu frui quiete non permiſit ſed ſuſtulit. Ioannem cum Borowſki Caſtell. Gneznenſi contra Gedanenſes militem, qui dum glorioſam famam vitæ & ſecuritati prætuliſſet, mortem ſeuientem ſuſcepit, vt nomine clarus & memor poſteritati remaneret. Stanislaus tertius illorum germanus poſt deceſſum germanorum, vltima ſpes Familiæ Tráchorum, Zelęcinorum contracto matrimoniali Sacramento cum Iáktorowſka armorum Poray ſuſcepit Sigiſmundum hæredem in Zelęcino, virum virtute, præſtantia, moribus & vita grauem, qui ex Marianna Niegulewſka Iudicis Terræ Poſnanienſis Ioannis filia, ſuſcepit Ioannem & Vladislaum, quorum ætas iuuenilis iam ſenilis ad maximas res attentandas & peragendas pro domo & patria, non modicam generat expectationem, & ſicut illorum genitor tantæ dexteritatis ardoriſq; in Fidem Sanctam fuerat, quod Hæreſim de Zelęcino extirpauerit, Eccleſiam Catholicam erexerit, fundauerit, & Iaktorouienſem igne conſumptam exædificauerit & dotauerit, atq; Iudex Tribunalis Regni electus, & in loco Illuſtriſſimi Marſchalci, quòd iudicia rectè, ſententiaſq; ſapienter dixerit, ita procedendum filijs norma monſtrata fuerat, vt propriè virtutis ſplendore, & morum pietate ſpectata, fortunatos dies glorioſè in canitiem & vitam viuentem deducere valeant.*

Sic Iudex hominum cauſas diſcernere debes,
Ne tua ſub Chriſto Iudice cauſa ruat.

TRZASKA alias BIAŁYNIA, Seu BIAŁA, alij LVBIEWIA.



DELINEATIO.

EST media luna cornibus ſurſum verſa coloris flaui in campo cæleſtino, in medio ex parte vtraque ſunt ſinguli gladij medij cum manubrio & crucibus, quaſſati & fracti. Super coronam eſt cauda pauonis, intra quam eadem ſunt arma.

ORIGO.

BOleſlaus Chrabri militi dicto Trzaſka in quodam bello contulit prædicta arma, occaſione iſta, quia in ardore belli ab vtrinque feruenti, impetum hoſtis in Regem vibrantis gladio repreſſerit ictuq; illo fregerit, cui Rex vbi alterum gladium de manu porrexit, fudit audacter hoſtes & victoriæ primas obtulit. Reuertenti cùm dato ſibi gladio iterum fracto, Rex inſigne contulit quaſſatos gladios & fractos, lunam, vt poſteritas eadem fortitudine luceret, campum ſaphireum, quale tunc erat bello fauens cælum. *Dlugoſſ. de illis dicit.* Gens antiqua, militaris, libera, iniuriarum vltiua. Vocantur verò ab alijs Balla vel Biallyna quia notabant familiam de Biala quam erexerant. Vocantur vero Lubiewa quia monaſterium Lubienſcenſe fundarunt, ſicut arma illius Monaſterij commonſtrant, & aliquot fuerant de hac familia ibidem Abbates.

Hoc igitur meruit quondam fortiſſimus Heros.
Sarmata, qui fuerat fulminis inſtar eques.

LVNA FÆLIX.

NOtabant Eccleſiaſt. dicentem 27. *Sapiens ſicut ſol permanet, ſtultus vt luna mutatur.* Quo lunæ adſcriptum colligitur, Luna infelix. Video tamen & felicem lunam. Non enim ſine animaduerſione Pythagoras Lunam modò terram cæleſtem, modò terreſtre cælum appellabat. Et licet quater in menſe luna mutatur, illa tamen æternitatis ſymbolum eſt eo quòd ſæpiùs iuueneſcit, & damna celeres reparat cæleſtia luna. Et licet in ſtragulis calceiſq; geſtabatur, ſignum tamen nobilis erat, vt Iuuenalis:

Et

& Nobilis & Generoſus
Appoſitam nigra lunam ſubtexit alutæ.

Quapropter ad dignitatem felicitatemq; lunæ adnotandam Cornelia Salonina Aug. cudere fecerat nummos. Caput illius ex noua Luna videbatur prodire, à cuius tergo vnum ex his ſcriptum legebatur. Fœcunditas, Pudicitia. Neque vno nomine Luna ſignificata fuerat, vt inde variæ illius felicitates dignoſcerentur. Sed Luna nominabatur Iuno, Dianna, Proſerpina, &c. Vnde Catullus.

Tu Lucina dolentibus,
Iuno dicta puerperis,
Tu potens Triuia & notho,
Dicta lumine Luna.
Tu curſu Dea menſtruo,
Metiens iter annum,
Ruſtica agricolæ bonis
Tecta frugibus exples.

Dum præſentia arma contemplor, iure meritò Lunam felicem nominabo. Nam quod ſibi quondam optabat Vincentius Gonzaga, dum erecta ſcutis luna, addidit aduerbium: *Sic.* Dicebat enim, *Sic illuſtrior creſcam.* Hoc iam, hæc nobilitatis arma, re & effectu, aſſecuta fuerunt, dum illorum luna gladijs, crucibus auro Saphiro & Iunonia corruſcat. Quocirca rectè quidam in præſens inſigne notabat.

Stemma vetus titulum ducens à fulminis ictu,
Quod noua conſtituit luna duæq; cruces.
Eſt ortum in pugnæ fremitu belliq; fragore,
Non in delicijs, luſibus atque iocis.

Erat namque luna præſens felix in ſtatu magnorum Heroum, erat felix in ſtatu clarorum militum, erat in Senatu, Iudicio, atq; Eccleſia feliciſsima luna. *Refert Plin. lib. 2. cap. 32.* Quod Cn. Domitio, & Cn. Fannio Conſulibus lunæ tres conſpectæ fuerunt, quas pleriqne appellarunt nocturnos ſoles, quia miro modo tunc terram illuſtrárant. Profectò dum intra ſcutum & ſupra coronam conſpicio lunas inſigniorum, non lunas ſed ſoles dicerem; à tot enim ſæculis illuſtrarunt Eccleſiam, Patriam, Senatum, Caſtra, & Rempub. Polonam. Hinc non immeritò de illis ſcribebat.

Luna cruces intergeminas inſigne decorum,
Virtutis ſplendor, Religionis amans.
Luna docet virtutem in cælis vſque ſtetiſſe,
Crux duplex monſtrat, magna trophea Biali.

LINEA FAMILIÆ TRZASKA.

TRzaſkâ *miles ſtrenuus & glorioſus, cuius virtute Boleslaus Chabri obtinuerat de hoſtibus victoriam, & cui talia arma in inſigne nobilitatis Rex conceſſerat. Notabant ipſius poſteri Familiam ſuam à Biała bonis ſibi conceſſis & erectis. Morcha Comes de Biała* 1091. *Mſtygenus Comes de Biała, Anno*

ni∞o. *in literis certis ſubſcriptiones videntur. Et quia arma hæc nobilitatis Biała nuncupantur, tum quia ab ipſis bona prædicta fundata fuerant, tum quia longo tempore hæredes bonorum illorum erant, meritò ſub his armis Domini de Biała ponuntur. Lubiewá ſeu Domini de Lubiewá, qui ſicut ex primo milite & parente, cui talia arma conceſſa fuerant Trzaſcij nuncupabantur, ita a dignitate Abbatiali Lubiewá ſeu vt modò Lubienſka communiter dicitur, plurimi illorum qui Abbatum dicti loci conſanguinei fuerant, cognomen ſortiti ceu Abbatiæ illius confundatores erant. Armorum enim Trzaſka ſeu Biała & Lubiewá monaſterium prænominatum S. Benedicti vtitur. Habet* Dlugoſſ. *de illis. Gens in Polonia antiqua, militaris, libera, & iniuriarum vltiua.*

Glinkouij *in Viſnenſi & Rozanenſi Terra, alij in Palat. Ruſſiæ, &c. Nicolaus Glinká Caſtell. Viſcenſis, quem priuilegia referunt Anno* 1440. *antiquam Glinkorum Familiam nedum claram meritis & præmijs, ſed à primis armorum Trzaſká parentibus deſcendentem illuſtrat. Iacobus Glinká Præfectus Viſcenſis, cui in conſortio matrimoniali fuerat Catharina Działinſka, ſoror germana Srzenſcij à* Sakolouo, *cui erat filius Fælix Srzenſki Palat. Plocen. vixit circa annum* 1480, *Ioannes & Andreas Glinkouij germani fratres viri belicoſiſſimi pro Regno & Patria in bello Działdouienſi cum Crucigeris pugnando fortitudinis lauream ſanguine & morte condecorarunt. Anno* 1511. *Viſnenſis Terra Annæ Duciſſæ Maſouiæ conceſſa fuit. Hæc ab Archiep. Gneſnen. Ioanne Łaſki tutore D. Glinká redemit bona in* 20. *millibus.* Stricou. 724. *Nicolaus Glinká Caſtell. Viſcenſis, eius filia Anna erat conſors D. Wolſki in Podchayce hæredis Caſtellani Sendomirien. Nicolai Marſchalci Supremi Regni parentis, quæ demum Nepotem ſuum Iacobum Glinka Capitaneum in Podchayce conſtituerat, egregium tutorem contra hoſtes & Tartaros. Hinc domicilia ſua conſtituerat Glinká in Ruſſia contracto matrimonio cum Heduigi Strzyżowná Iudicis Terræ Halicienſis filia,* 1578. *Stanislaus Iacobi frater eximius miles & rerum nobilem ſpectantium optimus indagator, habuit filium Valentinum, qui ex Heduigi Ciemierzynſka ſorore Venatoris Podoliæ ſuſcepit filium Ioannem Venatorem Halicienſem. Extant plurimi de hac Familia viri illuſtres, qui ex Viſcenſi Terra ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. Adamus Glinká Iánczewſki Notarius Terræ Viſcenſis, Thomas & Paulus Glinká. Ex Terra verò Rozanenſi ſubſcripſerunt Iacobus Glinká Dapifer Rozanen. Stanislaus Pocillator Rozanen. Petrus, Adamus, Stanislaus Glinkouij.*

Siekliccij, *Iacobus Caſtell. Woynicien. Sereniſſimæ Virginis Reginulæ Eliſabethæ Curiæ Magiſter, cuius conſors erat Beata de Tenczyn, mortuus* 1512. *Epitaph. Craconiæ in Arce.*

Wylezynſcij *aliàs* Wylezienſcij. *Erat ex illis Abbas Lubinenſis Monaſterij Fratrum S. Benedicti in Maiori Polonia.*

Sokolowſcij *in Maſouia, ex quibus in Craconienſi Palat. conſtituerat ſibi domicilia Abraham, dum cum Oraczowſka armorum Srzeniáwá contraxerat matrimonium & reliquit progeniem moribus claram.* Wedro-

Wedrogówſcij *ſeu* Wedrogoſcij *in Rauenſi Palatinatu, antiqua & clara Familia tam literis quam meritis, Albertum virum grauem & prudentem Academia Cracouienſis ceu Doctorem & Profeſſorem memorat. Alij reperiuntur in Sendomirienſi Palat. alij in M.D. Lithu. ex quibus Adam militari inſignis optimo nomine profertur.*

Choynaccij *in Rauenſi, Poſnanienſi, & Podoliæ Palatinatibus, &c. Viri caſtris militaribus dediti, famæ celebri, & nomini æterno, conſulunt. Paulus Abbas Lubienenſis in Maiori Pol. Theophilus Iudex Rauenſis Terræ. Ioannes Exactor contributionum Regni Rauenſis in anno 1607. ſubſcripſerunt electionem Ser. Vlad. IV. ex Rauenſi Palat. Seuerinus, Florianus, Ioannes, Lucas, Adrianus, Albertus Choynaccij.*

Zimoßarſcij *in Ciechanouienſi Terra. Baltazar apud Sereniſſ. Regem Auguſtum Phyſicus & Aſtrologus fundatus.*

Dulſcij *in Radomſcenſi diſtrictu.*

Trzonkowſcij *in Pruſſiam ex Maſouia aliqui deſcenderunt.*

Segowſcij *ex quibus miles eximius in Aula Georgij Slucenſis Ducis fuerat.*

Rozbielſcij *in Nurenſi Terra, viri militia præclari, Petrus pro meritis habuit ſummam pecuniariam conceſſam. Conſtitutio Regni Anni 1589. Sebaſtianus & Albertus ex Terra Nureń. electionē Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſerūt.*

Tyskouij *in Lomzenſi Terra, antiqua & numeroſa progenies. Valentinus Tyßká, & Stanislaus electionem Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Chrzanowſcij *in Rauenſi Palat. ex his erat Abbas Lubicenſis, 1578.*

Golinſcij *in Rauenſi Palat. & in Ruſſia. Nicolaus de Golin Golinſki, vir militari dignitate clarus ad annum ætatis 66 curriculum vitæ deduxit, ſepultus Iazloueciæ in Eccleſia Ord. Præd. cui filij Andreas & Adalbertus parentarunt.*

Kleczkowſcij *in Lomzenſi Terra. Iacobus vir in literis & in Theologia inſignis, atq; moribus pius, qui in patria ſua Eccleſiam erexit, & fundauit.*

Swеykoiſcij *in Rauenſi Palat. Ioannes & Matthæus electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Niemicrowſcij *in Rauenſi Palat.*

Zakrzewſcij *ibidem. Venceslai eximij militis Epitaph. Leopoli in Eccleſ. Patrum Bernardinorum.*

Nartowſcij *ibidem.*

Roieccij *de Roice in Podlachia, & in diſtrictu Branſcen. ex quibus Matthias & Adamus ad Palatinatum Cracouienſem tranſierunt. Matthiæ filius erat Simon, qui poſt ſplendida exercitia nobilis ſtatum matrimonialem elegerat. Adami verò filij ex Rożycka armorum Doliwá, Chriſtophorus miles eximius qui fidelitatem patriæ ſanguine & morte, ad Toporeciam cum Dębinſki Rothmig. reddendo militaria obſequia, firmauit. Matthias & Ioannes, Epiſcopi Cracouień. Szyſkowſcij Aulici. Albertus miles, & continuus Illuſtriſſimo Campiductori Regni Potocki ad obſequia, & Aulicus.*

Popláwſcij *in Podlachia à bonis Popláwy & Spláwy cognominati, qui propriè Goluchowſcij ſunt. Qui vt inter Iacuingos viri bellicoſi, ita Regno ſubiecti militares & probi extiterunt; idcircò tam in ſago quàm in toga eximij. Stanislaus cognominatus Wyzgonowſki reliquit Paulum optimè merentem patriæ, vt potè qui ab Auguſto Rege obtinuerat pro benè meritis latifundia certa propè Bialewieże. Eius filius Matthias Archidiaconus Kiouienſis, tum Canonicus Luccorienſis & Opatouienſis, cuius ſoror Anſelmi Száblowſki armorum Boncá conſors. Petrus Popláwſki Canonicus Smolenſcenſis, Parochus Branſcenſis, & Thomas germanus ſuus itidem Smolenſceń. Canonicus. Martini Krzyc Popláwſki filius Stephanus manſit in Podolia Eraſmi filij manent in Volhynia Albertus & Lucas. Floriani verò filij manent in Palat. Sendomiriæ.*

Kotowſcij *in Rauenſi Palat:*

Biellcij *ibidem.*

Błaręiowſcij *ibidem.*

Sczuccij *ibidem.*

Podſiedkowſcij *ibidem.*

Michalowſcij.

Pielosouij, Chrzaſczewſcij. Paplenſcij.

Zabielſcij, *in Rozanenſi terra. Paulus & Ioannes electionem Sereniſſimi Regis Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Moydylon *Kuſſelowicz in vnione Ducatus M. Litu. ad regnum talia arma nobilitatis ſuſcepit in Comitijs Chrodlenſibus, vbi etiam vtuntur præſentibus deſcendentes ab eo.*


Patkowſcij *à Patki, Ioannem eximium militem in Tranſiluania & domi refert Epitaph. Conſtantinopoli in Eccleſia Prædicat. Obijt 1617.*

Iárzynij, *viri conſilio & Marte Patriam ſplendidè ornantes fulcientesq́ in Palatinatibus Crac. & Raueń. Horum parentes maioresq́ Comitum ae Bialla titulo honorati fuerant, primus eorum Ratiborius de Panigrod à Semouite primo Duce Maſouiæ, cuius erat Cancellarius cognominatus fuit Iárzyná, quod cognomen ad poſteros ab eo deſcendentes tranſijt, & hucusq́ ab eis retinetur. Huius Familiæ progenies fuit ſemper Principibus ſuis fidiſſima, in belliis fortiſſima, in conſilijs publicis & priuatis prudentiſſima. Ex hac progenie proceſſit Ioannes Iárzyná miles ſtrenuus, magnus ingenio, fortitudine, ob ſobrietatem ab Hiſtoricis commendatus, cui non alius liquor ad potum niſi aqua fuerat, & hinc ad differentiam ab aliis Iárzyniis cognominatus fuerat* Wodá. *Habet de illo* Bielſcius ſub Anno 1561. *quod Erneſtus Weier capto Chriſtophoro Duce Mekelburgenſi coadiutore Archiepiſcopatus Rigenſis in bello ad Reulum, quia a Rege Pol. benefactore ſuo Sigiſmundo Auguſto, qui eum talem coadiutorem fecerat cum ſpe ſucceſſionis ad Archiepiſcopatum ad Regem Succiæ defecerat, ad Sereniſſ. Regem tranſmiſit per prædictum nobilem Ioannem Iárzyná, cuius fidelitati Rex illum Ducem in Arce Raueń incluſum cuſtodiendum commendauit. Huius frater Leonardus Chriſtianiſſimi Galliarum Regis Henrici Aulicus, ob eximias eius virtutes omnibus & ipſi Regi charus, ideoq́ curæ ipſius & inſtructioni commendauerat filium ſuum Henricum, qui poſtea primum*

primùm Poloniæ, deinde Galliarum eius nominis IV. Rex fuerat, à quo idem Leonardus prouiſionem ad vitam conceſſam, eamq́ non exiguam habuit, & niſi contraria fata dictum Henricum IV. è viuis ſuſtuliſſent, magnis & ipſe & eius familia dit ita fuiſſet opibus, reliquit iſte Leonardus filios duos, Iacobum & Samuelem. Petrus *Iárzynd vſq́ ad vltimam ſenectam debitum Patriæ amorem & obſequium reddidit, nam dum tribus Regibus Sereniſſimis Augusto, Henrico, & Stephano, vná cum ſuo fratre militarem declaraſſet fortitudinem, iam ſenex ad Sokalium arcem, in qua præſidij rem Moſchus firmauerat, victoriæ occaſionem aperuit, vt clarè deſcribendo bellum* Paproc. in 2. editione folio 124. edocuit ad Annum 1579. *has ille omnes expeditiones proprio ſumptu peregit. Alter Petrus Iárzyná Ioannis Subdapiferi Regni filius Sereniſſ. Regis Stephani Aulicus, poſtmodum ſub felici regimine Sereniſſ. Sigiſmundi III. Regis Pol. Rothmagiſter, poſtea Exactor Contributionum Regni in Palatinatu Rauen. prout Conſtitutio Regni 1603. refert, vltimo Succamerar. Rauen. Anno 1611. vir prudentia & animi magnitudine clariſſimus, ad Comitia Regni ſæpè nuncius Terreſtris, ac Iudiciorum Tribunalitiorum Regni crebro Iudex deputatus fuit, eius frater Ioannes vir militaris, iudicio atq́ dexteritate pollens in multis expeditionibus, ſed præſertim cum Laſcio in Moldauia Rothmag. fortitudinem ſuam probauit, vterq́ illorum numeroſam prolem reliquerunt, eamq́ ad Reipub. ſeruitia, & rem militarem à iuuentute applicauerunt. Maximilianus Iárzyná Michaelis Iárzyná, viri eruditione & prudentia clari, ac in multis expeditionibus præſertim ad Moſchouiam Duce Leſnieuolſcio militis ſtrenui filius, Iuris patrij intelligentiſſimus, maturitate quadam iudicij ita excelluit, vt eo nomine à cunctis æſtimaretur, multiq́ Proceres Regni illius potiſſimum conſilijs niterentur, ob idq́ multoties in Nuntium ad Comitia Generalia Regni electus, multoties ad Iudicia Tribunalitia Regni Iudex Deputatus fuit, in quibus etiam aliquando Marſchalci Officium ſumma cum laude tenuit, propter Iuriſperitiam multas dignitates in Regno obtinuerat, primùm Iudex Terreſtris Sochacouien. deinde ſimul cum illo officio etiam Viceeapitaneus ac Iudex Caſtren. Cracouien. poſtmodum in Palatinatu Cracouien. in quo domicilia ſibi delegerat ab omnibus illius Palatinatus Proceribus vnanimiter electus in Notarium Terreſtrem Cracouien. officio Iudicis Sochacouien. dimiſſo retinuit officium prædictum Notarij ſimul cum Viceeapitaneatu ſub tempus Illuſtriſſimi Stanislai Lubomirſki Capitanei Cracouien. apud quem ille fuit in ſumma veneratione. Celebrauit primo Sacramentum matrimonij cum Zawadzka filia Zawadzki Notarij Terreſtris Siradien. cui Notario ille propter eius indolem & animi dotes fuit maximè charus, qua ſine vlla prole relicta iterum ſibi in conſortium matrimonij adiunxit Sophiam Koſſycka moribus lectiſsimam animi prudentia, matrimoniali pudicitia, & ſingulari quadam pietatis ſtudio præſtantem feminam, cui cum illa benedicat Dominus vt det illis prolem pro ſplendore & decore familiæ. Huic erat frater germanus Matthæus quem idem*

lianus frater natu maior in locum ſuum in exercitu Regni ſub vexillum olim Illuſtriſſ. Ducis Coreceń. Caroli ſubſtituerat, atq; ſuis ſumptibus fouebat, qui vltra decem annos ſe ſemper contra hoſtes Chriſtiani nominis, virum fortem & militem ſtrenuum gerens, tandem ad Cecoram pro nomine Chriſti & Patria pugnando glorioſè occubuit. Non deterruit glorioſi huius militis mors alios eius familiæ generoſos viros à ſeruitio militari & defenſione Patriæ, nam quatuordecem eius gentis adoleſcentes nomina ſua contra immaniſſimum Imperatorem Turcarum Oſmanum dederant, atq; ſtrenuè ac fortiter contra ipſum pugnauerant. Inter hos fuerant Petrus, Ioannes, Chriſoſtomus, Andreas, & Vladiſlaus, filij Petri Succamerarij Raueń. & Ioannes, Alexander, Staniſlaus & Samuel filij dicti olim Ioannis Iarzyna, tum Leonardus & Paulus Samuelis, tum duo Iacobi Iarzyna in Wola Roſſkowa hæredis & vnus alterius Iacobi in Samborza hæredis filij. Electionem Sereniſſ. Vladiſlai IV. Regis ex Palatinatu Crac. ſubſcripſit dictus Maximilanus Iarzyna, quam etiam ex Palatinatu Rauen: ſubſcripſerunt Chryſoſtomus Andreas & Ratiborius Iarzynij.

TWARDOST.



DELINEATIO.

EST cor hominis, quaſi appenſum ſtrangulis carneis duabus, intra quod eſt tabula Schaccorum diſtincta campis albis & nigris, in campo ſanguineo.

ORIGO.

Militi ſic dicto, quod acriter durèque ceu inuictus ab hoſte, irrumpebat in hoſtem conceſſa. Teſtatur hoc rubens campus, teſtatur & inuicti cordis teſſera. Cor enim vt primum viuens & vltimum eſt moriens, ita primum vincens, & vltimo triumphans.

COR INSCRVTABILE.

Dicebat Plautus de Corde: *Cor facit hiſtrioniam.* Quæ velim ratio? Hiſtrionia eſt ars ludionum qui in ſcenis perſonati varijs geſticulationibus fabulas agunt. Quid ergo hiſtrionia ad cor habet? Exultantem & affectu bono geſtientem cor expreſsit Plautus, feſtiuo enim motu exilit lætatum cor. In hunc enim modum Æſchylus inter Græcos dicebat: *Saltat cor metu.* Simile quid in armis, dum Schaccorum tabulam ferunt, ſed alia nos ratione inſcrutabile cor dicemus. Tùm quia in Symbolis Iul. Guil. Zingratij ad cor appoſitum lemma conſpicio: *Fundum non habet.* Iam ſuppo-

ſita

ſita hac veritate inſcrutabile erit, cor enim aliquando amat ſine modo, odit ſine modo. Tùm quia cor apud Leonidam inuentum erat piloſum, apud alios ſummè ardens, ita quod etiam frigido veneno perfuſum arderet, *vt inquit Ferus in ſuis Symbolis*: alijs Leoninum, alijs alatum cor video, ſicut *Petraſanta in Teſſeris* Nobiles in Britania talia arma deferre affirmat, vnde meritò cor inſcrutabile dicam. Præcipuè verò dum arma Twárdoſt contemplor, quæ cor, ſanguinem, campos victorum & vincentium deferunt, inſcrutabile cor Præſidis in bello ominabor. Et ſi facies eſt ſpeculum mentis, & taciti oculi cordis fatentur arcana, & optimus ſermo bonæ cogitationis eſt fructus: me hercule talia in bello acquiſita arma ludum militarem, campum triumphatoris, audaciam prudentem bellantis exprimunt & præſagunt, vt ſicut cor pretioſum ſeruat theſaurum, ita hæc arma magnum demonſtrant Reipub. bellatorem. Quapropter optimis defenſoribus Patriæ & Rothmagiſtris, obſeruandum venit D. Bernardi iudicium Epiſt. 86. *Stude prodeſſe quibus præs, nec præeſſe refuge dum prodeſſe potes, quia væ tibi ſi præs & non prodes; ſed væ grauius, ſi quia præeſſe metuis prodeſſe refugis.* Sed primitus iſtæ laudes vobis Twárdoſtij conueniunt, quia in corde magis tuta & ſecurior vita hominis ſeruatur, & ceu manus oris vigilanter cuſtodit hominem & defendit.

His armis qui in Regno nunc vtuntur ſcire non potui.

T R I V M F.



DELINEATIO & ORIGO.

IN ſcuto per medium ſecto, ſupernè in campo rubeo ponitur crux, infernè verò poſt campum latum ſunt campi quinque ex leua in dextram, duo coloris nigri, tres albi vel rubei coloris. Introducta fuerunt prædicta arma in Regnum anno 1606. ex Italia per Archiepiſcopũ Gneſnenſem Hippolytum Romanum, ſicut habet *Bielſcius folio* 60.

TVNICA TRIVMPHALIS.


QVam ſecum ferunt differentiam virtus & vitium, eadem ferunt tunica moleſta & triumphalis. Quocirca ſicut illa horrenda eſt eoq; vitanda, ita hæc delectabilis & amplectenda. De moleſta tunica *inquit Martialis lib.*4. *epig.*42. Nec ſcombris tunicas dabis moleſtas. & *Iuuenal. Satyr.*8. Liceat tunica punire moleſta. Erat enim tunica igneis illita fomentis qua damnati induceban-

induebantur, eaq; incenſa ad palum deligati admotis facibus adurebantur. *Hinc Seneca ad Lucil.* Cogita hoc loco illam tunicam alimentis ignium & illitam & contextam. Erat tunica nec ſcombris danda. Tunica verò triumphalis, quam dabant Romani Prætoribus triumphantibus. Cùm enim in curru triumphali & deaurato quatuor equis candidis deducere in triumpho aliquem iudicarunt, eundem veſte & tunica triumphali adornabant, quæ erat exuuiæ deorum, ſeu Iouis Maximi ornatus. *vt habet Liuius lib.*10. Arma præſentia quæ ob crucem, ſanguinem, & albos campos Triumphus à me vocata ſunt, meritò tunicam triumphalem vocitabo, nam & Romanorum Familiæ in eo reſplendent, & qui ea inuexit in Regnum, Archiepiſcopali dignitate & Infula Gneſnenſi condecoratus fuerat. Qui cum triumphali hac veſte vitam quoq; triumphalem deduxit. Hinc Ianicius de illo:

Moribus Hippolytus fuerat, niſi nomen haberet
Hippolyti, raræ fama pudicitiæ.
Roma parens illi, veneranda modeſtia nutrix
Cura, ſalus ſtabuli, commoditasq; ſui.

T R Z Y W D A R.

Hoc eſt TRIA IN DONVM.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt tres cruces inuicem baſibus iunctæ, duæ cruces integræ, tertia media. Has circumdant ſtellæ tres. Vna ſtella eſt inter duas cruces ad ſummitatem illarum, duæ verò ſtellæ ad mediam crucem ab vtraq; parte. Cruces coloris candidi, ſtellæ aurei, campus ſanguineus. Super coronam ſunt tres pennæ Strutij. Arma ergo *Trzywdar* dicta fuêre, quia tres cruces, tres ſtellas, tres pennas ſtrutionis, parens armorum præſentium in præmium meritorum militarium à Duce Maſouiæ obtinuerat. Conceſſa verò fuêre militi Nobili de Armis Brodzic, cuius ardor in Deum, amor in Ducem, obſequium in Patriam, vigilantia in caſtris, audacia in hoſtem, prudens ratio in bello, additionem ad arma & quaſi nouorum armorum conſecutionem, talia ſibi à Principe promeruerunt nobilitatis inſignia. Viſnenſis namq; terra Ducum Maſouiæ bona nedum clementia Regis Sigiſmundi I. *vt Cromer. habet ſub*

Anno

Anno 1511. ſed ante innumerabilibus temporibus fuerat, atq; ibidē hæc Familia merita ab antiquo collegit & præmia meruit. Retulerat igitur in æuiternam memoriam ſibi ſuæq; poſteritati prædicta gentilitia, dum ſplendenti nocte in hoſtem inrueret, & indefeſſam multitudinem Pruſsicam Paganorum, modica Chriſtianorum manu feliciter inuaderet, feliciùs vinceret.

TRIPLEX SACRAMENTVM FIDELITATIS.

QVæſiuit Ariſtoteles de monſtris in ſuis problematibus. Vtrum ſit vnus homo vel duo, & reſpondet: Reſpiciendum eſt ad cor, vnde quando ſunt duo corda, ſunt duo homines. Ita triplex Sacramentum fidelitatis declarabit in his armis Cor. Habebat enim parens horum armorum fidelitatem in Deum, Ducem & Patriam, ſed debito gradu & recto ordine, quem ſcilicet fides in Deum, fidelitas in Ducem & Patriam requirebat ab illo. Concertabant quondam Plato & Ariſtoteles de anima hominis, an ſit indiuiſibilis vel diuiſibilis? Plato aſſerebat diuiſibilem eſſe ſubiecto, Ariſtoteles verò diuiſibilem ipſa virtute. Erat profectò Parens prædictorum armorum indiuiſibilis ſubiecto & virtute, nam omne & totum conſecrabat Deo, omne & totum offerebat Duci, omne & totum Patriæ, ſed principaliùs hæc Deo, tùm conſequenter Principi & Patriæ, quibus ſcilicet reddi æquiualens non poteſt. Poſuit Treterus in Symbolica vitæ Chriſti meditatione triangulum ſuper incudem fabrilem ad malleum ingentem, & ſubſcripſit: *Non læditur.* Mehercule, vbi hæc triplex fidelitas reperitur in milite, nullus reſpectus iniquus, nulla manus violenta, nulla maligna cogitatio impetum facient in merita, famam, roburque ipſius. Tradunt enim de cupreſſo, quod blattas & tineas non ſuſtineant, hinc veteribus ex cupreſſo perpetuitates fuerant. Talis eſt miles & fælix denique triumphator, qui triplici hac fidelitate munitus, in templo, aula, & in caſtris militaribus conſtitit, nullo ille eget fulcro & blantis, firmiter ſtabit vbique per propriam virtutem; vnde D. Auguſtinus talem expoſtulabat Chriſtianum dicens: *Opus eſt ergò vt ſibi homo quotidiano actu prouideat & procuret conſumationem, opus eſt vt tota vita noſtra talis ſit in conuerſatione, vt liberi mereantur eſſe in fine, inceſſabiliter diem tranſitus noſtri & tempus iudicij cogitantes.* Erat in Familia horum armorum innata fides in Deum, & fidelitas in Principem & Patriam, ſi Vinenſem Terram ſpeculabimur, tales enim fuerant Iambrzycorum gens, talis Rákowſciorum progenies, talis Moczárſciorum Familia, quæ omnia legationes, caſtra, Senatus, & iudicia commonſtrare non faſtidiunt. Speculetur igitur relicta poſteritas maiorum merita, conſideret tàm illuſtria lucentiaque arma & virtutibus maiorum atque meritis propria non denegent. Sunt enim arma nobilitatis veſtræ, quidam lapis Triophthalmos dictus, qui tres oculos habet commixtos & vna luce fulgentes, de quo Greg. Nazianzenus in Odis ait: *Lumen vnum triplici face collucens.* Ita ſunt hæc arma tres ſtellæ, tres cruces, tres pennæ Struthij.

Lumen vnum triplice face fulgens Familiæ veſtræ, vt in Senatu, caſtris & Patria lucere, atque poſteritati lumine præire valeatis.

LINEA FAMILIÆ TRZYWDARORVM.

IAmbrzycouij, *antiqua & meritis clara Familia in Maſouia, quam moderni Scriptores Iambrzycouiam fortè vocarunt.*

Rákowſcij *de Rákowo, in Boginie & Czachy hæredes in Wiznenſi Terra. Vera hæc Iambrzycorum propago à bonis in Wizneń. Terra nouum accepit cognomen, quæ ſicut ingenio, educatione, literis, peritia linguarum fuerat clara, ita diuerſis honoribus & præmijs accumulata adornataq; extitit. Stanislaus Rákowſki in Boginie, (vt modernorum progeniem attingamus) poſt iuuenilem virtutibus & literis ornatam, caſtra militaria exemplo maiorum amplexus, nomen gloriamqué illuſtrauit, ſacro vinculo cum Drozdowſka inito reliquit Ioannem Sereniſſ. Regis Auguſti Aulicum, Pocillatorem Regium, ſicut in ſubſcriptione vnionis M. D. Lith. Lublini apparet, & ex Pocillatore Wiznenſem Capitaneum, hic reliquit Matthiam parentem Gaſparis, (cuius filius ex Komorowſka Iacobus) vt in Eccleſia Drozdouienſi apparet, & Nicolai Vexilliferi Wiznenſis. Ioannes filius Ioannis Capit. Wiznenſis, vir morum grauitate & iudicio conſpicuus, tenuit matrimonium cum Dorothea filia Petri Oborſki Oeconomi Trocenſis, Semilſceń. Moiliſceń. Kiernicíouień. Capitanei, vt ipſius demonſtrat Epitaphium in Capella Wiznenſi ab illo erecta & fundata, ſuſcepit ex illa Albertum Caſtellanum & Oeconomum Wizneń. Præfectum Vcianeń. Ioannem Succamerar. Wiznenſem, quem ſibi tota illa nobilitas elegerat in Surrogatorem ſub tempus Interregni poſt Sereniſſ. Regem Stephanum,* vt habet Conſtitutio Regni Anni 158?. folio 54. *& Nicolaum Societati IESV adſcriptum. Filij Caſtellani Wiznenſis erant ex Sophia Pacowná, Ioannes, Albertus, qui in exteris nationibus dum abundè literas fortitudinem, prudentiam, & virtutem collegiſſet, ad alta in Patria dignum ſeſe præſtitit. Quapropter à Sigiſmundo III. poſt legationem in Angliam peractam, magnus titulis & Senatu reſplenduit, ſicut clarius ipſius Epitaphium in arce Wilnenſi, vbi ſex ſacerdotes in perpetuum fundauit edocet.*

D. O. M.

Ioanni à Boginie Rákowski Palat. Witepſcenſi, Mſcibouienſi, Ialouienſi Capitaneo, viro ſolidæ virtutis conſpicuo, & ſi hæroicam ſpectes indolem eximiæ nato, ſi rectam ab adoleſcentia inſtitutionem feliciter educato, integritate, comitate, candore, conſtantia, magnanimitate, liberalitate ſplendido, domi foriſque cultiſsimo, ſolerti primùm M. D. Lit. Ærarij Curiæ Præfecto, mox à Sereniſſ. Sigiſmundo III. in Angliam Oratori, non magis in exteris oris legatione quàm laude ſpectatiſsimo, ex Palatinatu Breſteń. ad Vitepſcenſem prouecto. Fama premi neſcia eluctare. Obijt 1639. Ætat. 45. tenuit Sacramentum matrimonij cum Anna Marcibella de ſtirpe Gediminia Koreccia, ſed ſine prole deceſsit.

Ioannes

Ioannes verò Succamerarij Wiznenſis Alberti Caſtell. frater, tres filios reliquit, ſed omnes Sacræ militiæ adſcriptos, Stanislaum Præpoſitum Pultouien. Cuſtodem Kleccenſem, Canonicum Plocenſem. S. R. M. Secret. & Sereniſſ. Caroli Ferdinandi Epiſcopi Plocen. & Wratislauien. Cancellarium, Ioannem Decanum Lomzenſem, Canonicum Camenecenſem, & Dominicum Sacro Ordini Prædic. adſcriptum, S. Theol. Lectorem. Obſeruandum poſteritati quod illis quidam in Calendario Anni 1590. *præcabatur & optabat.*

Fide Deo, venerare Crucem Generoſe Rakoui,
Illa tibi pandet ſydera ad alta modum.


Wyſzynſcij *in Wiznenſi Terra, qui vſq; modo Ialbricos ſeſe appellant. Andreas Iálbrzyk Wyſsynſki Tribunus Drohicenſis, pacta conuenta cum electo Sereniſſ. Sigiſmundo III. ſubſcripſit.* Conſtitutio Regni Anni 1588. fol: 18. *Ioannes Iálbrzyk Wyſsynſki Vexillifer Belzenſis,* de quo Ianuſouius in Statuto fol: 361. *Nicodemus Iálbrzyk Wyſsynſki, Exactor in Podlachia* 1589.

Moczárſcij *in Wiſnenſi Terra, Nicolaus Moczárſki ſtrenuus miles inde Rothmagiſter & Tribunus militum, multis expeditionibus Patriæ clarus, à Koſacis demum rebellibus ad Kumeyki in pede transfixus globo pedetentim debilitatis viribus obijt Lublini, ſepultus ibidem in Eccleſia Patrum Diſcalceatorum. Ioannes Iudex Terræ Wiſnenſis, cum altero Ioanne electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*

Iedwabinſcij *ibidem. Stanislaus ex Wiznenſi Terra, electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Burzynſcij, *Ioannem refert* in Statuto Ianuſouius fol: 118. *Ioſephus miles ſtrenuus, vt Epitaphium Leopol. in Eccleſia Bernardinorum.*

TRZY BVŁAWY.



DELINEATIO & ORIGO.

IN campo cæleſtino eſt campus medius, per diametrum incipiendo à leua in dextrum coloris albi, ſuper quem ponuntur tria lilia quemadmodum Gozdauarum, talem campum circumdant clauæ militares tres aureæ, duæ deſuper, & vna ab infra. Ex Regno Hungariæ illata in Regnum cum Batoreis & Sereniſſ. Rege Stephano, vbi acquiſita fuerunt pro ſtrenuis actibus in bello, quod nedum commiſſum feliciter promouerunt, ſed fortiter etiam proſecuti ſunt. Loquuntur hæc tàm præciſæ clauæ, & tàm odorifera lilia in campo hoſtili.

Nec minoribus meritis illuſtrarunt in Regno Familiam, dum operam ſub tanto triumphatore obſeruarunt caſtrenſem. Dicam laboribus pro noua Patria feſsi, vitam immortalitati donarunt.

VICTOR LAVDABILIS.

PRæſcripſit me hercule non modici victoris ſchemma bellicoſiſsimus Lacedæmoniorum Agis Rex dicendo ad milites: *Non oportet percuntari quot ſint hoſtes, ſed vbi ſint.* Agnoſcebat nimirum parum referre quãta ſit hoſtium copia, ſed plurimùm referre quo animo, qua virtute, qua ſcientia arma capeſſant. Quocirca Tigranes Rex Armeniorum, dùm inſultaret Lucilio Romanorum Duci, quod contra tendentem cum centum quinquaginta millibus, cum decem millibus armatorum, & mille equitibus ſolùm occurriſſet, diceretque: *Si eſtis milites, perpauci: ſi legati, permulti.* Verùm conſerto prælio didicit Tigranes, non multitudine ſed virtute ſperandam victoriam; nam abiecto diademate regali, ne agnitus ab hoſtibus caperetur, vix ſaluti conſuluit. Arma præſentia conſideranda tres clauas caſtrenſium Ducum, & tria candentia lilia magnos fuiſſe quondam triumphatores, & laudatiſsimos victores parentes prædictorum armorum; tres clauæ bellicæ, animum, virtutem, & ſcientiam bellatoris expreſſerunt, tria verò lilia candorem animi in Patriam, Regem, & Familiam præſeferunt. Aliud ſchemma laudabilis victoris Alphonſus Rex: *Si* (inquit) *victor conſeruauit ciues, ſunt namq; victores qui vincunt, ſed cum magno exterminio ciuium, ſunt verò alij qui paruo cum ſanguine ſuorum triumphant, illi vt paucis ſunt laudandi, ita iſti pluribus extollendi.* Hinc ſapiens Pittacus: *Non dicenda eſt victoria, quæ Regnum incolis, & Rempub. ciuibus exinaniret.* Quocirca etiam Pyrrhus Epirotarum Rex bis prælio debellatis Romanis, ſed deſideratis pluribus ſuis ſocijs, amicis & Ducibus, dicebat poſt victoriam: *Si vno adhuc prælio Romanos vicerimus, actum eſſet de nobis.* Magis enim poſt victoriam calamitatem ſuam ſenſit quàm victoriam. Placuit igitur Alphonſus Rex, qui poſt diutinum prælium dùm victor redibat, *Non eſt paſſus triumphum præire captiuos* (dicens) *ob ciues ſeruatos magis, quàm ob cæſos triumphandum eſſe.* Dictum volitet per ora militum & victorum Sigiſmundi Imperatoris: *Satis vicit qui hoſtes fugauit.* Sed afferam certiſsimum victoriæ omni laude celebris ſpecimen ex Clodeuco Gallorum Rege, contra Alaricum Gotthorum Regem pugnantem, miſit ille vota per nuntios in Turones ad S. Martini fanum, vt ingreſsi Eccleſiam veſperarum tempore, audiunt Sacerdotes cantantes: *Tu Domine ad prælium me accinxiſti*, captato omine hoſtem inuaſit, pepulit, deuicit. *Egnatius lib*: 1. *cap:* 4. Ramirus quoque Hiſpaniarum Rex aduerſus Saracenos, S. Iacobum inuocauit, & conſpectus eſt S. Apoſtolus cum albo vexillo Chriſtianorum aciem antecedere. *Fulgoſ. lib: 1 cap. 6.* Pugnando etiam S. Germanus Epiſcopus contra Pelagianos, Deum ante oculos præpo-

ſuit

ſuit & intonuit *Alleluia*, & ita de Britanis ſpecioſam victoriam retulit. *Hiſt. Eccl. Heldio.* Hanc rationem veteres Sarmatæ obſeruabant, dùm ante congreſſum conſcientia purgata, B. V. cantilenam quam S. Adalbertus Archiep. Gneſnenſis populis inſinuauerat præcinebant. Hanc Ruſſorum Duces conſuetudinem etiam reuerenter tenebant, dùm imaginem B. V. Mariæ ante exercitum deferebant, ex quibus à Leone Duce Leopoli icon conſeruatur apud Prædicatores, & quicunq; hunc decenti conſeruarunt honore modum, nunquam de pugna recedebant, niſi victoris cum palma & triumphatoris laude. Ergò poſteritas armorum ſummumque reputat nobilis in campis decus, eandem proſequatur palæſtram, & victores triumphabunt.

Extat Familia DD. Kárbothorum de Málęcin, quæ his armis vtitur, ex quibus Notarius Caſtren. Nouæciuitatis Korczyn fuit, eius filius Hieronymus eximius miles, & alius Ioannes Camerarius Granicien. vt in Epitaphiis apparet in Eccleſia Patrum Franciſcanorum in Korczyn. Martianus Kárboth ex Palatinatu Sendomirienſi electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſit, tenent in linea materna cum Batoriis conſanguinitatem.

TRZYRADŁ.
Hoc eſt TRIPLEX DENTALE.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt tria ferra aratrum antecedentia, quod dentale Columella appellauit dicens: *Exiguis vomeribus & dentalibus terram ſubigere.* Alij vomeres minores vocant, qualis formæ in M. D. Lit. & circumcirca ibidem reperiuntur, quapropter leuiores vomeres magis exprimit figura armorum quàm dentales. Diſponuntur verò duplici ordine, duo dentales ſeu vomeres ponuntur in recta linea mediante ſpatio penes ſe inuicem, tertius verò ponitur ſub eiſdem quaſi medius, demiſsior tamen, campus cæleſtinus, vomeres ferrei, galea adornatur pennis Struthionis tribus. Origo in Magno D. Lit. & in Liuonia, vbi ſcilicet bella fouebant Lituani cum hoſtibus viro ibi militari ab agro retracto primùm conceſſa fuêre, ipſa delineatio armorum indicat. Euulſis enim agreſtibus moribus, affectibus, natura, & in fortitudinem, comitatem, audaciam, & militarem expe-

rientiam in caſtris deductis, apud Ducem amorem ſibi conciliauit, & hæc inſignia cum nobili titulo recepit, commendat namque optimum militem, qui non apprehendit iter arduum, hoſtem magnum, periculum vitæ, ſed tenet pro honore ſummo, ſi primo cum hoſte experiri demandatum à Duce fuerit. Echo boni militis.

Viuimus ærumnis, curarum viuimus æſtu,
Quam lux vitalis traditur orbe diu.
Et labor & dolor eſt terrarum valle perennis,
In cælis requies, lætitiaq; bona.


CORONA LABORIS.

SCitè Horatius: *Nil ſine magno vita labore dedit mortalibus.* Commentator in primum Metheororum ſcribendo dicit: *In aëre ſunt duo loca, vnus eorum eſt ſuperior, in quo ſiunt cometæ & flammæ, alius inferior in quo duo ſunt loca, in primo ſunt pluuia, nix & grando, in ſecundo & inferiori ros & pruina.* Ita quoque Omnipotens rerum artifex diſpoſuit orbem cum hominibus: Sunt ſupremi hominum, Imperatores, Reges, Principes, orbis, ceu cometæ & flammæ lucentes; ſunt Senatores poſtmodum, & primi Imperatorum Regum & Principum miniſtri, ceu pluuiæ & niues fecundantes & frugificantes in Regno & Repub. Sunt denique nobiles conditionis inferioris ratione ſtatus licet non generis, qui de bonis Regni lætantur, illudque adornant virtute, de malis verò triſtantur, atque eadem repellere cogitant, & ſunt ceu ros Patriæ, eſt quoque laborioſa gens quæ aliquid videtur eſſe vt æſtiualis pruina, & ita non nil ſunt niſi labor, quo viuere, ſurgere, progredi & nobilitari ipſis quandoque licet. Magnis igitur genere conueniunt Aquilæ & leones, ſceptra, alijs gladij, ſecures, haſtæ, lilia, ſtellæ, ſagittæ: vltimis verò aratra, anſæ, vomeres, vt quibus erat labor, eiſdem quoque aſsignetur corona. Cùm ergò arma præſentia intueor, premium pro grandi merito oculis propono, meruit enim non nudo opere ſed caſtrenſi, non ſudore ſed ſanguine, non otio ſed vigilia in hoſtem Patriæque hoſtem. Antiquitas Romana his qui rem laudabilem, honoriſque ſpeciem referentem perfecerint, in præmiũ monilia de auro puro, & prætioſiora illi proferebant de theſauro ad manus deornandas, *ait Pier. Valer. lib:* 40. Eodem propè medio corona laboris præmiata fuit à Ducibus Pomeraniæ, atque M. D. Lit. qui parenti horum armorum vomeres leuiores, ante prouiſionis victus inſtrumenta, & occupationes ſibi ſalutares, in nobilitatis inſignia conuerterunt, conuerſaque euiternè ſibi atque ſuæ poſteritati contulerunt. Viuite igitur Deo proni, Patriæ ſalutares, caſtris viuidi, amicis grati, omnibus exemplo virtutis.

His gentilicijs vtuntur Wilczewſcij, ex quibus erat Iudex Tribunalitius Anno 1643. *Hector Wilczewſki Iudex Terræ Marieburgenſis. Andreas Wilczewſki ex Palat Marieburg. electionem Nuntius ſubſcripſit Sereniſſ. Regis Vladislai IV.*

TRZY

TRZY GWIAZDY w Mieśiącu.



DELINEATIO & ORIGO.

EST Luna decreſcens coloris albi in campo cerulino, cuius cornua & medium lucentes ſtellæ adornant, Acquiſita in terra Kuſſabiæ à Ducibus, quod miles nocte ad auroram hoſtem inuaſerit, fueritq; occaſio fortunatæ de hoſtibus victoriæ.

ADORATA LVNA

ANtiqui reddebant Lunæ nouæ honorem & adorationem, quod nunc quoque Papani, Turcæ, & Tartari faciunt. De adoratione antiqua habet Horatius lib. 3. Oda 25.


Cælo ſupinas ſi tuleris manus
Naſcente luna ruſtica pſidile.
Si thure placaris & horna
Fruge Lares auidaque porca.

Vnde Ægiptij quoq; figurabant Cynophalum ſtantem, vt lunæ ortum ſignificarent. Quod etiam in nummis *Imperat. Cæſ. Tra. Adr. Aug. patebit*, quibus Vota Pub: reddebat: ſtabat populus adorans lunam orientem. At Chriſtianorum mos nullum reddere creaturis honorem, ſed ipſi Creatori. Victor & triumphator armorum præſentium primus, ceu nominis Chriſtiani vir, licet nocte & decreſcente luna victoriam detulerit, gratias Deo, lunæ, & ſtellarum factori reddere Comilitones admonuit, qui cùm illis lucente luna & ſtellis pugnauit. Vincentius Gonzaga Lunæ appoſuerat in Symbolo literas tres *SIC.* Intentum ipſius exponebant *Sic illuſtrior euadam.* Ita profecto parens prædictorum armorum ſic illuſtrior euaſit, dum retulit victoriæ ſuæ laudes, non lunæ lucenti, nec ſtellis ſplendentibus, licet illa ad Victoriam quoque conducebant victori, ſed ipſi rerum Creatori & Domino Trino & vno, quem tribus ſtellis & vnica repræſentabat luna. Sic omnia cædunt

Iuſtitiæ & neſcit ſepeliri in puluere Virtus.

Vtuntur præſentibus armis Mſciſzewſcij in Kaſubia ſicut adnotabat Paprocius in ſecundo opere ad finem Gentilitij Sáß.

TRZY RZEKI.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt flumina tria in ſcuto ouali, quæ quatuor conſtituunt mediantes campos, in campo ſupremo eſt ſtella ſplendidè lucens, Campi rubent, aquæ albeſcunt, ornant arma pennæ Strutij. Exprimunt verò ardorem in milite validum in hoſtes tendentem, cui nec nox, nec flumina obfuerunt, & quia cum Armis Korczak, in Regno Hungariæ à Rege duorum Regnorum ſtabilito, habent quandam conuenientiam, ibidem acquiſita & conceſſa à Rege Pol. & Hungariæ fuerunt.

VLTIMA PERFECTIO NOBILIS.

PErfectionem hominis vltimam ſtatuebat Commentator, in Prologo libro Phyſicorum in ſpeculatiua ſcientia dicens: *Vltima perfectio hominis eſt, vt ſit perfectus per ſcientias ſpeculatiuas, & hæc eſt ſibi vltima fælicitas & ſempiterna vita.* Sed ſi in ſola ſpeculatione naturali ſtatuebat finem, errauit. Eſt quidem vltima fælicitas hominis & ſempiterna vita inſpeculatione altiſsimæ cauſæ, ſed faciei ad faciem dum videbimus eum ſicuti eſt, ſed hoc requirit ſcientiam reuelationis, quæ omnem ſuperat exceditq; naturalem hominis facultatem. Nam ſi oculus noctuæ nullus eſt ad lumen ſolis, multò minùs intellectus hominis, ad videndum Deum immixtus corpori facultatis habebit, ſed quicquid ſit perfectio hominis, etiam Chriſtiani hominis, nobis ad præſens vltima perfectio nobilis hominis requirenda manet. Moralem perfectionem Lucius Ann: Seneca libro de Moribus hanc reliquit: *Fugienda ſunt omnibus modis, & abſcindenda igne & ferro, totoq; artificio ſeparanda, languor à corpore, imperitia ab animo, luxuria à mente, ſeditio à ciuitate, à domo diſcordia, à cunctis rebus intemperantia,* Aſsignauit aliam D. Bernard. in ſententijs: *Deſcendamus per viam humilitatis, ponaturq; nobis primus gradus eius & profectus, Nolle dominari. 2. Velle ſubijci 3. illatas contumelias & iniurias æquanimiter pati.* Sed placuit magis D. Hieronymi intentum vltimam vitæ diem præuidere: *Indicaturo Domino lugubre mundus immugiet.* Adducetur cum ſuis ſtultus Plato diſcipulis, Ariſtotelis argumenta non proderunt:

proderunt: *Tunc tu ruſticanus & pauper exultabis, & videbis & dices: Ecce crucifixus Deus meus, ecce Iudex qui obuolutus pannis vagijt.* Ad idem Guerr. ſer. 3. de Aduentu: *Dies noſter vltimus certiſſimum eſt nobis quòd veniet, incertiſſimum eſt quando, vel vbi, vel vnde nobis adueniat: niſi quod ſenibus eſt in ianuis quod iuuenibus eſt in inſidijs.* Collige igitur ex armis præſentibus, qui tria hæc flumina mundi ſecurè tranſierit, nimirum non peccabit contra ſe, Deum, & proximum; videbit lumen anima eius in morte. Hinc Seneca: *Bonus vir ille eſt, qui eò perduxit affectum & animum, vt non tantùm peccare non velit, ſed etiam non poſſit.*

Præſentibus armis nobilitatis vtuntur DD. Kondrzewſcij in Maiori Polonia in Palatinatu præcipuè Poſnanienſi, viri in militari arte contra hoſtes Patriæ, pietate in Deum & inopes clari, ex quibus Andreas pro Fide Catholica zeloſiſſimus, hæreticorum malleus in ſalutem tamen illorum, multi enim ex eius perſuaſionibus atq; ſana doctrina, relictis erroribus, abiurata hæreſi, ad gremium S. Eccleſiæ redierunt, & ita ille qui in cælibatu prope ſeptuaginta annos viuens filios ex carne non habuit, multos ex ſpiritu Chriſto genuit, hæreticos ab hæreſi reducens eos Fidei Veræ Catholicæ & gremio S. Eccleſiæ Romanæ adiungens. Pietate in Deum enituit, Eccleſiam in pago Pempow funditus collapſam expenſis proprijs nullo Collegarum ſubſidium præſtante, cum ſuis ſubditis a fundamentis erexit, illamq; pro maiori Dei gloriæ dilatatione beneficijs dotauit. Enituit in pauperes quoſcunq; ſtipem emendicantes ſine acceptione perſonarum in ipſos largus, in ſubditos liberalis, nonnullos libertate donauit; detractores ſummoperè deteſtatus quàm citiſſime illos compeſcebat, ſermone aliás diſertiſſimus, parcus & modeſtus. Sermo illi ſemper erat aut cum Deo aut de Deo, vel virtutum excellentia, ſi ipſi aliquid temporis à negotijs domeſticis ſupererat, reliquum orationi diurnis ac nocturnis horis ſine intermiſſione, & lectioni ſacrorum librorum impendebat, multos libros deuotos ſua manu egregiè conſcripſit, quos & ipſe cõpoſuit, otio perpetuum bellum induxerat. Patruum hunc ſuum eius ex Fratre Nepotes in pietate imitati ſunt. Melchior ſancta æmulatione correptus Eccleſiam ſtatim ac igne conflagrauit in villa Skoraſsewice reædificauit, & neceſſaria apparamenta ad illam pertinentia comparauit. In Pruſſia cum Guſtauo ſub Sigiſmundo III. ſtrenuè ſe geſſit. In bello Moſchouitico præ nimio frigore Vladiſlao IV. ſceptra Regni tenente plantarum digitos amiſit. Reliquit Filium Adamum, Melchioris quoq; germanus, Adalbertus alias Olbrycht altare magnificum in Eccleſia Pempouienſi extruxit, in quo imago miræ pulchritudinis in lino depicta Beatiſſimæ Virginis Mariæ Aſſumptæ extat, cæteraq; quàm plurima apparamenta Eccleſiaſtica in locis diuerſis viris Religioſis, haud minori precio parari fecit, quorum Hieronymus etiam conatur ſequi veſtigia, multis quoq; pijs operibus deditus eſt.

T O P A C Z.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ala coloris nigri, noſtri notant vulturis alam, Bohema Hiſtoria Aquilæ dicit: eſt ala cum pede aureo, campus eſt ſanguineus, ſuper coronam tres pennæ Struthionis. Originem habent in Regno à Slauis, *vt dicit Dlugoſſus in hæc verba:* Topacij genus Hungaricum, quod Caſimirus Magnus ex Hungaria attraxerat, propter eorum militiam & virtutes, erant viri robuſti, ad bella valentes, à Slauis ortum ducentes. *Bielſcius etiam de hoc fol:* 257. quod Topacz erat cognomen militis Sclauonici ex Rakoū Terra, qui vnâ cum his in Regnum peruenit, qui militarem Sereniſſ. Regi Pol. & Vngariæ Ludouico detulerant cum ſcuto & lancea 1381. Quare Paprocius ſeipſum correxit in 2. Opere, qui in primo ſub Kriuouſtio pugnante cum Iaropelco Ruſsiæ Duce illata in Regnum affirmabat. Origo etiam prima in primo Opere expreſſa magis fabula quàm veritas, ſed ornamento nobili, ob deſiderium flagrans prouiſus fuerat optimus miles, ala cum pede Aquilæ Regiæ. Sic enim nedum in Sileſiana Hiſtoria, verùm etiam in Teſſeris Gentilicijs Venetorum Petraſanta aſſerit, dùm Familiam Malipierorum adnotat, verùm in hac parte vſus ſeruandus in Regno antiquior erit: Eſt etiam alia figura horum armorum, ad pedem & alam à dextris ponitur ſtella, à ſiniſtris luna, quis vtatur ea, & vnde additio facta, auidus Lector notabit. *Bielſcius* Bekieſios notabat *folio* 767. 741. Vladiſlaum, Gabrielem, & Gaſparum.

M I L E S   S E N A T O R.

NVlli virtus eſt præcluſa, *inquit Seneca lib:* 4. *de Beneficiis,* omnibus patet, omnes admittit, omnes inuitat, ſeruos, Reges, & exules, non eligit domum nec cenſum, ſed nudo homine contenta eſt. Attamen ad omne regimen vt nullus aptior quàm optimus dexterque miles, ita quoque ad dignitatem Senatoriam. Hinc recta conſulta pacis, iuſtitiæ & belli, quia legem ducem tempus & hoſtem oculis miles præferre concupiuit, vnde ad milites dicebat Imperator Aquila vocatus ob circumſpecti animi dona; *Sum Aquila ſed veſtris pennis eleuor.* Hoc profectò naturale videtur Topacijs,

pacijs, vt ſint milites & inde Senatores, conſequenter magni in Patria, Patres, & Protectores. Io. Ferus in Theatro Impreſſarum ad alam duplex appoſuerat lemma. Primum, *Non euehar ni vehar.* Intendebat, ſi miles non fuero, nec copiarum ductor, nec Senator ero, & multò minùs aliquis Gubernator, ſicut enim quilibet ſuæ fortunæ eſt faber, ita quoque eſt ipſe principium ſuarum operationum. Oportet igitur vt ſe ducat & duci permittat atque vehi in educatione morum, literarum, militiæ ſi vult euehi in Senatoriam, ſed ſummæ Senatoriæ gradus non priùs conceditur, quam primo & optimo militi & Duci. Secundum verò appoſuit lemma: *Portantem portabo.* Significabat, ſi aliquem defendiſti, defendet & portabit te, ſi laborem, ſudores, mala pro Patria ſuſtinuiſti, & illa pro te ſuſtinebit, portantem portabit. Sed heu! quis nunc miles non Hemeſicus? de quo lib: 1. & hic Ariſtot. *Hemeſicus dicitur ille, qui triſtatur propter bonum quod recipiunt indigni vel immeriti.* Sed leuiùs penſanda hæc ſunt Topacijs, nam vulturi id proprium eſt, vt odoret non honorem ſed cadauera. Vnde ad hoc *ſicut docet Comment. 2. de Anima*, habet cerebrum valdè ſiccum, vt ſubitò tangat organum aër deferens odorem, nec impeditur ab humido: in homine verò vacuum ſiccumque caput vitij eſt, rore verò conſperſum (quem ſapientiam vocamus) honoris eſt. Non igitur vtilitas conſideranda vobis erit, ſed ſapientia colligenda & virtus; quæ duo ſequitur honeſtum & vtile.. Benè quidam:

Doctrina in quouis pulchra eſt, ſed pulchrior ipſa
In vobis: armat Martis vt Artis honos.

LINEA FAMILIÆ TOPACZ

Topácz *primus parens armorum Sclauo Raguſeus, eius progenies Topacius in Regnum venit* 1381. *Conſederunt in Ruſſia vbi plurimi vtuntur his armis, & in Palat. Sendomirień. etiam Familia Topácz vixit ibidem longo tempore,* vt Paprocius habet in 1. Opere, *Ducem militiæ vnum ex illis fuiſſe affirmat.*

Kopyczynſcij *in Podolia & Ruſſia, à bonis Kopyczynce denominati, continui milites & caſtrorum obſeruatores, notabant Familiam de Byſtwiny. Andreas, Stanislaus & Euſtachius Rothmagiſtri digniſſimi, quorum aliqui cum poſteritate ad Fidem Catholicam de Schyſmate tranſierunt. Nicolaus Kopyczynſki Commiſſarius in Bludniki Anno* 1555. *Simon Kopyczynſki per totam vitam ſtrenuus miles, plurimis expeditionibus contra hoſtem Patriæ, gloriam immortalem Familiæ ſibi & poſteris reliquit, habuit duos filios & filias duas. Obijt ætatis* 55. *ſepultus Leopol. in Eccleſia Corporis Chriſti* 1630.

Bludniccij *in Pocutia, erant benè poſſeſſionati, & milites à bonis Bludniki dicti, ſed cum poſteritatem ſolum femineam haberent eorum bona ad diuerſas tranſierunt Familias. Nicolaum peritum in iure nobili, & conſequenter ad iudicia & conciliandos amicos eximius vir in diſtrictu Halicienſi.*

Wyſtępij *in Zarwanica hæredes fuerunt, quorum aliqui ſpirituali militiæ dediti Ordinem Prædicatorum elegerunt, alij maiorum morem ſecuti in caſtris vitam du-*

tam ducentes, à Koſacis rebellibus & vicinis offenſis occiſi. Iacobus & Staniſlaus Wyſtep, viri cum Tartaris, Turcis, Moldauis bellicoſi cum laude Familiæ quorum poſteri à ritu Græco in Latinum & genuinum Chriſto redierunt

Bydlowſcij *in Pocutia, quorum præcipua cura fuerat armis conſtitutam Familiam, illuſtrare.*

Kurzewſcij *in Rauenſi Palat. viri militia clari. Seuerinus Kurzewſki Zupparius Rauenſis ex Palat. electionem Sereniſſ. Regis Vladiſlai IV. ſubſcripſit.*

Grodźiccij *in Ruſſia. Erat ex his in Ordine Prædicat. P. Antonius Doctor Theologiæ in ſenectute creatus, aliquoties Prior Crac. ad SS. Trinitatem, cui Conuentui multa bona fecit, magnam partem illius muro ædificari fecit.*

Niedzwieccij *in Maiori Polonia.*

Borzynowſcij *in Sendomir. Palat.* Sroczkowſcij *in Sendomir. Palat.*

Krypſcij *in Ruſſia, Petri eſt Epitaphium in Samboria apud PP. Bernard.*

Chálczniowſcij *de Chálcniow.*

Giedroch *qui & Giedorwoch, hic in vnione M. D. Lit. cum Regno eadem aſſumpſit arma in Comitiis Chrodlenſibus* 1413.

Łuwczyccij *de Łuwczyce in Præmiſlienſi Terra. Stanislaus Aulicus Sereniſſ. Regis Stephani, reliquit filium Stanislaum virum literatum & militem à Polonne occiſus à Tartaris, reliquit 6. filios, Venceslaum, occiſus in bello Pruthenico ad Nuicum. Ludouicum occiſus ad Grudźiazom. Dominicum Tartari cum matre in captiuitatem adduxerunt. Albertus in Moſchouia occiſus. Georgius miles in Vngaria, domi Rothmag. & cuſtos Caſtrorum.*

TĘPA PODKOWA
Seu TĘPY IASTRZEBIEC.



DELINEATIO & ORIGO.

EST babatum equi, ſeu ſolea infra vncibus obuerſa, intra quam eſt crux. Super galeam eſt ala accipitri, alij volunt aquilinæ. Deſcendunt hæc arma ab Iaſtrzębijs ſeu Boleſticijs, vel Łazanki, hoc enim ſolò differunt, quòd vncos ſurſum verſos habeant arma Iaſtrzębiec, iſta verò infra, ornatus galeæ ibi eſt accipiter, hic pennæ accipitri. Ratio verò mutationis in Hiſtoria Bohemica, & in gentilitijs Sileſianis exprimitur, quia hic erat qui cum alijs occidebant S. Staniſlaum Epiſcopum Cracouienſem, de quibus clarè

clarè *Dlugoſſus ſub Anno* 1079. *nominat.* Mos autem erat magnarum Familiarum, vt criminoſos etiam differentia armorum gentiliciorum puniret. Quod patet in Toporis, Kolkonibus, qui cæleſtinum campum pro cruento ob ſcelus in Paulum Epiſc. Cracouienſem perpetratum deferunt. Sed ſicut Toporum, Kolkonum Familia, & poſteritas maiorum ignominiam virtutibus proprijs abſterſit & deleuit, ita & laſtrzebiecij iuniores, claris factis demerita ſuſtulerunt prædeceſſorum. Sæpè etenim quæ ſanari ratione non poterant, ſanata ſunt tempore, nominat quoq; *Dlugoſſus ſub Anno* 1084. *nomina occiſorum*: Borziuogium filium, Inſtæ, Sbilutum, Dobrogoſtium, Paulum Zema, Odolon & Andream. Familias verò illorum quod laſtrzębcij, Strepæ, Srzemauitæ vterq; fuerint ſub Anno 1079. conſignauit.

DOLOR NON RECRVDESCET.

LEnire dolorem non tempore longo, ſed equiualenti lætitia, & iuſtitiæ & æquitatis eſt. Hinc in cautellam præuidendi doloris quidā dicebat:

Nil temere facias, timide nihil. Omnia caute.
Cuncta cito, ſero nil, ſubitoq́ nihil
Natura es timidus, fortem prudentia reddet.
Nemo cauenda timet, qui metuenda cauet.

Sed aliud vt dolor non recrudeſcat affero: *Appianus refert de Seleuco Principe.* Habuit *(inquit)* ille ſignatum femur anchora ab ipſa origine, filij & nepotes eius eodem inſigniti medio fuerant, hic cum oppugnaturus Babilonem iret, inter gradiendum pedem lapide offendit, & præ dolore coactus ſubſiſtere, quem cùm amici demulcent, oculis coniectis in terram inuenit aanulum anchora impreſſum, quem ante aliquot menſes ibidem amiſerat, concepit inde victoriæ ſpem, nec excidit. Arma præſentia referunt quidem poſteris dolorem, ſed virtus & fortitudo propria, ſuperat incommoda maiorum. Quapropter vt illis occaſio fuit recenter merendi talis parentum dolor, ita ſummum eiſdem attulit gloriæ commodum, redijt illis annulis honoris & nominis. In quem ſenſum Cic. Orat. contra Saluſt. *Sanctius eſt me meis fulgere moribus, quàm maiorum opinione niti, vt ſim meis poſteris nobilitatis initium.* Vel alium non recrudeſcendi doloris afferam medium. Quærit inter problemata Ariſtot: Quare baſiliſcus interficit viſu, cùm tamen quandoq; ſeipſum eodem aëre venenoſo interficiat. *Et reſpondet.* Animal eſt plurimum venenoſum, & per oculos illius vapores venenoſi exeunt & multiplicantur ad rem viſam, intrant ergò humores venenoſi ad oculum hominis, & tandem homo inficitur, ſi verò baſiliſcus reſpiciat clypeum cum bitumine perfecte factum, vel rem aliquam firmam & politam, reflectuntur humores ab illa re ſolida, & interficit ſeipſum. Iam occiſor S. Staniſlai deceſsit, relicta poſteritas clypeum ſolidum, pectoris puta ſui, hoſti non ſemel obiecerunt, Patriam hoſti expoſitam liberarunt. Igitur nec filios, cum non

debeat portare filius iniquitatē patris nec demortuos, de quibus vt à Domino iudicatis, ſi non bene iam non certe dicendum Chriſtiano male. Parce igitur lector, nec recrudeſcat dolor, & eò magis cum ſit echo S. Martyris Staniſlai.

Qua ratione meos vlciſcar queritis hoſtes
Expediam; vlciſci ſic quoq; diſce tuos.
Inceſſunt, taceo: culpant, fero: crimina ſpargunt,
Diſſimulo: mordent, abſq; dolore meo:
Obtrectant, ſileo: ringuntur, rideo: vulgo
Traducunt, patior: dant mihi damna, ſino:
Aſpiciunt toruis oculis, ego comiter illos
Accipio: turbant cuncta, quiete fruor:
Latrant, non moueor: frendent, non curo: minantur,
Nil metuo: torquent labra, laboro nihil:
Exagitant, non exagitor: vexant, non vexor:
Lædunt, non lædor: probra refutant, honoror
Inſidias ponunt, euado: petunt caput, oro:
Peſſima molitis, optima quæq; precor.

LINEA FAMILIÆ TĘPA PODKOWA
Seu TEPY IASTRZEBIEC.

STáwſcij *in Chelmenſi Terra. Stanislaus Iudex Chelmenſis & ad Tribunal Regni deputatus in Anno* 1643.

Brzeziccij *eiſdem truncatis armis vtuntur.*

Gieraltowſcij & *Brodeccij, de quibus in Hiſtoria Sileſiana ad Gentilicia clarius*

Oſtrowſcij *in Pocuria, militares viri in curia D. Potociorum Iacob. Pal. Bracl. Gen. Podoliæ & filio eius Nicolao Campiductori referunt caſtrenſia in campis obſequia. Alij ſpiritualem elegerunt in Ordine Præd. militiam, ſoror illorum. Metelſcij Burgrabij Camen: in Podolia conſors.*

TRVPIA GŁOWA
Hoc eſt CALVARIA.



DELINEATIO & ORIGO.

EST Caluaria hominis, quæ in vertice frameā infixam habet cum aureo manubrio, campus eſt cæleſtinus. Coniecturaliter de præſentibus armis ſicut de Ielitijs affirmare poſſumus. Quod ſicut illa Sario conceſſa poſt bellum finitum, ita hæc viro militari poſt triumphalem victoriam modò aſsignato, (quia grauiſsimè vulneratus) donata fuêre.

SIC

SIC GLORIA MVNDI.

DVplicem exponentem ſuſcipit dictum hoc verbo appoſito. Si enim appoſueris verbum, perit. Erit ſenſus Martini V. antea Ottonis Columnæ. Hic enim congeſtis in vnum Tiara Pontificia, Galero Cardinali, Infula Epiſcopi, Diadema Imperatoris, Corona Regis, Ducum enſes, pyræ ardenti iniecit, & dedit lemma: *Sic omnis mundi gloria*, puta perit. Ludit enim mors in Imperijs, & æquo pulſat pede pauperum tabernas Regumque turres. Si verò appoſueris verbum, acquiritur: profectò intentum præſentium armorum erit, ſolo enim ſanguine, multo vitæ periculo, inter baliſtas, ſclopeta, ſagittas, arcus, gladios & frameas gloria mundi acquiritur. *Quærit inter problemata Ariſtoteles*: vnde eſt quòd aliquando puer in vtero matris clamat, & ſumunt hoc obſtetrices pro ſigno periculoſo. *Et reſpondet*: quia non viuus exibit. Vnde Theologi aſſerunt, quòd ille puer cognoſcit ſe priuari Diuino intuitu propter carentiam Baptiſmi, ideò clamat. Sed naturaliter & Phyſice reſpondebo: dicitur, clamor eſt ſignum ſuæ paſsionis, quia ſi maximè non pateretur, non clamaret. Ergò ad noſtrum propoſitum, dùm naſci debet homo ad mundi gloriam, oportet illum plurimùm pati & multum clamare, niſi enim eſſet patiens frigoris & æſtus, ſitis & famis, vigiliæ & ſilentij, periculi & mortis: & niſi in multis expeditionibus & congreſsibus cum hoſte non fortiter clamaret, gloriam mundi adipiſci nequiret. Ita Iuſtinianus Imperator adeptus mundi gloriam, vt ipſius veſtis ſtragula, in quo Phrigio opere textæ victarum vrbium & Barbarorum Regum, quos ipſe ſuis auſpicijs debellarat effigies fuerant. In hæc verba ait Corippus.

Et tulit intextam precioſo murice veſtem,
Iuſtinianorum ſeries vbi tota laborum.
Nexo auro inſignita fuit, gemmiſq; corruſca,
Illic barbaricus flexa ceruice phalanges.
Occiſos Reges, ſubiectaſq; ordine gentes,
Pictor acu tenui multa formauerat arte
Fecerat, & fuluum diſtare coloribus aurum,
Omnis vt aſpiciens ceu corpora vera putaret.
Effigies auro, ſanguis depingitur oſtro,
Ipſum autem in media victorem pinxerat aula.
Effera Vandalici calcantem colla Tyranni,
Plaudentem Libiam, fruges, laurumq; ferentem.
Addidit antiqua tendentem brachia Romam,
Exerto, & nudo geſtantem pectore animam.
Altricem Imperij libertatiſq; parentem.

Eiuſmodi gentiliciis quis modò Nobilium vtatur, non conceſſum adhuc ſcire. Sed fuiſſe hanc Familiam ſuggerunt Lublini, in Eccleſia Ordinis Prædicatorum Teſſeræ gentiliciæ, ibi enim Euæ Pſoncæ Vexilliferi Chelmenſis conſortis talia nobilitatis arma, loco quarto poſita cernuntur.

TVRSCIO-

TVRSCIORVM.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt arma Rogláá, iuncta antiquis armis Cruciferorum, quæ ponuntur in medio cornuum. Originem ſi verè Regni & non ingenij arma ſunt, non aſsignabo aliam niſi in bello Pruthenico cum Cruciferis militis armorum Rogálá conceſſa, vnde hæc coniunctio proceſsit.

OPTIMI VIRI PERENNIS FAMA.


NOn immeritò Sacra pagina Doctorum loquitur: *Neſcit Spiritus Sanctus patrocinium dare criminibus.* Innuunt, ipſis virtuoſis patrocinia parantur. Mithridates Tyrannus in amicos & filios, *ait Paul. Oroſius lib: 6. cap:* 5. cùm diu ex altiſsimo muro filium fruſtrà precatus, inexorabilem vidit, moriturus exclamaſſe fertur: *Quoniam Pharnaces me mori iubet, vos ſi eſtis dij patrij precor, vt quandoq; & ipſe hanc vocem à liberis ſuis audiat.* Sine fructu ſermo, qua enim menſura menſi fueritis, eadem remetietur vobis. Vnde Petrus Damianus ſerm: de Char. exurgendo in vitioſos dicit: *Vidit Deus opera tua, recurſus & excurſus flagitiorum tuorum & continuit iram, cælum non fulminauit, aqua non ſubmerſit, non abſorpſit tellus; & cùm omnis terra ſit plena gloria Domini, non veritus es præſentem Dominum, & coram tanta mundicia immunditias tuas exercere.* Optimus verò vir in tergo theſaurum gerit. Refert Damaſus quòd Tyberij aſinus ſcintillas & radios emiſiſſet, ſignificando Domini ſui Imperium. Profectò contempti à mundo, clariſsimarum virtutum fulgore collucent. Hinc eorum fama perennis, terram cælumque replere contendit, vnde S. Hieronymus Epiſt: 3. docuerat: *Debemus animo præmeditari quod aliquando futuri ſumus, quòd velimus, nolimus, abeſſe longiùs non poteſt; nam ſi nongentos vitæ excederimus annos, tamen nihil eſſet præterita longitudo quæ eſſe deſiſſet.* Sed clariùs D. Bernard. ſerm. 3. Epiph. *Quatuor ſunt quibus in hac vita obſequia deferimus: Caro, Mundus, Diabolus, Deus. Caro largitur ſeruitoribus ſuis momentaneam voluptatem, Mundus tranſitoriam ſublimitatem, Diabolus perpetuam captiuitatem, Deus interminabilem felicitatem.* De horum numero conſidero Simonem Turski, qui ex cuſtode Theſauri Regni Præpoſitus Eccleſiæ S. Heduigis Cracouiæ, tùm Præpoſitus Miechouienſis Monaſterij, huius vigilantia, cultus Diuinus promotus, Eccleſia & Monaſterium reparata, Sanctæ Hedui-

Hedui-

Heduigis reſtaurata Eccleſia fuit, pius vir religione, clarus ſcientia, virtute decorus, cuius fama meritò perennis. Quocirca S. Auguſtinus ſerm: 1. de Temp. *Nullus homo ſolum ſibi viuit, & quantoſcunq́; exemplo ſanctæ vitæ ædificauerit, cum tantis & pro tantis mercedem retributionis beatæ vitæ accipiet, & quantiſcunq́; exemplum malæ conuerſationis, etiamſi eum non conſequantur, præbuit, pro tantis ſe malis nouerit rationem redditurum.*

W A D W I C Z.

DELINEATIO & ORIGO.



SVnt duo piſces marini, vnus coloris albi alter rubei, diſponuntur ſuper ſcutum capitibus ſurſum, ita tamen quòd capita auerſa gerant ad extrema latera clypei, formentq; corpore literam Maiuſculam C, ſectus eſt clypeus per medium linea recta, vt diſcernatur diuerſus campus. Albus enim piſcis ponitur ſuper rubeum cãpum, rubeus autem piſcis ſuper campum candidum, ſuper coronam ponuntur pennæ tres Struthionis, alij pauonis caudam ponunt. Conceſſa fuerant cuidam Alemano dicto Wádwicz à Vladiſlao Rege, dùm ex legatione à Rege Daniæ redijt, referebat námque ſuum periculum in mari, quòd naui rupta vix non amiſerit ſalutem, & piſcibus eſca non fuerit. Ideò fideli Legato & optimo militi, Vladislaus talia arma periculi conceſsit, atque Ordini Nobilium Regni perpetuo adſcripſit, quos *Dlugoſſus* viros probos & moderatos adnotauit.

OBSONIVM REGALE.

PLato exiſtimabat quondam nil naſci in mari Ioue dignum, ſecutus planè eundem Zoroaſter, qui malis genijs dedicare aquatica omnia definiuit: ſed cùm plurimæ gentes piſces & piſciculos, dijs placationis gratiâ obtulerint, idque dijs bonis, *vt Pier. Valer. lib*:31. *cap*. 2. iam piſces obſonium Iouis & Regale dicendum erit. Quocirca olim præcipuus luxus primæque deliciæ erant piſcibus veſci. Ita quod Seneca lib: 3. quæſt. referat: *Catonem admirari ſolitum, quòd Romæ pluris piſcis quàm bos venundaretur.* Sed aduertendum de piſce, quod expertus referat Plautus: *Piſcis nequam niſi recens.*

Gentes quæ diuinum cultum nondum ſuſceperant, per piſces ſignificabantur, ſed fœtidos non recentes, vnde concinnè Ariſtot. 3. Metaphyſic. *Philoſophi* (inquit) *antiqui Deos faciebant principia entium, & dicebant illa entia eſſe immortalia quæ guſtauerunt nectar & ambroſiam, illa verò mortalia quæ non guſtauerunt.* Gentes igitur quia non guſtauerant diuinam gratiam Chriſto ferente, erant non recentes piſces, quocirca ad menſam Regiam indigni. Verùm arma præſentia conſiderando, recentes piſces ſunt, digni ad menſam Regiam. Sic enim armorum præſentium hæredes ſeſe moribus & virtute componunt, vt rerum & temporum varietas exigit; nec ſe mutant, ſed aptos reddunt Regi, Patriæ, Familiæ, Amicis. Quapropter à trecentis annis fide & fidelitate incepit & perdurat, hæc Familia quorum merita, obſequia, hoſtium ſtrages, Patriæ amorem, Familiæ decorem, Hiſtoriæ Regni liquidius denuntiant.

Vos tantum ſuperi placidam concedite vitam,
Atq; ſuo ſemper vernantem flore iuuentam,
Quod nobis ſtabili iam ſpondent numine Parcæ.
Vt ſeri quondam diſcant teneantq; nepotes,
Et ſua perpetuis tradantur nomina chartis.

LINEA FAMILIÆ WADWICIORVM.

WAdwicz *primus Parens dictorum armorum, à cuius cognomine arma præſentia tenent denominationem. Erat natione Germanus, Vladislao Regi carus, à quo & talia inſignia nobilitatis poſt actam legationem ad Regem Daniæ obtinuerat. Alij ponunt quod in Regnum cum armis præſentibus ex Germania veniſſet, eò quod piſces gentilicium fuerit Germanicum, ſicut apparet ex vexillis Cruciferorum. Sed differentia ſunt noſtra gentilicia à Germanicis & poſitione, nam Germanica capitibus iunguntur & caudis, & colore, quia vterq; piſcis eſt coloris rubei, demùm vnico campo gaudent, & cuiuſdam ciuitatis arma fuerant. Wádwicz verò aliter diſponitur, pingitur, coloratur. Ioannes Wádwicz de Dabrowa eximius miles cum Vitoldo, a Tartaris occiſus venientibus cum Edigá 1398. in quo ceciderunt quoq; Andreas & Demetrius Korybuthij fratres Regis Iagellonis, & alij nouem Lituanes duces ceciderunt, fugiente Vitoldo cum Suidrigalo, Oſtrorogo & Samotulio,* Cromer: lib. 15. Dlugoſſ. 1351. Anno. Bielſc. fol. 283. *Antiqua hæc Familia Wádwiciorum ſplendidè floruit in Regno, nam in vnione M. D. Lit. ad Regnum Pol. in Comitiis Hrodlenſibus 1413. à nobili D. Wádwicz ſuperſtite ſuſceperat prænominata arma Mundigierdus, cuius poſteritas vſq; in præſens honoratur eiſdem armis.*

Nárusowicij *in M. D. Lit. Familia meritis & titulis clara. Staniſlaus Náruſowicz Ciuonius Vilnenſis, de quo* Stricouius folio 591. *Nicolaus Caſtellanus Samogitiæ, virtute, beneuolentia atq; bonitate magnum nomen ſibi comparauit,* de quo Ianuſouius in Stat. Reg. Conſtitutio Regni 1591. *Ioannes Venator M. D. Lit. Tenutarius Lodźieſceń.* de quo Conſtitut. Regni 1607.

Nicolaus

Nicolaus Theſaurarius M. D. Lit. de quo Ianuſouius in Stat. Reg. fol: 342. *Chriſtophorus Náruſowicz Theſaurarius M.D. Lit. Notarius & Venator ibidem, & Ciuonius Wieſwianſcenſis,* de illo in Conſtitut. Regni Anni 1631. *Stanislaus Náruſzewicz Notarius M. D. Lit. Nowodworſceń. Capit. Ex Palat. Vilnenſi, Sigiſmundus Náruſowicz ex Palat. Trocenſi, electionem Sereniſſ. Vladislai IV. Regis ſubſcripſerunt.*

Mężycij, *Ioannem Mężyk interpretem Regis à Magiſtro Cruciferorum, ante bellum Gronoualdenſe* 1419. refert Bielſcius fol: 297. de armis Wádwicz. *Alij eiuſdem cognominis Mężyk ſunt armorum Wienidwá.*

Sub iiſdem armis ponit Papr. in 1. Opere *Wolczkow, Stankieuicios, Mátiaſouicios & Roſkich, qui à Boreiſijs & Kureiſiis, Ducibus Drucenſibus procedunt. Georgius Roſki Vexillif. Witepſcenſis, reliquit filium Stephanum, ornamentum Familiæ, ingenio, iudicio, & fortitudine.*

WALBACH ſiue WOLBOCK.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſcutum linea per medium in longum diuiſum, à dextris eſt hircus ſtans ſuper monticulum ſaxeum in campo flauo, à ſiniſtris eſt fluuius in longum decurrens, ſuper galeam ſunt pauonis decora. Originem habent ex Germania, quâ occaſione acquiſita exprimunt fluuius, mons & color, quod ſcilicet læticiam intulerit caſtris ad fluuium & montes, ardua tentans vado & aſperi montis transmeatu. Illata verò ſunt in Regnum à tempore multo. Quocirca in Maſouia, in M. D. Lit. & in Confinibus Regni domicilia conſtituerũt. Primitus vocabantur arma & milites Wolbock, ſed nunc corruptè vocantur Wálbách, ſignificat verò Wolbock virum optimarum partium, licet nomine caper appellatum.

PROMPTI IN BONVM.

PLuries lamentabatur capra quod prompta eſſet in bono, nutriuit quondam catullos lupi, & mox ipſa quoq; ab eiſdem diſcerpta. Manet echo: *Mortem dedit ipſa voluptas.* Semel quoque ferita ab arcu ex cornibus

proprijs facto, & lamentabatur: *In meam perniciem produxi cornua.* Non tamen ideò ceſſauit à bono. Incomparabiliter Wálbáchij prompti in bonum triplex fuêre, honeſtum, vtile, & delectabile; vt potè qui Regi, Patriæ, & Familiæ luceſcere & proficui fore deſiderarunt. Habet Alexander *ab Alex. lib: 4. Genial. cap. 2.* in Lybia fuiſſe nauigia, quæ hirci & capri tulere nomina, erant enim capita eorum formata in proris. Erant profectò apti bello tam nauali quàm terreſtri Wálbáchij, idcircò mari terraque pugnare cum hoſte non denegabant. Ægyptij hominem auditu pollentem Hieroglyphicè ſignificando formabant caprum, eò quod per aures perinde ac per nares ſpiritum emitteret & viciſsim reciperet, *refert Pier. Valer. lib: 10. cap. 2.* Erant mehercule prompti Wálbáchij ad ſonum tubæ & tympanæ claſsicæ, erant prompti ad vocem Ducis militiæ, erant prompti in hoſtium inſilire brachia. Hæc illorum montes & petræ, flumina & littora deferunt, quòd aureæ paci & victoriæ contulerint initia & fines. Apud Pauſaniam lego capram aheneam inauratam, quia illi preces allegarent, tùm quia ſydus capra ortu ſuo noceat vineis, tùm quia damnoſum vitis animal, baccho ſacrificari debuit. Non defuerunt Wálbáchij in ſacrificio ſaluifico, ſed nociuam hæreſim reijcientes adhæſerunt Deo vero, & veræ Catholicæ Eccleſiæ, vt dicere de illis liceat: *Hircum obtulerunt.* In quem ſenſum loquebatur Adamantinus: *Cùm ad Martyrium duceris, hircum obtuliſti, quia ſcilicet authorem peccati diabolum iugulaſti.* Erant igitur prompti in bono pro ſalute Patriæ, pro dignitate Regis, pro gloria Familiæ. Sciat poſteritas.


Non liberis eſt pulchrius munus aliud,
Quàm liberos dici parentis optimi.

LINEA WALBACHIORVM.

WOlbock *miles, cui primùm collata fuerunt in Germania præſentia nobilitatis arma, & cuius poſteritas in Regnum veniens reddiderat obſequia Sereniſſ. Regibus in caſtris & Aula. Wálbách corruptè vocati Wolbocij in Regno, ex tribus fratribus Ioanne, Andrea, & Georgio, eſt relicta poſteritas. Ioannes Wálbách Vices Palatini Varſauiæ gerens, vir ſolertiæ humanitatis & iudicij grauis, in expeditionibus plurimis declarauit amorem in Rempub. & ſibi electam Patriam. Reliquit filios optimæ diſpoſitionis ad virtutem, Bartholomæum, Ludouicum & Laurentium, ex Cirſcenſi Terra ſubſcripſit electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. Germanus ſuus Balthaſar poſt militares actus in Palatinatu Lublinenſi ornat domicilia ſua virtutibus, filij ipſius Stanislaus & Ioannes. Andreas patruelis frater ipſorum in M. Duc. Lit. ſedes elegit, vir militari occupatione clarus, reliquit prolem. Georgius Wálbách poſtquàm deduxit militarem laudem in Confinibus Regni verſus Tartaros & Biſurmanos, ibidem colit ſuæ conditionis ſortem.*

WLADY-

WLADYSŁAWSCIORVM.



DELINEATIO & ORIGO.

IN ſcuto ſecto per lineam rectam à dextris eſt ala Aquilæ, in altera parte eſt corona Regalis aurei coloris, campus albus alæ, cæleſtinus coronæ, ſuper coronam ſunt duæ tubæ ornatæ quatuor argenteis globulis. Collata fuere arma præſentia Regia munificentia Sigiſmundi III. Regis Pol. Gabrieli Prouancio in Anno 1609. Secretario Regio, Præpoſito Varſauienſi, Lencicienſi Scholaſtico, Canonico Plocenſi & Chelmenſi, ratione hac, quia ipſius curæ, diligentiæ, exercitio filium ſuum Vladislaum commiſerat, vt ſpem futuram ſuam & Regni, eximijs magniſque virtutibus exerceret diſponeretque. Quod quia probauit Rex in effectu ex armis & honoribus Regalibus, alam Aquilæ & coronam Regiam in ſtemma nobilitatis ipſi conceſsit, atque cognomen à filio Vladislao Wládysláwſki indidit.

VIRTVS LAVDATA.

PRæmonuit Seneca in lib: de Virtutibus: *Vagas cogitationes & inutiles, & velut ſomnio ſimiles non recipias: nam ſi animus tuus ſe illis oblectauerit, cùm omnia diſpoſueris triſtis remanebis, ſed cogitatio tua ſtabilis & certa ſit, ſiue deliberet, ſiue quærat, ſiue contempletur non recedat à vero.* In hoc ſenſu laudatur Hercules ab Apollodoro, cùm enim illi contuliſſet Apollo arcum & ſagittas, Minerua ſcutum, Mercurius caduceum, nil ille ex his pro inſignijs ſuis & armis accepit, ſed ipſam ex oleaſtro clauam, quam ſibi ipſe formauerat, & qua leonem magnanimum occiderat, voluit laudari virtutem ex proprio. Arma præſentia dùm intueor, docent tacitè virtutem laudatam ex proprio. Nam ſicut Atharalicus Rex, *vt refert Caſſiod. lib: 8. variar. Epiſt: 21.* his vſus verbis ad Cyprianum: *Quamobrem multis laboribus, multaq; fide & conſtantia comprobato Patriciatus tibi, Deo auſpice conferimus dignitatem, honorem quidem celſum, ſed qui tuis meritis probetur eſſe æqualis.* Ita Sereniſſ. Rex Sigiſmundus III. cum hoc Gabriele benignitate Maieſtatis ſuæ decreuit: *Fiat* (inquit) *Equeſtris ordinis, habeat Maieſtatis noſtræ inſignia, faueat illi Clerus, benè precetur populus, meruit enim educatione excelſa primogeniti*

noſtri filij Vladislai. Antiqui Romani die vno Martij 30. ſacrificabant quatuor dijs Iano concordiæ ſaluti & paci. Iano primùm, quia ei adſcribebant prudentiam, à qua concordia procedit, ab illa autem ſalus & pax. Ita Vladiſlauius quia prudentiam adamauit, concordiam, ſalutem & pacem ab Ordinibus Regni meritò deguſtauit. Optimè quondam Ptolomæus de Aſtris: *Quando ſtellæ ligauerunt rem aliquam in capite Anni, remanet illud ligamentum firmum per totum Annum.* Profectò Prouancius in initio Annorum virtutem & perſeuerantiam in ea conceperat & ligauerat, idcircò ad finem curſus vitæ ab illa non receſsit, ſed firmiter & delectabiliter coluit.

VLANICCIORVM.



DELINEATIO.

EST via lata, cui duæ Lunæ mediæ ſunt annexæ ad extrema, per medium framea quaſſata cum cruce ponitur ſine capulo, campus eſt ſanguineus ornatus corona, à tribus pennis Struthij.

ORIGO.

FErtur à Ducibus Ruſsiæ conceſſa fuiſſe militi ſtrenuo, vigilias agẽti contra Tartaros de nocte ad viam latam ſeu Tartarorum Slakum, & viam equis Tartaricis tritam. Cùm enim paruo comitatu teneret noctis ſilentium, perſenſit imminentem hoſtem Tartarorum, compoſito ſtratagemate à vexillis vocibus & bombardis diuerſis in locis, oppoſuit hoſti ingentem eſſe exercitum, & ipſe ex inſidijs duce occiſo cum primis irruit in hoſtem & repreſsit in fugam, quos conuellendo inſecutus eſt, atque diſperſos tota ſeptimana in campis laceſsiuit. Redijt victor & vigiliarum ſuarum cum fortitudine, recepit à Duce inſignia.

BELLVM NECESSITATVM.

PErpulchrè Cicero de Pace reliquit: *Dulce nomen pacis, res verò ipſa cùm iucunda tùm ſalutaris.* Pacis namque tempore, non ſecus ac ſi nouum quoddam ver rebus humanis adfulſerit, coluntur agri, vernant horti, paſcuntur lætæ pecudes, ædificantur villæ, extruuntur oppida, inſtaurantur collapſa, ornantur & augentur exſtructa, creſcunt opes, aluntur voluptates,

vigent

vigent leges, floret Reſpub. Religio feruet, valet æquitas, pollet humanitas, calent artes opificum, vberior eſt quæſtus pauperum, ſplendidior opulentia diuitum, efflorefcunt honeſtiſsimarum diſciplinarum ſtudia, eruditur iuuentus, tranquillo fruuntur ocio ſenes, bonis auſpicijs nubunt virgines, laudantur ſimili prole puerperæ, florent boni, minùs peccant mali, & vt paucis plura comprehendam: Concordia res paruæ creſcunt, diſcordia maximè dilabuntur: ſed dùm hac dulci pace frui nequimus, bellum neceſsitatum meritò conſurgit. Hinc Alciatus:

Arma procul iaceant, non eſt fas ſumere bellum,
Sin aliter pacis non licet arte frui.

Quocirca & *Poëtæ fabulis innuebant*: Iouem tonitrua cladeſque exitiales conuocato Deorum conſilio & præmiſſa matura deliberatione, terris immittere, leues verò pluuias nulla accedente Deorum auctoritate terris largiri. Docebant bellum clademque non fieri debere ex leui occaſione & auctoritate, ſed magna neceſsitate, ſicut magna authoritate. Ita mehercule proceſſit Vlaniccioꝛum parens, qui Vlanos Tartarorum pacem ferentes non laceſſiſſet ſed honoraſſet, ſed quia bellum & hoſtile Patriæ deferebant neceſsitatus pauca manu ductores tumentes inuaſit cum vitæ periculo, ſed victor euaſit Domini adiutorio. Thraſybulus Athenienſium Dux, magno conſilio congregato conſtituit decreto Amniſtia, *id eſt*: Obliuionem veterum iniuriarum, & quoniam graue erat ijs, qui bona ſua & hæreditates in aliorum manu videbant, tulit ſententiam, & interpretatus eſt decretum: *Non moueantur lites de præſentibus poſſeſſionibus, ſed in poſterum vt nihil contra leges fiat.* Equidem hoſtis omnis Patriæ & Regni, non cogitat ſeruare aliquam pacis legem, ſee omnia decreta conuellit, omnia Amniſtia diſturbat; vnde neceſsitate compulſi, bella qui pacem optabamus, inchoamus. Immedicabile enim vulnus enſe recidendum, ne pars ſincera lædatur.

LINEA VLANICCIORVM.

I*Vanus Vlánicki Rothmagiſter ſtrenuus & bellicoſus, qui animæ conſulendo, vnionem Fidei Catholicæ amplexus fuit, ex Anna Kálinowſka germana Bartholomæi, ſuſceperat filium Ioannem, in Fide Catholica baptiſatum & educatum, miles eximius, obijt. Laticouiæ ſepultus.*

W A R N I A.



DELINEATIO.

EST Cancer extenſus, oculis ſurſum, capite deorſum integer, coloris rubei in campo candido, ſuper coronam etiam Cancer medius.

ORIGO.

ARma hæc conceſſa militi forti & heroico, *vt inquit Dlugoſſus* cognominato *Rák*, hic in bello infelici cum Turcis in Vngaria pugnando ad Warnam, & in medio hoſtium à tormentario puluere atq; Perſicis gladijs rubens, militaris fortunæ palmam retulit fortitudinis & audaciæ, Anno 1444. Demum pronepos eius ſub eadem Warnia cum Rege Ludouico pugnando. Polonum fuiſſe & Sclauitam armorum militis & domini nomen declarat. Hinc aliqui ex Vngaria veniſſe dixerunt, quia ibi acquiſita fuerunt, non conſiderantes vnum Regem duorum regnorum ex vtriſq; habuiſſe regnis militem. Iam enim Nobilis Dominus *Rák* ijſdem inſignijs ornatus in Regno Poloniæ manens, miles cum alijs in regnum Vngariæ deſcenderat, atq; inde niſi proclama accepit Warnia, in confirmatione ſuæ nobilitatis à Rege, quod ideò afferre licebit, quia arma Cancer ſunt antiqua in nummis Romanorum, in Regno Lombardiæ in Brixia, atq; fortè in alijs Regnis vt videre licebit in Gentilicijs Petra ſantæ. Reſpublica etiam Chienſis eiſdem vtebatur, *vt Pier. Valer. lib. 28. Hierog: refert.* Vnde antiquitatem armorum etiam in Regno ſanè coniecturare licebit, ante congreſſum atrum Vladiſlai cum Turcis.

RECTVM ITER.

IN obliquum iter cancrorum figendo aſpectum, video tàm proprium illis eſſe, vt meritò Ariſtophanes dixerit: *Rectum iter vt carpat cancer, non viceris vnquam.* Sed recedo ab Ariſtophane: Cùm enim efformet in natura ſua Cancer curſum ſolis, cuius progreſſus & regreſſus à Capricorno ad Cancrum, & mox à Cancro ad Capricornum conſideratur, rectum iter in Cancro contemplari licebit. Sed ne deſudaſſe Cancrum aduerſus Herculem opinemur, ad præſentia arma nobilitatis Warnia mentem diuertamus. Cancer quidem eſt, ſed non fluuialis animalſiuè cancri naturam repreſentat; Denominatione enim parens armorum Cancer non natura dicitur, vnde non animalem

animalem ſed ratione dirigibilem motum repræſentat. Quapropter rectum iter ipſis adſcribimus. Iam hîc non licet depingere Gammarum ſeu cancrum cum Elephantis capite, quaſi cancer poſteriora irritaque facta ex magnis inchoata ſtrepitet. Pergunt enim proceres Warnij vt non tentare magna ſine laude, ita non tendere in progreſſum ſine honore, & ornatu familiæ. Illorum erat nedum fortitudinis inſignia in caſtris & bellis perficere inchoata, ſed virtute honeſti, in ſpecula iuſtitiæ, audaciæ, triumphi promoueri. Antiqui arcanum reuelatum figurabant face ad quam cancri accurrebant, docebant enim cancros latitare, ſed ad ſplendorem nocturnum lunæ vel facis moueri & accelerare. Fax gloriæ, lumen religionis, ſplendor vitæ & fidei, effecerunt in precordijs Familiæ Warniorum, vt ad omnem Regis & Reipub: Patriæ & Senatus, familiæ & domus, ortum, meridiem, & occaſum læti procedant, & de abditis cordis bonorum & poſſeſsionibus præſto fore non negligant. Ergo ò poſteri ſint vobis hæc:

Pauca pro multis,
Magna pro maximis,
Argentea & aurea.
Deum timete,
Viuete caute:
Mori ſecurè,
Cordi habete.

LINEA FAMILIÆ WARNIA.

RAk *miles ſic cognominat⁹, qui hæc arma intulit in Reg. Pol. cuius nepoti in bello cum Tartaris & Turcis ad Warniam nouū proclama, eò quod fortis & heroici viri operā publicè dediſſet indiciū Warnia ſcilicet fuerat.* Dlug. A. 1444. Biel. fol: 557. *Ex his Familia per diuiſionē bonorum in plurimos ramos deducta fuit.*


Gnoinſcij *antiqua & celebris Familia. Nicolaus Gnoinſki Presbyter,* de quo Cromer. ſub Anno 1456. fol. 357. *Leonardum Gnoinſki virum bello clarum referunt Hiſtoriæ, hic mille quingentos milites conduxerat in Vngariam Ludouico Regi ad Warniam contra Solimanum Turcarum,* Bielſcius de illo fol: 557. *Ioannes virtute & fortitudine clarus, qui relicto filio Præclao Capitaneo Nouæ ciuitatis Korczyn maximè illuſtrauit Familiam, nam præter ſpeciem parentis quam virtute & moribus effingebat, 8. filios optimos Patriæ ciues repoſuit, ex quorum poſteris manet in dies præſentes ſplendens Gnoinſciorum Familia. Nicolaus 1. Præclai filius, militaribus & fortitudinis trophæis ſummoperè excelſus, poſt eximia enim merita in caſtris Dux militiæ Regalis Supremus renunciatus fuit, in clade Bukouiana in captiuitatem veniens, audacioris animi in hoſtem reperit cautionem. Ex cæteris eius filiis Stanislaus & Iacobus hæredes in Piaſki, & aliis bonis ad Nouam ciuitatem Korczyn. Filij Stanislai eximij militis & Viceecapitanei Nouæ ciuitatis Ioannes filia Barbara conſors D. Stráz. Iacobus verò frater ipſius reliquit ex Secygnieńſka Ioannem ad negotia Reipub. dignum ciuem. Leopardus 2. Præclai filius poſt*

aƈtus heroicos in bello & caſtris, ex digniſſimo Rothmagiſtro Metator caſtrorum Regni, & Capit. Nouæ ciuitatis Korczyn, ex Bobolanká reliquit Leonardum & Andream. Leonardus 3. Præclai filius ſtrenuus vir bello, qui fortitudinem ſuam in Vngaria ſanguine ſublimauit & morte. Nicolaus 4. filius. Petrus 5. filius. Sigiſmundus 6. filius. Præclaus 7. filius Præclai maiorum ſequendo exempla, in Familiæ ſuæ gloriam, virtute & fortitudine propria properauit. Reliquit hos filios Ioannem, Stanislaum, qui ex Oraczowſka Adamum, & Chriſtophorum ſuſceperat. Chriſtophorus miles in Vngaria fortunatiſſimus, qui quadringentos Haydones in captiuitatem deduxerat, reliquit 4. filios, filias Heduigim Sienienſki Caſtell. Zarnouecen. conſortem, & Barbaram Chyccij. Andream Capitaneum Nouæ ciuitatis Korczyn & Burgrabium Crac. Præclaum Capit. Wiſocenſem, cui filij erant quinque. Petrum Succamerarium Mielnicenſem in M. Duc. Lit. Chriſtophorum Pocillatorem Sereniſſ. Regis Auguſt. Præclaus vltimus filius Aulicus Auguſti Regis. Chriſtophorus à Franc. Humienſki domi in carcerem acceptus. Bielſ. 704. *Adalbertus Gnoinſki, ſtrenuus miles moribus & virtute celſus, qui Iudex Caſtren. ſub magno Exercit. Præfecto Koniecpolſki fuerat, electionem Vladiſl. IV. ex Sendomir. ſubſcripſit. Extant plurimi ingenio & marte præclari viri, ex quibus in electione Sereniſſ. Regis Vladislai ſubſcripſit Ioannes de Gnoynik Gnoinſki, Subiudex Terræ Sendomirien. Deputatus ad articulos iudiciorum Warſauienſium, qui etiam vná cum Petro eandem electionem Vladislai Regis ſubſcripſit.*

Lekizyccij *diuiſione bonorum à Gnoinſciis aliter denominati, in Sendomir. Palat.* Zarzeccij *ibidem.*

WASKIEVICIORVM.

DELINEATIO & ORIGO.



EST ſcutum intra quod crux ponitur ad baſim diuiſa & ceu radicata, crux coloris aurei, campus cæleſtinus. Sub temporibus Regis Iagellonis militi Chriſtiano conceſſa, dum animo ſagaci contra hoſtes & inimicos crucis Tartaros procederet victorque fieret.

Non temerè cæcam vir fortis fertur ad iram,
Iuſta ſed indignè læſus in arma ruit.

MILES DIVES.

DIuitem propriè non ex alienis bonis & diuitijs appellamus, neq; etiam ex fictis & falſis, ſed ex proprijs & veris. Quibus igitur bonis verè fit diues miles? *Dicerem:* Superbo equo, frenis aureis, gladio, gemmis ſa-

mis ſaphiriſque ornato: ſed qui his vix miles dicitur, imò excepto equo miles eſſe negatur, iam diuitias militis non hæc affirmanda erunt. Dicerem diuitem militem, cui ſtatiua dantur opulenta, cui largiuntur præmia digna pro meritis, cui ſucceſsio honorum redditur in caſtris. Profectò diuitiæ ſunt hæc militis, ſed paruo tolluntur tempore, leui annihilantur occaſione, & quod magnæ conſiderationis eſt, edax tempus quod non depaſcet, cruda mors eripiet. Quocirca vix bona hæc appellabimus quæ modò ſunt, modò non erunt, veræ militis diuitiæ perpetua pro ſummo labore in ſanguine & vita fore debent. Hinc D. Bernardus ad milites vtroſque tàm Spirituales, quàm Regnorum, ſerm. 4. de Adu. dicit: *Filij Adam genus auarum & ambitioſum audite, quid vobis cum terrenis diuitiis & gloria temporali, quæ nec veræ nec veſtræ ſunt? Aurum & argentum nonne terra eſt rubra & alba, quam ſolus hominum error facit aut magis reputat precioſam? deniq; ſi veſtra ſunt hæc, tollite ea poſt mortem vobiſcum, ſed homo cùm interierit non ſumet ſecum omnia, neq; deſcendet cum eo gloria eius.* Verè ergò diuitiæ non opes ſunt, ſed virtutes quas ſecum conſcientia portat, vt in perpetuum diues fiat. Talis profectò fuit parens horum armorum, cui pro meritis virtuoſis crux fixa conceſſa fuerat, diues erat in conſpectu Dei & Principis, diues conſcientia, diues æternitati, diueſque ſaluti. Monebat olim Sacra Scriptura dicens: *Tantum colligite vobis de manna cæleſti, quantum ſufficiet ad diem præſentem, in craſtinum nihil ſeruate.* Qui ergò manna ſeruauerunt in craſtinum, vermes & putredo fiebat. Ita diuitiæ huius mundi ſunt putredo & vermis occaſionaliter, diuitiæ verò conſcientiæ ſunt vita perenniter. Ergò contenti ſtipendijs veſtris & pugnando pro Deo, Fide, Eccleſia & Patria, diuites virtute eritis, & in conſpectum Dei diuitias ſecum reportabitis. Delicatè Claudianus:

Nec tibi quid liceat, ſed quid feciſſe decebit
Occurrat, mentemq; domet reſpectus honeſti.

His armis nobiles Waſkieuicij de Minſcenſi Palatinat. adnotant Familiam ſuam.

W A Z Primò.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſerpens erectus cum corpore tortuoſo in medio militaris parmæ, coloris lutei in campo glauco. Conceſſa fuerunt militi ſic dicto, quod plurimis vicibus cognitis ſtratagematibus hoſtium, corroſerit ſpem fortunáq; hoſtis, Quocirca iuxta nomen & factum arma ſibi Duces Maſſorum contulerunt. Notant Annum ex Hiſtorijs 1306. ſub Vladislao Lokietek, ſed ex Dlugoſſ. patet quod ſub. A.1260. iam Epiſcopus Plocen̄. ex armis Wąż erat.

HONOS EX VIGILANTIA.

INter geſtamina bellica Regum Ægiptiorum nedum imponebantur capitibus leonis, tauri, lupi, aut alterius cuiuſque feræ priores partes, ſedetiam ſerpentum & draconum. Habet aliquid ſerpens & tutelaris, dùm coria ſerpentum tegumentorum bellicorum vſum præſtitiſſet Amazonibus in Lybia, *Pier: Valer: lib: 41. cap: 17.* At præcipuum inter cæteras ex natura ſua dotes id habet ſerpens, quod vigil cautuſque ſit. Quocirca in Obeliſcis antiquis videmus, cùm aliquis Rex vel Princeps curam populi ſui geſsit regiam, vigilem, & tutelarem, illi in monumento anguem vigilem vertice ſurrecto erectoque pectore defigebant formabantque, & ornabant titulo: CVSTOS. Quocirca Homerus inquit ſomnum Neſtoris compellaſſe Agamemnonem Iliad. 2.

Non decet ignauum tota producere ſomnum
Nocte virum, ſub conſilio, ſub nomine cuius,
Tot populi degunt, cui rerum cura fideſq;
Credita ſummarum.

Armorum præſentium rem progreſſumque ſi inſpicere licet, non aliud intro videbimus, quàm honorem nobilitatis & libertatis, ex ipſa vigilantia in bello inchoatum, amplificatum & auctum. Argum ille exprimebat draconem viſu acutiſsimum imitabatur, alterum Epaminondam efformabat. Cùm enim clariſsimus hic Imperator in hoſtis fortitudinem procederet draconis geſtamine inſignitus ſiebat, cui dùm antiquitas poſt prælium Mantineum parentare cupiebat, erexit columnam cum clypeo draconem in eius memoriam ſculptum oſtentante, *Pier: Valer. lib: 15.* Ita profectò non quidem draconem miles Wąż in capite, ſed in pectore ferebat; dum hoſtem Patriæ, inimicum Regis, inuiſum Senatûi aggredi tentabat, quocirca ſerpentem draconem pro ſtemmate obtinuit qui hoſtem deuorabat, vt verò honos Familiæ veſtræ permaneat, vnicum vobis adfero remedium ex Ariſtophane. Finxit ille duos ſerpentes, qui oculos Pluti in gratiam Æſculapij lambebant, quo non intendebat malum cæcitatemque Pluto, ſed lambendo oculos grati animi affectum exprimebat, quod beneficio illius ex cæco cernere cæpiſſet. Tali vobis pernæceſſum erit lambere oculos Patriæ & Principis, hoc eſt, dulci conuerſatione inter nobiles allicere affectum Principis & obſequio vigili, lucentes reddere viſus lucernas, quibus ad honeſtum vtile & delectabile veſtræ Familiæ animaretur induceretur que. En Principis echo.

Gratia magna manet: quia virtus præmia laudis
Sentit, & illius fata ſequetur honos.

Vtuntur præſentibus armis Podoleccij in Ruſſia in Præmislień. Terra. Staniſlaus magnus bellator cum Sieninſka Caſtell. Haliciеń. filia, qui poſt Archiep. Leopol. matr: tenuit, ex quibus vna fuerat conſors Herburti, fæmina ſpecioſa fa-

cie, à quo in labyrinthum vitæ deducta quoq; fuerat, ſed aſſumpto habitu ſacro pœnitentiæ, Cracoviæ diem clauſit pœnitens extremum, & qui peccat Domino peccat, peccatorum condonatori, arma ponuntur ſerpens ſimpliciter. Sunt quoque Węzij in Præmislienſi diſtrictu, puto cognominatos à præſentibus armis.

W Ą Z Secundò.



DELINEATIO.

EST ſerpens coronatus auro, caudam ad medium tenens complicatam, in ore ramuſculum cum folijs mali atque fructu deſert, ſerpens eſt rectus luteus, pomum viride, campus ſanguineus. Super coronam quinque pennæ Struthij.

ORIGO.

QVia ob vigilantiam & magnam ſolerciam in rebus bellicis collata fuerant arma Wązyorum, vt ſuperiùs diximus: hic additio facta, quod in tot prædis & incurſionibus à Lituanis, Ruſsis, Tartaris, præcipuè Syradienſis Terræ, omni à moleſtia famis, & ſanguinis liberauerit. Corona præſidem Syradiæ exprimit, fructus opulentiam denotat.

AMPLITVDO NOMINIS.

LIcet falſis vaniſque augurijs, nec leuis adiungenda ſit fides, quid tamen antiqui fælicitatis ſuis inaugurijs haberent non indecet videre, ſerpentem illi magni ominis fuiſſe aſſerebant. Quum enim parentum vnus vidiſſet filium ſuum dormientem complicatum habere caput à ſerpente, cucurrit ad auriſpices, cui dixerunt: *Nil illo puero clarius, nil nobilius fore.* Hinc Aurelianum Verum, Seuerum, Maximinum Iuniorem, Alexandrum Macedonem, & alios Imperatores felices dixêre Scriptores, ex ipſo ſerpentis indicio, *vt Pier: lib:* 15. *& Suetonius in Auguſto & Nerone demonſtrat.* Adaptat propoſitum tituli, cùm viros ampli nominis in caſtris draconarios vocitarēt, primumque militem ſub anguis colligerent. Vnde Ammianus Marcellinus deſcribendo Conſtantini Imperat. aduentum in vrbem dicit: *Dracones haſtarum aureis gemmatiſq; ſummitatibus illigati, hiatu vaſto perflabiles, & ideò veluti ira perciti ſibilantes caudarumq; volumina relinquentes in ventum.* Vt igitur præſentibus armis auro ſplendentibus, & corona regali fulgentibus demus titulum, meritò ex his amplitudinem nominis aſsignabimus, nedum enim eandem ſerpentes coronam formantes ſignificabant, ſed etiam ad con-

ſequendam amplitudinem dictam profectui erant. Serpentibus enim ſtratagema Annibalis fælix, ſerpentibus cum Pruſsis dimicando victor glorioſus (nauali illa expeditione immiſsis viperis & ſerpentibus, in vaſis luteis clauſis, in naues hoſtium) effulſit. Quapropter Ægiptij ſerpentem quem Vbæū appellabant, ex auro efflabant, & deorum capitibus circumponebant. Putabant enim, *vt inquit Philo*, ſerpentem ſpiritualiſsimum eſſe omnium animal maximè igneum, longæuum, præterea qui vix naturali nece conficiatur. Sed quicquid illi de ſuo ſerpente dixerunt, nobis qui Politicum & Metaphoricum nunc ſerpentem ſpeculamur, id liquidò conſtat, ſerpentem hunc ſpiritualiſsimum, igneum, longæuum, æuiternumque permanere, ita quod annos hos fælicitatis & æui Wążorum conſiderantes, minimè illos tangere illud Sacræ paginæ videamus: *Cùm morietur homo hæreditabit ſerpentes.* Viuunt enim æuiternè in poſteris, traduntque poſteris ſuis ſerpentis lauream & honorem. Sed audi care Lector.

Fas erit hic noſtræ vultus agnoſcere gentis,
Atq; dare alternis mutua verba ſonis.

LINEA FAMILIÆ WĄZ Secundò.

WĄZ *vnus ex nobilibus primorum Wazorum, cui talis additio facta fuit, Adminiſtrator Terræ Syradienſis & Arcis,* de quo Paprocius in Nido folio 1288. *Erat à Ducibus Maſouiæ tali honore prouiſus circa Annum* 1200. *cuius poſtmodùm poſteritas ad differentiam aliorum, & ob ſpectata merita & genium Wężyk. Petrus Wąż cognominatus Niedich Epiſcop. Plocen. electus,* Anno 1260. Dlugoſsius. *Ioannes Wąż de Mnich apud Vladislaum Maſouiæ Ruſſiæq; Dominum, erat Vicetheſaurarius Curiæ, vt patet ex Actis Sochacouien. feria 3. in die S. Martini Confeſſ. Anno* 1466. *vbi legitur:* Vladiſlaus Dei gr. Dux Maſouiæ Ruſsiæque Dominus, &c. Significamus tenore, &c. Quomodo coram noſtra conſtitutus præſentia Nobilis Ioannes Wąż de Mnich Vicetheſaurarius Curiæ Noſtræ, Nobili D. Margarethæ filiæ Leonis de Kriſzko conſorti 500. ſexagenas, &c. in & ſuper totali villa Troianowo donat. *Quod quidem Troianouum ab eodem Duce ad vitæ tempora ſi deceſſiſſet ſterilis conceſſum pro meritis eidem fuerat.*

Maldrzycij, *cognomen accepit quidam ex Waziis, à caſeo Ruthenico de lacte ouium Maldrzyk ante vocatum: Cùm enim miles hic Wąż cum Caſimiro Duce Maſouiæ in venatione oberraret inter ſyluas ſemitis amiſſis, Duci famelico ad veſperam ferè iter non inuenienti, obtulit panem & ouinum caſeum atq; lagenam ceruiſiæ, quibus refectus Dux, prouiſo militi conceſſit partem ſyluarum æuiternè, vt ſibi villas & domicilia conſtrueret. Hunc igitur nobilem Wąż aulicorum caterua Maldrzyk cognominarunt. Nicolaus Maldrzyk Vitoldi Aulicus & miles, ille legationem a Vitoldo perficiebat ad Vladislaum Iagellonem Regem de ſua coronatione Anno* 1430. *Hunc Bielſcius armorum Rożyc*

ponit,

ponit, ſed vt modò apparet, armorum Wąż Maldrzykum fuiſſe, iam errore Roſeum dicendum. Nicolaus *Maldrzyk de Stárogrod Caſtell. Belzenſis,* de quo Priuilegia Regni Anni 1436. refert Paproc. in 2. Opere. *Vltima ex hac Familia Maldrzykorum progenies ex ſexu muliebri bona intulerat in domum Toporowum, quæ demum Marćinkowſcij in domum in diuerſas Familias ceſſerunt, vt Przeworſko, Wieprzowe ieżiorſko, &c.*

Dietowſcij *in Maſouia, in Zawkrze & Podolia, viri bello & obſequiis Patriæ clari, quibus non ſolum iudicia Terrarum commiſſa fuerunt, ſed a primis quoq; militibus in caſtris & Ducibus in Wiſniowiec ſigna bellica commiſſa, ipſaq; vices adminiſtratio Ducalium exercituum in Caſtris.*

Podoleccij, *aliqui enim non ſimplici ſerpente vti dixerunt.*

Ciechomſcij *in Goſtinenſi diſtrictu, Stephanus qui poſt exercitam adoleſcentiam in Aulis Magnatum, & iuuentutem in caſtris bellicis, numeroſam prolem militarem reliquerat ex Eliſabeth Puczkowná armorum Godźiambá Ioannem & Simonem, ex Anna Myſliborſka armorum Dolegá, Paulum Aulicum Sereniſ. Regis Stephani, & ſtrenuum militem ad Gedanum & in Moſchouia: Laurentium militem, Michaelem & Sebaſtianum milites, electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſerunt ex Goſtinenſi Terra, Stephanus Pincerna Goſtinenſis & Andreas.*

Rzeſowſcij *in Cracouienſi Palat. Stanislaus electionem Vladislai IV. Sereniſſ. Regis ſubſcripſit.*

Grochowſcij *in Sendomirienſi Palat. ad Opoczno. Georgius eximius miles & ad Reipub. negotia ſtrenuus & aptus, in curia Iazłoweccij Supremi Exercituum Ducis nomen clarum efficit, meminit Georgij* Ianuſouius in Statuto fol: 11.

Karnowſcij *in Caliſienſi Palatinatu.*

Borkouij *in Crac. & Sendomir. Palatinatibus habent ſuas poſſeſſiones. Stanislaus Borek Decanus Cracou: ſubſcripſit in Comitiis Cracouiæ Anno* 1546 *nobilitationem Stanislai Skrzyſzowſcij ſub Mieleccio Duce Supremo Exercituum Ioannem Borek Caſtell. Brzezinenſem habet* Conſtitutio Regni apud Ianuſouium fol: 402. *Stanislaus Borek Goſtynſki Iudex Wielunenſis, electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Wielunenſi Terra ſubſcripſit.*

Koyczan *Sukowicz in M. D. Lit. hic in vnione ad Regnum primus ſuſcepit arma hæc Wężyk in inſigne nobilitatis pro ſe & Familia ſua in Comitiis Hrodlenſibus* 1413.

Kozarſcij *à Kozarki in Rauenſi Palat. Andreas miles ſtrenuus poſt reddita Patriæ obſequia, ex Ryczkowná ſuſcepit Lucam & Thomam Rothmagiſtrum, qui triumphante Sereniſſ. Rege Sigiſmundo III. ad Smolenſcum occubuit, ex Babſka nouem filios receperat.* 1. *Stanislaum Rothmagiſtrum ad Chotinum contra Oſmanum cum Dorothea Gorſka armorum Doliwá habuit Samuelem Canonicum Leopol. & Maximilianum Camerarium Caroli Principis Polon.* 2. *Sebaſtianum.* 3. *Ioannem.* 4. *Laurentium, qui ex Rilſka ſuſcepit prolem.*

5. *Ada-*

5. Adamum, cuius conſors Kochánowſka armorum Kruczek. 6. Albertum militem, qui ex Buielſka habet filium. 7. Gabriel miles. 8. Matthias miles. 9. Stephanus miles.

WAZ Tertiò aliàs WĘZYK.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſerpens vigilans & ſtans, tortuoſus, ceu in altum exurgens & tendens corona aurea inſignitus, ore tenet ramuſculum cum folijs & pomo viridi, ex medio pomi quaſi excreuit aurea crux. Differentia ſunt hæc arma à ſecundis in duobus. Primò, quia ibi ſerpens habet complicatam caudam, hic verò explicatam. Secundò, quia hic cum pomo & viridis folijs conſpicitur crux aurea, ibi verò non reperiebatur. Patent arma hæc in Synodalibus Conſtitutionibus Regni ſub Illuſtriſſ. & Reuerendiſſ. D. Primo Principe Primateque Regni Węzyk editis. Hæc Węzykorum arma ab antiquo fuiſſe in Concione funebrali, Ioannis Węzyk Archiep. prædicti innuit in linea Węzykorum, *R. D. Ioannes Rożycius Præpoſit. Koſcinen. & Sremen.* Quam tamen crucem ſatis abundè illuſtrauit in Familia ipſe Primas & Archiep. cùm Summus Pontifex facundia ipſius illectus eius imaginem habere in Palatio Apoſtolico deſiderauerit, atque illi conferre honorem Cardinalatus optauit, vt legitur in illius vita.

PRINCEPS OPTIMVS.

SI licuit Ægiptijs optimum Principem, & dantem vtiles & neceſſarias Prouinciæ leges medio ſerpente (quametſi non integrum quid & defectuoſum indicaret) ſignificare: multò oportuniùs optimum Principem, tàm lucenti corona & ſplendenti cruce cum pomo adnotare licebit. Non enim iam quid aduerſi & venenoſi de tàm ornato capite & ore ſperabimus, ſicut Tarquinius ſuperbus de lignea columna elapſum conſpiciendo anguem, proſpernatus non bona futura prædicebat. Tàm decorus ſerpens, Epidauri iam nomen habebit & draconia templa ſibi merebitur, *de quibus Valer. Max. lib*: 1. *cap*: 8. Meritò itaque tàm ſplendidus ſerpens Principem optimum ſymbolicè denotabit. Ludouicus Galliarum Rex Chriſtianiſsimus, temporis ſui fælicitatem vt mundo figuraret, erexit Mercurij virgam pacis, ad quam appoſuit duas quaſi agentes factitanteſuè manus hominis viui, duas ſpicas

tritici,

tritici, binas aquilinas alas, & hæc omnia circumduxit duobus ſerpentibus, & ſubſcripſit: *Fælicitas temporum.* Me hercule cùm fælicitas Regni fiat ex vita Regis, iam hoc ſymbolo conditiones optimi Principis non inconcinnè delineauit. Hæ ſunt conditiones Principis optimi fælicitatem ſibi ſubditiſque deſiderantem: *Cura pacis.* Nulla ſalus bello pacem te volumus omnes. *Operatio virtuoſa.* Otia enim ſi dant vitia, non virtuoſa actio generabit malũ. *Eleuatio cordis & animi in cælum.* Nam ſi terra es in terram ibis, ſi verò de cælo & cæleſtis es, ex ordinatione per creationem cælum inſpice, meditare, ſat age: Fructus verò triticei, docent Principem non ſibi natum eſſe, ſed ſibi ſuis amicis & ſubditis, vnde proficuum eſſe oportet omnibus, quia bonum eſt ſui communicatiuum. Prudentia verò hæc ſerpentibus expreſſa dabit, à qua ſunt pax, virtus, actio, meditatio, commodum vitæ, & omnis fælicitas temporum. Quocirca Seneca Thyeſt.

Vbi non eſt pudor
Nec cura iuris, ſanctitas, pietas, fides,
Inſtabile regnum eſt.

Et Curtius lib: 7. *Fortunam tuam ô Princeps preſſis manibus tene, lubrica eſt, nec inuita teneri poteſt, impone fælicitati tuæ frenos, facilius illam reges.* Nero ſerpentis ſpolio cum tãquam amuleto vteretur *inquit Suetonius,* omnia eius optima erant & proſpera, vt verò ſpoliũ abiecit, aduerſa fortuna & preſſit & ſuſtulit illum. Amuletum eſt optimi Principis ſymbolum allatum Ludouici Chriſtianiſsimi, quod ſi abiectum fuerit, hæreditabit ſerpentes, nocentes, detrahentes, vellificantes, intoxicantes. Ergò Claudianꝰ concludat.

Manſueſcunt varij vento ceſſante Dracones.

LINEA FAMILIÆ WĘZYKORVM.

WAż à quo benignam & facundam appellationem ſortiti fuerunt Węzykouij. Effecerunt hoc virtus, ingenium, mores, vt ad ornatum coronæ, auream quoq; reciperet crucem, quam quidem crucem, alij ex ore cum pomo poſuére, alij in vertice pomi extulére. Paulus Wężyk, qui cum Alemanis militarem exercuit, dum Cruciferos adiuuabant, in itinere Drabimum vnà cum Dobrogoſto Nalecio Caſtellano Caminenſi receperunt, & præſidia poſuerunt. Inter eos erat Paulus Wężyk qui ſignificauit noſtris de facili recuperatione arcis, & dato verbo retia venatica ferarum ex arce expandit, quibus ceu ſcalis vſi Poloni, arcem obtinuerunt Anno 1423. cui in præmium contulit Sereniſſ. Rex certam intratam ex ſalinis Vielicienſibus, Cromerus dicebat fuiſſe Germanum, ſed Bielſcius inter germanos militem ſcripſit, & magis applaudet, nam non legimus nobilitatum vel indigenam factum eſſe, ſed remuneratum à Rege, quod profectò prius feciſſet Rex, dum prouentum in Regno fideli militi aſſignauit, inde verior coniectura ex Węzykorum Familia militem in exteris nationibus militari dignitate occupatum, & legibus durioribus Germanorum adſcriptum

Nn *præſi-*

præſidiarium arcis conſtitutum fuiſſe, qui poſtea amore Patriæ, ſecretum Regi detulit, atq; recuperandi caſtri proprij Regalis fælix occaſio fuit, quod etiam ex ſcriptura colligitur, nam ipſe Cromerus lib. 1. de ſitu Poloniæ, dum ſtemmata enumerat, arma præſentia nobilitatis Wężyk ſcripſit. Quocirca melius interpretatus fuit nomenclaturam hanc Bielſcius ſcribendo Wężyk, quàm Blazouius interpres Polonicus Cromeri Wenzyc. Stanislaus Wężyk in Wężykowa Wola hæres Anno 1407. cuius Andreas Notarius Syradienſis, moribus, genio & conſilio præclarus, conſortem Koniecpolſciam habuit, cius filij Ioannes Succamerarius Syradienſis. Stanislaus, qui magnarum fortunæq; & fortitudinis encomiis in nouis & locupletibus poſſeſſionibus hæreditatem fundauit, nimirum in Siedliſka à quibus Siedleccij, & Oſinie à quibus Oſinſcij, & Widawá à quibus Widawſcij proceſſerunt. Petrus Wężyk Vexillifer Syradienſis, poſt eximies actus in nobili expectatos hæreditatem in Wężykowa Wola ampliori colluſtrauit patrimonio. Diſpoſuit enim bona natis ex Barbara Iwánowſka, vt filius primogenitus Stanislaus hæres fieret in Dambrowká, Petrus in Párzniewo, Ioannes in antiqua hæreditate Wężykowa Wola cum minoribus Stanislao & Hieronymo. Hieronymus Wężyk maiorum veſtigia ſobria mente, moribusq; ſectando, contracto Sacramenti vinculo cum Dorothea Zalemſka, ſuſcepit filios Albertum, Petrum & Ioannem. Albertus filius 1. boni æquine amatoris Patriæ conſequutus laudem. Petrus alter filius Venator Syradienſis. Ioannes minimus palmam præripiendo fratribus mores, virtute, conuerſationem honeſto, literas prudentia, conſcientiam pietate adornauit. Quocirca in Aulam Sigiſmundi Regis adſcitus, ex Notario Palatij Prælatus Cathedrarum Eccleſiaſticarum, tum Adminiſtrator Abbatiæ Claræ Tumbæ, à D. Iuone de domo Odrowąż Epiſcopo Crac. fundatæ, & ob id ille gratus iſtius eius beneficij, cuius particeps erat, ſepulchrum ipſius in Choro Eccleſiæ SS. Trinit. Cracouiæ apud PP. Ordinis Prædicat. perpolito Marmore contexit A. D. 1608. inde Præmislień. Epiſcopus, deinde Poſnanienſis, tum Primus Princeps Primasq; Regni & Archiep. Gneſneń. In quo munere Ordinauit Epiſcopos decem, Presbyteros quatuor millia & vltra, licet debilis ſanitatis quotidie ferè fuiſſet. Qui tàm ſalutaris regno fuit, vt plurimis remedijs pacem cum Guſtauo eiusq; milite compoſuerit, negotia Eccleſiæ dextere peregerit, obſequia Patriæ continuo ſincere tractauerit, bello pacem, paci quietem contulerit. Neq; deſunt vota voceſq; Epiſcopatuum optimi Paſtoris, qui etiam in termino vitæ eorum recordatus fuerat; cùm enim teſtamento legauerit mille florenos ad ſacrificia pro anima ſua, ſtatim ad has Eccleſias ordinauit Eleæmoſynam, ad Grabinenſem vbi leuatus è ſacro fonte fuerat, fundauit quindecim millia florenorum, ad Sendomirień. 500. ad Cracouienſem 600. ad Megilam calicem & crucem de argento, & pluuiale pretioſum, ad Præmislień. 500. ad Poſnanień. 500. & calicem de puro auro ex trecentis aureis, atq; centum taleres pro amiſſe, ad Varſauień. 500. ad Skierniciouień. 300. ad Vniciouień. 300. ad Lenciciań. 500.

ad Gne-

ad Gneſnenſem calicem de puro auro ex 444. Vngaricis elaboratum, quatuor candelabra argentea, & mille florenos, ad Louiceń. vbi quieſcit 30. millia florenorum pro ædificio Capellæ & fundatione, in Anniuerſarij diem 500. & & claudendo teſtamentum dicit: Quicquid pecuniæ collectum fuerit, pro grauioribus egentium ſubditorum Archiepiſcopatus neceſsitatibus, præſertim pro pane & victualibus ſubminiſtrandis lego. *Cum morti proximus foret, verba ad imaginem Crucifixi habuit:* Laus tibi Chriſte qui pateris in Cruce pendens pro ſeruis. *Dum verò conſpexit ſacerdotem ad ſacrificium properare, inſtitit dicendo:* Tollite me & ferte ad Dominum meum. *Admonenti Canonico vt proferat poſt abſolutionem generalem de peccatis ter nomen Sanctiſſimum IESVS, reſpondit:* Amantiſsime Pater, non ter ſed millies. *Sicq; proferendo dulce nomen IESVS, reddidit animam Redemptori ætatis 63. Hic poſt mortem Sigiſmundi III. Regis Pol. in Comitiis Generalibus Varſauien. à ſe indictis, in locum Patris à tota Nobilitate Regni filium Sereniſſimum Vladislaum in Regem electum nominauit, & poſtea Cracouiæ ſolenni ritu coronauit. Nicolaus Wężyk in Ruſſia, de Chrzaſtowice venit ex Zatorienſi diſtrictu Secr. R.M. Eius filius Stanislaus ex Goſtáwſka ſuſceperat Theodorum & filias. Ioannes Wężyk Cubicularius & Aulicus Regius. Albertus Decanus Gneſnenſis, Præpoſitus Louiceń. Cuſtos & Canonicus Cracou: optimæ expectationis vir ob ſingularem virtutem & cum pietate beneuolentiam.*

Oſinſcij, *Hi à bonis Oſina nuncupati vt ſuprà diximus, Quocirca in Electione Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Syradienſi Palat. ſubſcripſerunt. Ioannes Wężyk Oſinſki Venator Syradienſis. Hieronymus Oſinſki, ex Syradień. Palat. eandem electionem ſubſcripſit.*

Widáwſcij, *& hi à bonis aliud cognomen retinent, vnde ſubſcribunt. Mathias Wężyk Widáwſki. Andreas Wężyk Widáwſki, in ſuffragiis electionis Sereniſ. Regis Vladislai IV. Aduerte Widáwſcios etiam eſſe armorum Abdank, cum ipſius filia contraxerat matrimonium Widáwſki Wężyk* 1427. Bielic. fol. 328.

Siedleccij, *& hi à bonis ſortiuntur appellationem cùm propriè ſint Wężycij, vnde ſubſcripſerunt electionem Sereniſſ. Vladislai Regis. Valentinus Siedlecki Wężyk.*

W A Z Quartò.



DELINEATIO.

EST ſerpens in corona, & aſſerunt Cadmum eiuſq; poſteros his armis vſum fuiſſe, *ſicut etiam in Teſſeris Gentiliciis Petraſanta Societatis IESV habet.* Hoc ſtemmate ſi aliquis in Regno vtatur, non mihi occurrit, ſed quia Regnum ampliſsimum Pol. coagulatur ex diuerſis gentibus, fieri poteſt aliquos ſupereſſe.

WAZ Quintò.

DELINEATIO.



EST ſerpens in corona aurea, ore infantem pedibus premit, ſerpens tortuoſus ſtans. Longobardorum Reges tali vtebantur ſtemmate, eiuſdem ſtemmatis fuerat Bona Sfortia Regina Pol. Sigiſmundi Primi conſors, Ducis Mediolanenſis filia, Mater Reginæ Poloniæ Annæ, Sereniſsimi Regis Stephani conſortis. De Sfortiorum Familia à Franciſco & filijs eius, vſque ad ortum Reginæ, compendioſè *habet Bielſcius folio 539.*

IAM IOVE DIGNVS.

IVdentem infantem in cunis cum ſerpentibus inter ſymbola dùm appoſuit Iul. Guilelm. Zincgreſsius, ſcripſit lemma: *Iam Ioue dignus.* Quia enim aræ Draconariæ erigebantur, facilis coniectura fuerat, inter dracones & ſerpentes ludentem infantem, Iouem cum illo magnum aliquid propoſuiſſe. Me hercule coronam auream in vertice ſerpentis dùm conſidero, & alterum deuorantem vel potiùs ludentem cum infante dùm ſpecto, Iouem reptaſſe cenſeo dignum quid cum ipſo diſpoſuiſſe. Henricus Borbonius Nauarræ Rex, ſuper caluariam hominis complicatos poſuerat pro ſymbolo ſerpentes, & dedit ad legendum: *Te nunquam timui.* Quid quæſo habet ſerpens ad mortem? Quid ſibi magni de caluariæ ad ſerpentes adnectæ proponebat, vt auderet dicere mortem omnium terribilium terribiliſsimam, nil modò valere nec quando ſibi terrorem inculcaſſe? Sit illi prudentia pro ratione quam ſerpentes ſignificant, ſit cauta vita, quam ſua circumſpectione ſerpens, qui *Hæbraice cautus vocatur* docet, ſit fides vera, quam ſcilicet coram Pharaone Moyſes exprimebat, habeat ille fundamentum dicti quod velit. Mihi verò dum in draconis ore video medium infantem, illum tamen & viuum & illeſum permanere magis applaudet, vt dicere infans poſsit: *Te nunquam timui.* Ratio, quia iam ſum Ioue dignus. Auguſtiſsimus Henricus Imperator pomum aureum cum cruce à Pontifice Summo Benedicto, dùm Romam veniret accepit. Cui Imperator: *Nulli melius hoc pomum poſſidere congruit, quàm illis qui virtutem crucis Chriſti ſequuntur.* Profectò qui Ioue dignus, ſequitur ille Crucem Chriſti. Æternæ memoriæ eſt Regina Bona quæ Regno Pol. adiunxit bona propria, quæ Barium in Confinibus Regni ad præſidium Chriſtianitatibus à Tartaris & Valachis erexit, muniuit, quæ Rege ſuo & filia Regina innumera beneficia Regno contulit, cui Dominus concedat, vt non timendo mortem vitam conſequatur perennem.

WĄZ Sexto.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt duo ſerpentes coronati, oculis ſeſe inſpicientes curuati verſus ſe, caudis verò ſeſe tangentes. Hanc quidem formam *Pier. Valer. expreſſerat,* vbi ſerpentes quaſi ſeſe deoſculari cupientes pingebat, ſed cùm hanc conſidero figuram, conijcio tales ſerpentes in inimicitias aculeos acuere. Quocirca puto acquiſita inter inimicitias inter Reges in bello hoſtili, ſerpens enim coronatus dominium ſignificat, aculei diſcordes plurimùm animos & in hoſtilia vergentes.

BELLVM IN PACEM.

BEllum non ſuſcipitur à Principe optimo, niſi vt fiat pax; nam ſi aliquo reſpectu non probo ſuſcipiuntur, probrum generant. Hinc monebat D. Auguſt. contra Fauſtum lib: 22. cap: 74. *Nocendi cupiditas, vlciſcendi crudelitas, implacatus & implacabilis animus, feritas rebellandi, libido dominandi, & ſi qua ſunt ſimilia in bellis iure culpantur.* Græcus verò Euripides auſus eſt ſcribere:


Iniqua bellans bella, ſaluus haud redit.

Quocirca Orphei ſtatua licet inſenſibilis, fortium virorum in gloriam intentum, maximè laudibus expoſuit. Refert enim Arrian. de expeditione Alexandri quam in Perſas parabat, quòd in Pieria ſtatua Orphei repente ſudauerit, quo cum plurimi turbarentur, eximius vates Ariſtander Telmiſſeus expoſuit: *Poëtas cuiuſuis generis magnopere laboraturos in deſcribendis atq; decantandis geſtis Alexandri.* Profectò meretur perennem gloriam, qui in belli intento, non aliud quàm pacem meditatur, & eo modo, quo infamem progreſſum truces aſſequuntur viri. Salamandra feralis bellua, Ioue vt aiũt tonante ſæuientibus nimborum procellis, & fœda imbrium eluuie longè latèque omnia inundante prodit in lucem. Hoc me hercule ſemine creſcunt Salamandræ improbi & ſcelerati Principes, qui rapinis, cæde, cruore, ruinis, ſe nomenque ſuum promouent & extollunt. Meritò igitur horum armorum Patroni & hæredes duobus his ſerpentibus inſtruunt, qui non ſeſe pungunt iam neque vulnerant, ſed blandè conſpiciunt, ſibi applaudent, & oſcula mutua præbent ſe pacem velle, earumque patronos bello non aliud quàm quietem quæritare. Fecerunt decora virtutis fugiendo, quod D. Bernard.

in Epiſt: dicebat: *Pacem contemnentes & gloriam appetentes, pacem perdunt & gloriam.*

Vtuntur verò prædictis armis Iaśinſcij, ex quibus miles in Confinibus Regni fuerat, ſepultus Chijouiæ in Eccleſia Ordinis Prædicatorum.

W E S E L I N Y.



DELINEATIO & ORIGO.

EST canis marinus cum cauda bifurcata, è faucibus linguam exerit, tenet anterioribus pedibus truncum arboris erectum in campo cæleſtino: infra hæc arma eſt linea ſecans ſcutum, in imo ſcuti eſt piſcis carpioni ſimilis. Super coronam tres pennæ Struthionis. Originem quam habeant primam Hiſtoriæ Vngaricæ proferant: puto tamen in bello nauali acquiſita fuiſſe. In Regno Poloniæ ex Vngaria reperiuntur, inter Aulicos enim primores Stephani Regis erat ſtrenuus miles atq; in Vngaria optimè poſſeſsionatus Weſeliny nomine Ferens, qui vnà cum electo Rege Stephano in Poloniā venit cum his nobilitatis inſignijs Anno 1576. Hic cum ab adoleſcentia reddidiſſet obſequia multa cum diligentia Palatino Transſyluaniæ in Regno Vngariæ, plurima quoque meruit ab eodem dum aſſumptus Rex fuiſſet Polonorum.

FORTVNA REVERENTER HABENDA.


QVia Mars communis eſt, & interimit quandoque perimentem, ex his ipſis quæ alicui tribuit, quod ſit mutabilis reputandum liquido, vnde Curtius de Marte & Fortuna: *Fortunam qua aſpirante res tàm proſpere geſſiſti verearis.* Habet *Paulus Oroſius lib*: 4. *cap*: 2. Thebani Ducem Lacedæmoniorum Archidamum cùm in congreſſu belli vulneraſſent, atq; ſuum exercitum deuiciſſent, mox in alio prælio cum Duce ſuo Epaminonda à Lacedemonijs deuicti, & ipſe Dux Epaminondas vulneratus grauiter mortem oppetebat, tandem ſuorum victoria lætatus, ſcutum deoſculatus eſt, & remota manu qua vulnus occluſerat, egreſſum ſanguinis ac mortis patefecit introitum, cuius mortem talis Thebanorum perditio ſubſecuta eſt, vt non perdidiſſe Ducem, ſed ipſi cum eo tunc perijſſe viderentur. Benè præmonebat Seneca:

Semel

Semel profectò premere felices Deus
Cum cœpit, vrget, hos habent magna exitus.

Tenuit profectò Weſſelinus fortunam ſuam reuerenter, dùm in amore Principis & honore Regis non demiſſe permanſerit, cùm enim ex Cubiculario ſtrenuus miles fuiſit, Aulicus Principis factus, ardua in Familiæ ſuæ decus tentauit, & cùm pares ſibi virtute excelluit, poſt deceſſum Gaſpari Bekiez indigena Regni adſcitus, Præfecturam arcis Lanckoronæ obtinuit, atq; demùm viduam demortui Bekiez Regia beneuolentia in conſortem aſſumpſit, acquiſierat etiam caſtrum Dębno à Dębienſcijs poſteris relictis, atque laude bonorum triumphatorum decoratus obijt.

WIEZE ſeu TVRRES.



DELINEATIO & ORIGO.

SCutum militare cum duabus turribus quadratis cum ſpiculato tecto, feneſtras habent ſurſum duas, in medio vnam. Super coronam tres pennæ Struthij. Origo, eſt fortis defenſio arcis graui imminente hoſte, & expugnatio fortalicij aduerſariorum. Sunt aliæ turres duæ, ex turri eminentes antiqua arma in Ducatu Opolienſi & Ratiborieñ. vbi ſuper galeam eadem aſsignantur arma, quod in ſtemmat. Morauianis & Hiſtorijs eorum apparet.

VERI CVSTODES CASTRORVM ET VRBIVM.

SVmma laude celebrandi veniunt Cuſtodes Vrbium & Caſtrorum, tàm militarium quàm munitionum, ſi veri, candidi, prudentes, vtiles Ciuitati & Patriæ. Nam ſicut Deus non eſt diſſenſionis ſed pacis, ita homines pacem tuentes, huius ſui muneris pacis facit contemplatores & adminiſtratores. Quocirca Ieremias cap: 29. cuſtos pacis à Domino conſtitutus orabat: *Cogita Domine ſuper nos cogitationes pacis & non afflictionis, & des nobis finem & patientiam, & inuocabimus te & viuemus.* Ad veram rectamque cuſtodiam caſtrorum & vrbium, ſatis eſt ad incitandum affectus & fidelitatis, ignomi-

ignominioſa exprobratio Iugurthæ Numidarum Regis, cùm enim Calphurnium Conſulem aduerſum ſe miſſum pecunia corrupit, & ad turpiſsimas conditiones pacis adduxit, & Romam veniens omnibus corruptis pecunia ſeditiones, diſſenſioneſque permiſcuit, ingrediendo tali elogio ſolum ſalutauit, & egrediendo palam dixit: *O vrbem venalem & maturè perituram, ſi emptorem inuenerit.* Quapropter veros fidoſq, Regnorum, vrbium & caſtrorum cuſtodes maxima celebrandos laude aſſerui, quandoquidem perfidi & iniqui contemptibili ignominia ſint meritò afficiendi. Tales ego exiſtimo hæredes horum armorum, dùm pro vera, fida, bona, & perpetua cuſtodia turres caſtrorum deferunt. Admonebat Polybius lib: III. Mæcenates de cuſtodibus præficiendis: *Oportet eos qui rebus præſunt nihil magis curare, quàm vt ne eos lateat quo animo ſint, qui aut bella finiunt, aut amicitias conſtituunt, quando temporibus cedentes & quando reuera animis fracti pacem ineunt, vt illos quidem tanquam ſubſeſſores & inſidiatores temporum obſeruent & caueant: iſtis fidem habentes tanquam verè ſubditis aut amicis quicquid euenerit, imperent atq; præcipiant.* Affert ad idem cautellam Cicero Philip: 12. *Nec priuatos focos, nec publicas leges, nec libertatis iura cara habere poteſt, quem diſcordiæ, quem cædes ciuium, quem bellum ciuile delectat, imò talem ex numero hominum eijciendum, ex finibus humanæ naturæ exterminandum puto.* Ergò cuſtos Vrbis, Caſtri & Regni, inſcribe pectori tuo illud Ieremiæ 47. *O mucro, ingredere in vaginam tuam, refrigerare & ſile.*

LINEA FAMILIÆ WIEZARVM.

Wieprzewſcij *in Wieprz. Hos literæ Venceslai Ducis Opauienſis & Ratiborienſis referunt in Anno* 1407. *datæ. Bona Wieprz poſtea tranſierunt ad ad Myſſkouios.*

Nideccij *hæredes in Nidek, Andreas Præpoſitus Warſauienſis, Archidiaconus Wilnenſis, Cuſtos Klecenſis, Cracouienſis, Sendomirienſis, Pultouienſis Canonicus: cuius ſcripta egregia ipſius doctrinam & ſtudium referunt, natus ex Pawłowſka ſorore Epiſcopi Olomucenſis armorum Leliwá. Habuit germanum fratrē Bernardum Parochū in Nidek, virum virtuti & literis deditum.*

Kozłowſcij, *Gaſpar Iudex Terreſtris Ducatus Opolienſis & Ratiboricń.*

Vtuntur talibus armis nobilitatis plurimi in diſtrictu Oſuiecimenſi, & in Ducatu Sileſiæ.

WIENIA-

WIENIAWA aut PERSZTEN

DELINEATIO.



EST caput Vri atrum cum cornibus admodũ lunæ mediæ elatis, in naribus habet circulum ſeu annulũ ex virgis arborum conſtrictum, campus eſt coloris flaui. Super coronam magna differentia videtur, alij enim ponunt leonem eadem arma tenentem, *vt habet Paprocius in Nido virtutum,* alij leonem cum vibrato gladio, & hoc contigit inferioribus temporibus Anno 1470. dùm Leſzczynſcij de Goluchow in Leſzno Comitatum per Raphaelem Aulicum, & Secretarium Cæſaris Friderici obtinuerunt, in legatione componendæ pacis inter Cæſarem & Sereniſſ. Reges Vngariæ & Poloniæ: ibi enim leonem cum vibrato gladio ad velus aureum in meritum & dignitatem perpetuò legatus prænominatus obtinuit. Primitus igitur erant arma hæc in clypeo militari conceſſa, tùm ob præſtantia merita aucta & ornata galea & corona Regali fuerunt, ſimilibus armis in caput erectis, tùm mutata viro magno ex Familia Leſzczynſciorum in præmium concordiæ ſtabilitæ per ipſum, hinc alij gladium minacem leoni tribuerunt, alij eadem arma addiderunt. Adſciti tamen ad arma ab ijs de Goluchow, eiſdem armis meritò vtuntur leone cum gladio, ſed ex in animaduertentia pictorum, & fortè aliquorum hæredum obtinuit vſus, vt omnes armis Wieniáwá vtantur cum leone & gladio. Corrigere verò poſſunt ſpeculando, quòd initia in Regno Wieniauitarum multis temporibus præceſſerunt additionem Cæſaream, non tamen ſine ornatu galea tàm illuſtres viri, ſtrenui, & fortes arma ſæculis, more aliorum præſentarunt. Alij ſuper coronam deferunt arma Prus primò, ſicut in Linea Nobilitatis patebit.

ORIGO.

VEram Originem tùm ob antiquitatem armorum, tùm quia non in Regno ſunt acquiſita ſed ex Alemania vel Morauia allata, & propè ſexcentis nunc annis commorantia in Polonorum Principatu, difficile eſt inueſtigare. Aliqui fingunt Carbonarium exercitio fuiſſe parentem, & hoc dicunt notata Morauorum; alij fuiſſe nobilem militem; & hoc legitur inter deſcriptiones Epiſcoporum Vladislauienſium; alij militem aſſerunt fuiſſe, &

hoc conuenientiùs, nam milites corona digni ſemper fuerunt. Ergò miles robore magnus domicilium ſuum in montibus arti Carbonariorum diſpoſitis ob ſyluarum fœcunditatem retinens, dùm Vrum tenuiſſet, & circulo ligneo per nares immiſſo ligaſſet Regiq́ue deduxiſſet, admiratus ipſius vires, & præcipuè quia eidem Vro armis ad latus tenentibus extractis caput amputaſſet, ipſi pro Gentilicijs idem caput Vri contulit, atque plurimas ſyluas & loca deſerta ad erigendas villas & Caſtella illi obtulit. Et exinde Wieniauius nomine cæpit vocare arma ſua Wieniáwá ex nomine, poſteritas verò vlterior, ab annulo vocata fuit Perſztenij ſeu Perſzteniorum Familia, in Morauia enim *Perſten* annulum ſignificat.

LIBERTATIS NOBILIVM PERPETVI CVSTODES.

QVàm atrox atque nefanda libero homini eſt ſeruitus, tàm amæna & deſiderata omnibus eſt libertas. Hinc propugnatores atque cuſtodes libertatis, magni vt exiſtimandi virtute, ita laudibus ſemper efferendi cenſentur: defendunt enim libertatem non illam quæ totum confundit & deordinat, quæ nec legem, nec Regem, nec Eccleſiam, nec Deum cognoſcit, ſed quàm pro magnis celſisq; meritis, ceu præmium inſigne, antiqui Rerumpub: & Senatuum Adminiſtratores, virtute & fortitudine præcelſis conferebant. Qualem libertatem Cicero in Paradoxo penult: ita deſcribebat: *Libertas eſt poteſtas viuendi vt velis, is autem viuit vt vult, qui recta ſequitur, qui gaudet officio, cui viuendi via conſiderata atq; prouiſa eſt: qui nec legibus quidem propter metum paret, ſed eas ſequitur atq; colit, quod ſalutare maximè iudicat: qui nihil dicit, nihil facit, nihil cogitat denique niſi libenter ac liberè, cuius omnia conſilia, reſq; omnes quas gerit, ab ipſo proficiſcuntur eodemq; feruntur: nec eſt vlla res quæ plus apud eum polleat, quam ipſius voluntas atq; iudicium, cui etiã fortuna ipſa cedit.* Et hanc libertatem Romani concedebant, eandemq; ob abuſum repetebant, *vt habet Alex. ab Alex. lib:4. cap:* 10. Liuius Druſus duodecim Romanorum colonias ſine penſione annua conſtituit. Et Pop. Rom. Ilienſibus ob generis vetuſtatem pleniſsimam immunitatem dedit; Tyrijs, Athenienſibus, Teſſalonicis libertatem conceſsit, quibus deniq́ue D. Seuerus ob egregiam fidem Italicum ius conceſsit. Cyzicenis verò qui Mithridatico bello ob inſignem operam libertatem meruerant: Tiberius Cæſar quod inſolenter in ciues Romanos ſe geſsiſſent, libertatem ademit & ſtipendiarios fecit. Verè maximi fuerant cuſtodes libertatis Wieniauitæ, quum in Familia illorum Illuſtri tot Archiepiſcopos, Epiſcopos, Palatinos, cæteroſq́ue Senatores in Regno numeramus, tantoſq́ue Tribunos militum, Rothmagiſtros inſignes, milites ſtrenuos conſpicimus & legimus. Profectò expreſſerunt virtute & fortitudine naturam biſontis quem pro inſigni deferunt: Biſſons namque adeò vſq; genitum ſe ad libertatem putat, *vt de illo Pier. Valer. Hierogl: lib:* 12. *ſcripſerit*: quòd nunquam vel difficulter propter ferocitatem

citatem capi poterit, & quod ſi eo periculi ſe incidiſſe perſenſerit, ſemetipſum præ ira ſuffocat. Tales & Wieniauitarum Proſapia illuſtri fuerant, Broniſlius Comes, Dobieſlaus Puchálá, Prædiſlaus de Goluchow, Raphael Leſcinius, alijque bello & caſtris, in toga & ſago, clariſsimi Patriæ & libertatis propagatores. Quocirca non immeritò in Tauro Sarmatico ad nominis gloriam Leſciniorum, in aduentu ad Epiſcopatum Camenecenſem, Collegium Societatis addebat:

Sanguinei non ſe iactent pancarpa duelli,
Non rictu immani calce Trucesq; Feri.
Non Iulij Taurus, rigidæ qui immiſſus arenæ,
Vulnere porrexit Rhinocerota graui.
Tauro Leſzczynij palmæ ceſſere cruentæ,
Dum pulcher valido Martis agone nitet.
Hic Othoman genæ vires, hic cornua lunæ
Fregit, Zodiaco dignus Olympe tuo.

ILLVSTRIVM FACTORVM COMPENDIVM.

MAximum audaxque protulit Axioma Demoſth. Olynth. 3. *Non opinor vnquam* (inquit ille) *vt magnum ac generoſum ſenſum induat, qui circa parua & abiecta verſatur, quemadmodum neq; qui circa res præclaras & ſplendidas verſantur, cum parua & tenuia cogitant.* Illuſtris enim viri facta poſt mortem viuere non deſinunt, ſicut & leo etiam mortuus ſine terrore non ſit animalibus, ſed quemadmodum leo nedum in tota mole corporis eſt terror ſed etiam in parte, nam oculus eius ſub axilla geſtatus, cæteris animalibus non leue eſt terriculamentum, *vt ait Statius.* Ita Illuſtrium virorum nomen ipſum & memoria, improbis eſt terrori & timori. Contra leones, vrſos, & terribiles feras inſculptas in ſcuto, quidam muſcam depinxerat dicendo: *Non requiro vt meum ſcutum hoſtis, ſed me ipſum videat dum propè acceſſero.* Facta Illuſtrium virorum non verbo & nomine, non auditu & vulgo conſtant, ſed re, effectu, veritate nituntur; quocirca & poſt mortem nomen celebre optimis, terribile peruicacis & improbis, quorum eſt laceſſere omnes & nemini non inuidere. Sed ſuaue eſt viri beneuoli oculos intueri *dicebat Euripides,* & multò magis viri in quo eſt compendium illuſtrorum factorum vel à natura, vel à virtute, vel à labore collectum. Expreſsit tale compendium Vrus veſter ô Wieniauij, nam licet in parte fuerit depictus, vigilat tamen ſuper eum leo, hoſtem territando ſtricto gladio, vt verò omni incommodo liber maneat, verticem ipſius & cornua ſplendidum velus aureum ornat & protegit. Optimè dicebat Ouidius: *Nube ſolet pulſa candidus ire dies.* Cùm verò in Familia Wieniauitarum omnes tituli & honores ſuam repoſuerunt æuiternéq; ſedem, neque pertulerint quando ponere aliquod anni curriculum, ſine magnæ promotionis ornamento, iam nunquam aduerſam ſibi polliceri fortunam poterint, ſi media exporrecta eorum vitæ placidè ſeruauerint. Ex quorum numero & illud Nazianzeni in tetraſtichis proderit.

Nec fide multum, ne re deſpera nimis,
Illud ſolutos efficit, peſſundat hoc.
Hoc corrigens, illud tenens, reliquam ſine
Liuore rectiùs peragrabis viam.

Sed quid prodeſt varios præbere modos, vitæ conſeruandæ viris virtutibus perilluſtribus clarius ſole lucentibus? His quot paſtores tot modi, quot Epiſcopi tot normæ, quot Senatores tot regulæ, nedum ad familiam illuſtrãdam & conſeruandam, ſed ipſam quoque fælicitatem conſequendam ſunt exporrectæ & adinuentæ. Vnde de Rudgero Epiſcopo Vladiſlauienſi, Author Vitæ Epiſcop. Vladiſlauien.

Compoſitam coluit mentem, virtutibus auxit,
Corporis ac animi templa, nitore pari.

De Vernero, { *Ira grauis procul hinc, procul hinc, ſimulatio, candor,*
Neſcijt ambiguos voluere mente ſinus.

De Alberto, { *Omnibus hic nituit clarus virtutibus heros,*
Sed magis hac inopi quòd tribuiſſet opem.

De Io. Pella, { *Conſilio prudens, & ad alta negotia natus,*
Feruet in augenda religione pius.

De Raphaele Leſcinio Epiſcopo Plocenſi, Author Vitæ Epiſcoporum Plocen.

Propter virtutem per maxima facta decoram,
Hunc releua precibus Lector amice tuis.

De Boſuta Archiepiſcopo Gneſnenſi, Ianicius in Vitis Archiepiſcoporum.

Munificus largitor, orphanos miſeroſq; iuuare
Impiger, & Cleri pœna ſed æqua fuit.

Sed pro coronide Wieniauitarum fiat, quia illorum Religione & cura ſpirituali Fidem Catholicam Regnum ampliſsimum Poloniæ obtinuit ſtabiliter, ſicut ab eiſdem dùm cum ſponſa Miecislai venerunt initia accepit.

LINEA FAMILIÆ WIENIAWITARVM.

Wieniáwá *miles, cui talia primùm conceſſa gentilicia nobilitatis fuerunt, ſiue hoc cognomen proprium fuerat, ſiue talem appellationem ex vociferatione in Vrum progredi renitentem acquiſierat, in lingua namq; Morauiana,* Wien haw, *ſignificat, Venias huc. Quapropter coniuncta duo nomina effecerunt, vnum vocabulum Wienháwá, ſeu Wieniáwá. Quocirca aliqui adnotantes militis nomen Laſtek fuiſſe dixerunt, at quicquid ſit de nomine, ab armis nobilitatis iam ipſum cognominamus Wieniáwá & arma ab eo,* vnde Cromer. lib: 8. *Broniſius gente Wieniauius, cuius inſigne eſt caput biſontis.*

Perſztyn. *filius aut nepos Wieniauij, cùm conceſſa à* Duce *Morauiæ teneret loca deſerta, vt ea colonibus habitabiles fertileſq; reddidit, caſtrum ibidem erexit, & ab annulo biſontis denominauit* Perſten, *& eo quod ad ſphæræ modum extruxerit munitionem, & inde gens Wieniauitæ Perſtynia Familia, tùm poſt plures annos Perſtynſcij vocata remanſit. Philippus de Perſtyn, apud Boleslaum primum Bohemiæ Regem militia clarus, Aulici & Senatoris dignitatem præferens, Chriſtiani nominis promotor & cultor exiſtens, animum Principis*

cipis in ſe conuertit, atq; à ſecreto conſilio intimus fuit. Quocirca dùm Mieciſlαo primo Principi Poloniæ filiam Dambrowkam Anno 965. Princeps deſponſauit, pronubum & vt Hiſtoria Bohema refert *Ochmagiſtrum elegit & aſſignauit, qui dùm eandem in Gneſnam conduxit, vbi ſacrum Baptiſma Mieciſlaus ſuſcepit, poſt nuptias dùm alij Bohemi honorificè habiti & ſplendidè donati ad Regnum redierunt, Philippum Dambrowká in Regno ad negotia ſua commodiùs in fide, religione & coniugio tractanda, precibus retinuit; nullum enim reſtat dubium aliquos & præcipuè ex primoribus quos ſibi parens & Rex dederat in maiorem confidentiam penes ſe retinuiſſe: Wieniauitam autem hũc fuiſſe anni ipſi demonſtrant, quibus Wieniauitæ florere clariſſimè cæperunt. Nam ſi Anno 1027. ſucceſſit in Archiepiſcopatum Gneſnenſem Boſuta Wieniauius, illum fuiſſe Wieniauij Dambrowkam Principiſſam ducentis ad Mieciſlaum filium vel fratrem apertè conſtat, & quia ille Wieniauius erat Philippus, vt ex Priuilegiis apud Illuſtr. DD. Leſczynſcios apparet, Philippum retentum in Regno, & parentem Wieniauitarum in Regno eſſe, ſatis planum erit. Claruit Familia Perſstyniorum in Germania, Sileſia, & Morauia, vſq; ad Annum 1631. vltimus enim Generoſus D. Vratislaus de Pernſtein in Litomysli Dominus & hæres, S. Cæſ. Maieſt. Camerarius, Supremus mille Cataphractorum Equitum ductor, occubuit in prælio contra Guſtauum Adolphum ad pagum Reindorff in Saxonia, in Epiſcopatu Magdeburgenſi 18. Iulij 1631.*

Boſutá *Archiepiſcopus Gneſnenſis, de quo* Dlugoſſus ſub Anno 1027. *Gneſnen. Archiep. Hypolitus mortuus, in Gneſnenſi Eccleſia tumulatus, ſucceſſit autem illi per Canonicam electionem Mieciſlai Poloniæ Regis accedente conſenſu Boſutá vir prouidus & ſagax, per Ioannem Papam XXI. confirmatus, & ſub Anno 1038. de morte ipſius ſcribendo ait:* Vir religioſus & optimus, nocte & interdiu pro panibus luctus lamenta & fletus ob mala à Bohemis illata Eccleſiæ Gneſnenſi habens. Bielſcius fol: 69. de armis Wieniáwá fuiſſe aſſerit. Cromerus ſub Anno 1038. Bozentam pro Boſſutá poſuit. *Sed non ſunt facilè immutanda nomina, cùm hæc ordinem rectum confundant,* pulchrè de illo Ianicius. *Hunc Archiep. Boſſutam filium fuiſſe Philippi habet notata in domo Wieniauitarum apud D. Leſczynſcios, cuius germanus fuerat Philippus Sobieslaus, qui nil gratiùs habuit, quàm hoſtili ſanguine rubiginem extergere gladij, filios fuiſſe Philippi Sobieslai duos Epiſcopos Vladislauienſes, & alios habent eadem notata, ſed ex computatione annorum Nepotes fuiſſe apparet.*

Rudgerus, *vir ſingularis modeſtiæ & pietatis, qui animum ad ſpiritualia contulit, & inter Canonicos Vladislauienſes virtute eluxit, qui demùm poſt Onoldum Antiſtes Vladislauienſis creatus, ab Alexandro III. confirmatus fuit, cuius laudes A. R. D. Samuel Nakielſki Præpoſitus S. Heduigis Crac. in Miechouia ſua, & Cathalogus Volborienſis celebrarunt. Electus* 1161. *Obijt* 1170. *De hoc Cathalogus Epiſcoporum Vladislauienſium.*

Inde ſubit Rudger, cui ſunt caput arma biſontis,
Teutonice doctus, Sarmaticeque loqui.
Hic decorare domum Domini dilexit, auaras
Non tulit in templum mens generoſa manus,
Compoſitam coluit mentem virtutibus, auxit
Corporis ac animi templa, nitore pari.
Chriſtiadas fruſtra terrebas Cerbere, quando
Continuit vires circulus iſte tuas.

Vernerus Epiſcop. Vladislauień. frater Rudgeri Epiſcopi, ſicut in Linea dicitur Wieniauitarum & Paprocius adnotauit, ſed quia in Catalogo Epiſcoporum Vladislauień. ponitur Vernerus ſub Anno 1140. iam Dlugoſſij notatum ſub Anno 1170. deberet cedere tali Catalogo, & prius eſſet Epiſcopus Vladisl. quam Rudgerus. At quia Author Epiſcop. Vladislauienſium ordinem hunc non correxit licet animaduertebat, antiquo tempori qui id nobis palam non deſcripſit condonandum erit. Erat Vernerus vir columbina ſimplicitate inſignis. Obijt 1178. & hic annus mortis docet in annis melius computaſſe Dlugoſſium quam Wolborienſem Cathalogum, nam ſi annis ſeptem rexit Eccleſiam, non erit recurrendum ad Annum 1140. ad ipſius electionem, alius enim tum fuerat Vladislauień. Epiſcopus. De illo hæc R. D. Stephanus Domalewicz, S. Th. Doctor Canonicus Vladislauienſis & Kruſuicienſis.

Vladislauia Verner pulchrè vernabat in ora,
Germanus miti nobilis ingenio.
Ira grauis procul hinc, procul hinc ſimulatio. Candor
Neſcijt ambiguos voluere mente ſinus.
Vrus atrox claræ quamuis inſignia gentis
Fert, tamen hic animo mitis, vt agnus erat.

Aliqui Vernerum hunc Epiſcopum Ploceń. putauerunt & ſcriptis intulerunt, ſed omnes Hiſtorici Vladislauienſem ponunt, ita alij Vernerum Epiſcop. Plocenſem occiſum, aliqui de armis Wieniáwá ſcripſerunt, qui vt in Plocenſium Epiſcop. Vitis apparet erat de armis Roſarum. Philippus nepos Sobieslai Epiſcopi Poſnanienſis ex Canonico, poſt Mrokotam electus 8. Septemb. de armis Wieniáwá, conſentiente Miecislao Duce Maioris Pol. à Zdislao Archiep. Gneſnenſe conſecratus 1196. Hic rexit Eccleſiam annis 13. obijt 1209. Habent aliqua ſcripta alterum Philippum Epiſcopum Poſnanień. fuiſſe circa Annum 1231. ſed ex Dlugoſſio conſtat, quòd poſt Philippum Wieniauium ſucceſſerit Paulus primus Cancellarius, Canonicus Poſnanień. eodem anno Philippi obitus, qui in Anno 1232. ab Ottonis filio Vladislao Plwácz villa Sulkowa & Krobia receperit, nec obijt niſi in Anno 1242. cùm rexiſſet Eccleſiam annis 33. vt idem Dlugoſſus *refert, & ſucceſſit illi Boguphalus Roża, neq; hæc reperiuntur in Dlugoſſio ſub Annis 1222. & 1232. de Andrea armor. Zaręba, vt* Papr. *dixit.*

Bronisius, *vt colligitur ex annis frater Philippi Epiſcopi Poſnanienſis, & quoniam merita in Patriam Wieniauitarum alta præmia meruerant, etiam Comitatus dignitate illuſtri cum Palatinatu Poſnanienſi honoratus fuit. Quocirca*

magnani-

magnanimitatem pietati coniunctam, dum Cromerus lib: 8. ſub Anno 1240. *re-ſert eit*: Broniſius Comes gente Wieniauius, cuius inſigne eſt caput biſontis in pago ſuo hæreditario Goſcicouio in Poſnan. Diœceſi, Ciſtercienſibus Mōnaſterium condidit, quod *Paradiſi* nomine tunc dici cæptum, & iam nunc eam appellationem retinet. *Bona collata Monaſterio*, Micchou: lib: 3. *Goſcikowo, Liná, Klodáwá, Cortyká & Pálenc, & à dicto Comite & Palatino Broniſſij nomen receperunt, & appellationem nobilitas Broniſſorum. Hunc Broniſſium fundatorem Paradiſi Ciſtercień. Longinus Dionyſium vocat ſub Anno* 1234. *Dionyſius de Gozdikowo Comes Palat. nobilis gente Wieniáwá. Albertus primus de gente Perſtynea, ex Decano Vladislauienſi Epiſcopus* 12⁻1. *creatus a Gregorio X. Anno ſequenti ob ſedem vacantem Caſimiro Duce Lancicię & Cuiauię Principatum tenente confirmatus fuit, rexit Eccleſiam annis* 13. *obijt Non. Decemb.* 1283. *Hunc* Paprocius *contra Dlugoſſium & Cathalogum Eccl. Vladisl. Toporeum dixerat, ſed incaute. De illo Epiſcoporum Vladislauienſium Author hæc reliquit:*

Perſtynij celebret Taurinos fama labores,
    Alberti nomen ſæcula cuncta ſonent.
Omnibus hic nituit, clarus virtutibus heros,
    Sed magis hac inopi quod tribuiſſet opem.
Pauperies plorato Patrem, plorate pupilli,
    Vt vireant lacrymis arida Buſta pijs.
Vimen huic patrium rutilat de nare Biſontis.
    Quæ vincere nequit vimine, amore poteſt.

Cherubinus de Goluchow Wieniáwá Caſtell. Landenſis Anno 1156. *Philippi Epiſcopi Vladislauień. frater, vt patet in linea arboris Wieniawitarum eorum qui Wieniawitæ erant de Goluchow Goluchowſciorum parens & auus; vnus enim Perſtyniorum cuius bona erant in Schouenſi Terra in Polonia reſedit, & conſtructo caſtro Goluchow, ab illo cæpit Familiam notare. Prædislaus de Goluchow Palat. Caliſień. & Generalis Maioris Pol. Capitaneus. vir magnanimus & moderatus, vt habet* Cromer: lib: 13. *qui ſub Adminiſtratione Regni ab Eliſabeth motus fuerat à Præfectura Maioris Pol. quæ contra iura Ottonem Pilecciumpræficiebat Anno* 1373. Bielſcius fol: 244. *Wieniauium fuiſſe dicit. Eius filij Ioannes & Raphael. Ioannes aliàs Iuanus, primus Prædislai filius in Obichow hæres poſt præclara merita in caſtris & aula Principis Caſtell. Sremenſis, & ab eò poſteritas dicta Obichouij, prout ipſe quoq; à bonis prædictis ſic appellari incæpit à pluribus, ſubſcripſit priuilegium M. D. Lit. Hrodlenſe de Stemmatibus* 1413. *Hic poſt demortuam Reginam Heduigim, ad Hermanum Patruum Annæ Vilelmi Ciliæ Comitis filiæ, cuius ſororem Sigiſmundus Rex Vngarorum conſortem habebat, à Vladislao Iagellone Orator, cum Hincia Rogouio & Ioanne Oſtrouicio fuerat,* vt Cromer. in initio lib: 16. habet. *Eius filius Dobiesláus Puchálá dictus Caſtell. Præmislień. & Dux Exercituum contra Hermanum Magiſtrum Pruſſiæ, cuius exercitum ad Golubum*

lubum

lubum ſudit, vt Cromer. habet lib: 17. *in medio captiuorum erat numerus quadruplo maior quàm noſtrorum, habuit filios Iuanum Iudicem Terræ Caliſień. 1422. Raphaelem Caſtell. Præmeteń. 1428. cuius filij Cherubinus, Raphael, Ioannes & Andreas. Derslaum, Nicolaum de Leſzno, & Ioannem de Carmino. Alter verò filius Prædislai, & frater Ioannis Raphael erat Generalis Cuiauienſis* 1403. *qui dies ſuos in Vngaria ad Vladislaum Iagellonidem plurimos conſumpſerat, habuit filium Raphaelem de Goluchow Succamerar. Caliſ.* 1438. *& Generalem Maioris Poloniæ. Paulò annis ſuperioribus, nimirum Anno* 1421. *erat electus Epiſcop. Vladislauienſis Wieniauita Ioannes Pella, de Niewieſz ex patre Alberto Tribuno Syradienſi, ex Præpoſito Cruſzuicienſi, Vladislaueń. & Syradień. Canonico, obijt* 1427. *ita habet* Author Epiſcop. Vladisl. fol: 293. *rexit Annis ſex, Menſ.* 5. *Raphael filius Raphaelis de Goluchow Generalis Maioris Pol. qui Familiæ ſuæ proprijs meritis addidit honorem & titulum, dum plurimis annis ad Cæſaream Maieſt. reddidit optimi bellatoris trophæa, atq; in Curia Aulici ſplendidum peregerit munus, erat Orator ad Regem Pol. Caſimirum, & ad Regem Vngariæ, quod commiſſum munus cum dextrè peregerit, retulit a Cæſarea Maieſt. ad ornandum biſſontem veius aureum, & leonem cum ſtricto gladio, cuius rei memoria & literæ in archiuo Leſciniorum aſſeruatur. Factuſq; eſt Comes in Leſzno* 1470. *demum vt redijt in Patriam Caſtell. Gneſneń. & Marſchalcus Curiæ Regni, tùm Caſtell. Poſnanienſis, Capitaneus Generalis Cuiaueń. Lencicień. & aliorum decem Præfecturarum, de illo* Cromerus *apertè Leſcinium vocando habet lib:* 27. *ſub Anno* 1470. *Expletus diebus multis & nomine celeberrimis apud exteros & in Patria obijt* 28 *Iunij Anno* 1501. *ſepultus in Eccleſia Prædic. Breſtiæ in Cuiauia, filij ipſius erant.* 1. *Raphael Caſtell. Poſnanień.* 1502. *cui erat filius Raphael Caſtell. Præmetenſis, qui ex Barbara Comitiſſa de Byſtrycá hærede in Punczdorff in Sileſia ſuſceperat filium Venceslaum, qui tenuit matrimonium cum Rychemberkowná, obijt parens illius* 1560. *in Leſzno ſepultus, filius verò eius obijt* 1565. *ſterilis.* 2. *Gaſpar Capitaneus Radzieiouiensis* 1522. *Eius filij erant Raphael & Ioannes. Raphaeli bona ſua decedendo ſterilis inſcripſerat Cherubinus, Caſtellani Præmetenſis ex Raphaele filius, Goluchouiam & Przygociam, erat hic Raphael primò Caſtell. Lendenſis & Præfectus Sluchou poſtmodum ad ſpiritualem ſtatum animum conuertit, & poſt Eraſmum Ciotek ſuſcepit Epiſcopatum Præmislień. dum ille in Plocenſem translatus fuerat, ſed dum Romæ moritur, iterum idem Raphael ad Plocenſem translatus fuit. Obſtabat quidem Clemens VII. licet illi Adrianus VI. id conceſſerit, quia voluit Clemens extraneum euehere, ſed Sigiſmundus Rex renituit. Expediuit Raphael Leſcynius plurimas expeditiones in Italiam, ad Venetes, in Germaniã cum Matthia Epiſcopo Vladislauienſi ad Electionem Caroli V. & alibi. Præfuit Annis* 4. *obijt Pultouiæ* 1528. *ibiq; ſepultus. Extat illius Epitaphium honoris & gloriæ plenum.*

Leſcynius

Leſzcynius iacet hac poſitus tellure Raphael,
Qui plenus magni Præſul honoris erat.
Propter virtutem, per maxima facta decoram,
Hunc releua precibus Lector amice tuis.

Ioannes alter filius Gaſpari, poſt plurima merita tàm maiorum quàm propria creatus Caſtell. Breſteń. Cuiauień. & Præfectus Radźieiowień. & Sluchouienſis, reliquit hic Raphaelem Palatinum Breſteń. Cuiauień. Capitaneum poſt deceſſum parentis Rádźieiouień. qui depoſito Palatinatu, poſtmodum non vt liber a curis deſiderarit viuere, ſed quia ſubſellia duo iudiciorum non licebat tenere, gratia demùm Sereniſſ. Regis Caſtell Sremenſis renunciatus, Legationem in Moſchouiam obijt 1569. Scripſit Elogium quidam de illo: Viuit Raphael non minùs in annalibus quàm viſceribus Regni, ſed vtinam religio peregrina nunquam illum arena puluereq; ſuo exercuiſſet, pulchrior multo fuiſſet. *Reliquit filios tres, Ioannem Capitaneum Radźieiouień. ex Wolſka Caſtell. Sendomirien. filia, conſortem iſte habuit Gen. Pol. Maioris & Marſchalci Opalinſki filiam. Andream Palat. Breſtienſem, Cuiauień. Capit. Nacleń. militem per omnem expeditionem cum Stephano Rege, qui obijt bereſteci 1606. & Venceslaum Caſtell. demùm Palatinum Caliſien. depoſito demùm Palatinatu Vicecancell. Regni, tùm Cancell. Regni & Generalis Maioris Poloniæ. Magnus hic encomiis celebrandus venit, tùm quia iuuentutem plurimis extranearum Regionibus peragratis ornauit, tùm quia nullam expeditionem intermiſit, tùm quia toto pectore & animo Patriæ, Regi, & Eccleſiæ retulit obſequia, nunquam à Fide Catholica recedendo, licet in familia ſua maximè propinquos ſtimulatores conſpexerit, ex Anna Rozdrażewſka armorum Doliwá reliquit filios Andream, Vladislaum, Ioannem & Raphaelem. Andreas vir literis & virtute ornatus plurimum, oculos Principis & Senatus ad ſe aduertit, vnde ex Abbate Præmetenſi Epiſcopus Vendenſis, tùm Epiſcopus Camenecen. & Abbas Czeruinenſis. Ioannes in Societate IESV ſpectatæ virtutis & religioſæ obſeruantiæ vigil cuſtos. Andreæ Palatini Breſtenſis, Naclenſis Capitanei fuerunt filij 4. Raphael Palatinus Belzenſis, multarum linguarum peritiſſimus, & prudentia ex literis Orator facundiſſimus, Apollo fuiſſet Lechiæ, ni Apollini fidem religionemq; obligaſſet, celebrarunt Panegyrico ipſius laudes Thorunij, & hoc ſufficiet mundo. Ex ſatrapia Vislicienſi tùm Caliſienſi Caſtellania, Belzenſis Palatinus, magnorum titulorum ob præſtantiam meritorum in Patriam erat profectò digniſſimus, ſicut ex tractatibus inter Suecos & Regnum Pol. 1635. & aliis negotiis Regni apparet. Obijt 1636. reliquit filios 4. & filiam Theodoram Sbignei Gorájſki Caſtell. Chelmen. conſortem. Andreas 1. filius Palatinus Derpatenſis 1641. ex Anna Samuelis Ducis in Korec ſuſcepit filium Samuelem, nunc altera ſibi conſors relicta poſt mortem Suniutæ in Lachowce. Raphael 2. filius, qui habuit filium Sbigneum, obijt 1640. Boguslaus 3 filius, Generalis Maioris Pol. 1642. eius filius Ga-*

ſpar Vladislaus. 4. filius Andreæ Vladislaus. Andreas 2. filius Capit. Naclenſis, Biturigibus in Gallia obijt 1606. Et hos ſuſcepit filios tres Palat. Breſten & Capit. Naclenſis ex Anna Rádźiminſka de Rádźimin Palatini Podlachiæ filia, ex altera verò conſorte Ducissa Theodora Sanguſzkowna nullos ſuſcepit filios, ex tertia conſorte Sophia de Bnin Opalinſka ſuſcepit Ioannem & duos geminos Præclaum & Venceslaum Præpoſitum Lencicien. Canonicum Crac. Secr. R. M. nunc ex Referendario Regni Epiſcopum.

Perſztynſcij, *denominati fuerunt à Perſſtyn arce & annulo vimineo, naribus biſſontis immiſſo.*

Obychowſcij, *ab Iuano Prædislai filio Palatini Caliſien. originem ſumunt, hic enim acceptis bonis Obychow Obychowſki primus appellatus fuit, vt videre licet in Cromer. lib: 16. vbi dicitur:* Ioannes Obychouius Caſtell. Sremenſis, miſſus in Hungariam à Vladislao Iagellone, ad Hermanum patruum puellæ, & adduxit ſponſam Cracouiam ad 16. diem Iulij. *Erat Rothmagiſter in bello Grunoualdenſi Obychouius.*

Broniſsij, *tulerunt cognomen ex nomine Broniſs Wieniauio, Fundatore Monaſterij Paradiſienſis, ceu poſteritas deſcendens ab illo. Notabat Familiam de Koſcikow,* Bielſc. fol: 163. *Chriſtophorus Broniſs, ex Caliſienſi Palat. electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Woyſcij *de Woyſſáwice. Petrum Woyſki, Nicolaum & Ioannem, viros militia claros, & Ducibus ſuis Opolienſibus charos referunt Bohemicæ Hiſtoriæ.*

Sláboſij *in Crac. Palatinatu, vnum ex illis vná cum duobus ſeruis, quaſi violentiam faceret in Caſimiria ad Cracouiam ciues decolari fecerant, cautum decreto Regis poſtmodum ne Nobiles ſine iudicio Caſtrenſi ſubeãt ſententiam ciuium, ſed pœna capitis duorum cum iudice. Quapropter dederunt capita gladio iudices Sláboſij. Ráczek, Szczek, & Szeling.* Bielſc. fol: 548 ad finem anni 1520.

Męźyk *in Crac. Palatinatu, ducunt eandem lineam cum Sláboſijs. Origo tamen Męźykorum ex Sileſia, ex quibus ad Ciechanouiam, Derſauiam, Gneuum & alibi plurima bello conuulſerat in Regno Męźyk Capit. militum,* vt Bielſc. folio 43. *Quocirca ſi ex Sláboſijs ſunt, etiam iſti ex Sileſia deſcenderunt. Ioannem Męźyk Slaboſium, qui à bonis Dambrowa iam dictus quoq; fuerat Dambrowſki Wieniauitam Capitaneum Podoliæ, refert poſt alios.* Bielſc. fol: 338. *qui contra Suidrigallum vaſtantem Belzenſem terram miſſus fuerat cum ſex millibus exercitus Polonici, vná cum Duce Maſouiæ Caſimiro, & victores triumpharunt. Annum ponit* Bielſc. 1430. *Stanislaus Præfectus Sadecensis ſtrenuus miles & Rothmagiſter Sigiſmundi Regis, & Stephani Aulicus, conſors ſua Buczácka armorum Piláwá, reliquit ſolam filiam conſortem Dembinſki Præfecti Czorſztinenſis. Sunt etiam in Magno Duc. Lit. Męźyccij Helias, &c. ſed ſi horum armorum ignoro, nam reperitur Męźykorum Familia armorum quoq; Wádwicz, quocirca à diuerſis ſcriptoribus quandoq; ſub his, quandoq; ſub illis ſubſcribuntur armis.*

Czermien-

Czermienſcij *in Caliſienſi Palatinatu, Valentinum eximium militia & ſtrenuum Rothmagiſtrum, qui annis 12. in Chyouienſi expeditione permanendo, magni roboris & animi commonſtrauit exempla. Reliquit non diſſimiles filios, Georgius Czermienſki electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ex Palat. Breſten. in Lituania ſubſcripſit.*

Dlugoſsij, *hos ad arma maiores Leſczynſciorum receperunt, ſicut eorum notata referunt. Notabant familiam ſuam de Niedźielſko, viri bello & literis clari, vt Mars & Minerua videretur hoſpitare in eorum gazys. Ioannes in bello cum Crucigeris ſub Iagellone Vladislao Rege magnus triumphator, qui inter captiuos multos Cōmendorem Brandeburg. Sereniſſ. Regi adduxit, ſicut poſt alios refert* Bielſc. folio 301. *Reliquit filios Ioannem Præceptorem filiorum Regis Caſimiri, Canonicus creatus Cracouienſis, legationes plurimas expediuit, & Chronica latino ſermone conſcripſit, nominatus Archiep. Leopol. obijt* 1479. Bielſc. fol: 474. *in vita ipſius legitur, quod ſplendorem domus ſuæ diſciplina militari & literis illuſtrauerit. Eius germanus eximius miles, vt de illo* refert Bielſc. fol: 426. *quod ſingularis affectus ex digno progreſſu in bello erga illum Rex fuerat.*

Slenſcij, *Martinum refert Epitaph. Varſauiæ.* Ciſwiecij, *in Maiori Pol.*

Bedlenſcij, *Nicolaum refert Epitaphium Crac. in arce Scholaſticum, & Vicarium Generalem in Spiritualibus, erectorem de cocto lapide ſcholæ in arce, & duorum domorum Canonicaliū, vir pius, munificus, eleemoſinarius, obijt* 1540.

Wárzymowſcij, *Thomas qui in bello cum Turcis fælici Anno* 1443. *triumphum reportauit, & inſigne Rothmagiſtri vexillum in Eccleſia Budzini, ad gratiarum actionem Domino, qui manus docuerat ad prælium appendit.* Bielſcius poſt alios Scriptores fol: 373.

Szczepanowſcij, *in Pilznen. diſtrictu, & ad Chęćiny. Ex his qui arma Prus pro gētiliciis deferunt, vnus in Bedlin hæredem dum in conſortem aſſumpſit ex armis Wieniáwá, etiam in nobilitatis ſuæ ſymbolum arma Wieniawá recepit, poſitis armis Prus ſuper coronam, ex qua ſuſcepit tres filios, vnus illorum hæres in Bedlino alter in Sperſtino, tertius dum in aula Cæſareæ Maieſt. militarem & aulicum obſeruaret, quendam ex aulicis interfecit & redijt ad Sczepanouiam prope, & ibidem mortuus, ſepultus in Sczepanow, & extat memoria ipſius in Eccleſia, arma videlicet Wieniawa cum armis deſuper Prus primò.*

Zadorſcij *in Poſnanien. Palatinatu, qui propriè ſunt armorum Zadorá, & bona atq; diſpoſitiones antiquæ dominos in Zadorá eos ad hæc tempora pronuntiant, ſed per quendam abuſum loco armorum Zadorá, nunc vtuntur armis Wieniáwá. Stanislaus Zadorſki expletis legationibus ad Brandeburg. Dynaſtam, ad Ordines Hungariæ, ad Principes Sileſiæ, & Principem Tranſſyluaniæ, ex Succamerar. Adalberti Principis Cardinalis, Ochmagiſter Annæ Reginæ, Pincerna Regni Wiſnen. Bilſcen. Moſinen. Goſcinen. Capit. vir virtutum & pietatis ſacrarium, de aliis Zadorſciis vide Zadorá.*

Lubieſzowſcij *ad Opocinenſem diſtrictum. Prandotam Lubieſſouium Ducem Exercituum Nowe in Pruſſia expugnantem meminit poſt alios* Bielſc.fol: 410. circa Annum 1457. *Et ceſſiſſet expugnatio feliciter, ni fraus obſtitiſſet cuiuſdam è noſtris, qui poſt gladio plexus fuit, poſtea Rex Mariæburgum ipſi commiſſerat vnà cum Ioanne Koſcielecki, vt vnus intratæ, alter cuſtodiæ curam haberet, & exinde ibi ſunt vſq; in præſens Capit. & Theſaurar.* Bielſc.fol: 416.

Puklateccij, *in Caliſſienſi Palatinatu.*

Białozorij *in M. Duc. Lit. Stanislaus Białozor Notarius Terræ Wilkomir. & Georgius ex Palatinatu Wilnenſi electiones Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſerunt. Chryſtophorus Marſchalcus Vpitenſis ex Heduigi Gedrycownà Palatini Mſciſłauień. filia ſuſcepit filios Vladislaum, qui ætatis ſuæ Anno 18. mortem oppetijt. Ioannem, qui in Ordine Prædicatorum Cracouiæ habitu Religioſo ſuſcepto militiæ Chriſti nomen dedit, nominatus Caſimirus. Georgium, qui poſt obitum ſui parentis in habitu Clericali ſeruire Chriſto deſtinauit. Alexandrum, qui tertio ætatis ſuæ Anno obijt. Et filiam Sophiam in Ordine S. Benedicti profeſſam.*

Iondźielouij *in M. Duc. Lit. Alexander Iondźiel ex Palatinatu Nowogrodienſi,* Stricouius *de Alberto Iondźiel Marſchalco Curiæ M. D. Lit. refert fol:* 759.

Narkiewicouij *in M. Duc. Lit. de Wondzagolo.*

Bognarewicij, *Simon Bognarewicz miles in Moſchouia, & ad Gedanum ſub Sereniſſ. Rege Stephano, à quo in coronam nobilitatis Polonæ ſuſceptus, conſors ſua Catharina Kiewlicownà.*

Rylo *in M. Duc. Lit. Gabriel Ryło Iudex Caſtrenſis, Braclauienſis, ex Wilnenſi Palatinatu electionem Sereniſſ. Vladislai IV. ſubſcripſit.*

WIERVSZOWA.



DELINEATIO & ORIGO.

EST Caper coloris nigri ad medium, partem inferiorem & pedes habet variegatos, & referunt colores rubei & albi tabulam Schaccorum, caput tenet rectum, pedem vnum anteriorem eleuatum, campum candidum. Super coronā ſunt quinque pennæ Struthij. Originem ponunt *Dlugoſſus,* & poſt illum *Bielſcius* ex Miſnenſi Prouincia *folio* 370. qui ex magna in Principem fidelitate & obſequio Wieruſij appellati. In idiomate Sclauonico equidem hoc clarè poteſt ex cognomine deduci, quòd ſcilicet fideles ſint, & ſciant motum ad obſequia, ſed ex Germanico alij cogitent, viros

pacifi-

pacificos *dixit Dlugoſſus*, & de illis in Regno aſſerunt aliqui, in rebus arduis R. P. fide & conſtantia probati fuerunt viri in ea domo prudentes, ſagaces, ſtrenui, fortes, & rei militaris peritia excellentes; vnde apparet quod proclama armorum tale Wieruſz in Regno obtinuerunt ex ſua in Principem & Patriam obſeruantia & fidelitate, & quia luſu bellico cum hoſte acri congrediendo, ceu audax hircus in caprum inſultantem ingruebat, arma capri cum Schaccaria tabula retulit in inſigne nobilitatis.

FORTVNA NOTABIT.

CVM Thraſones clypeos horrifica leonum draconumq; effigie ſignarent, Lacon quidam muſcam paruulam appoſuit dicens: *Vana nolo, ſed vt muſcam ipſe videat meam hoſtis*: Ludouicus verò Borbonius Cardinalis, *vt refert Octauius de Strada*, vanam fugiendo gloriam tabulam ipſam pro ſymbolo tulit cum lemmate: *Melior fortuna notabit*. Puta, quid in hac tabula exarandum eſſet. Docuit: *Non ita alienis quàm propriis meritis decorandam familiam debere*. Dùm præſentia intueor arma, video quod hic fortuna iam illud quod notare debuerat annotauit, ſi vigilem, circumſpectum, acrum, ſanguineum, candidum & pennatum hircum hunc fieri voluit. Expreſsit enim hæredes & patronos horum Gentiliciorum nunquam aduerſam fortunam ſuſcepturos, ſed ſemper permixtam, & lætam & triſtem, & minacem & proſperam, hæreditariam fore, nec quando meliorem fortuna potuit dare & promittere aleam, cum natura ſua inſtabilis ſit, & ſemper ambigua ferat. Conſiderarunt aliqui terram mediam eſſe inter cælum & infernum, vnde contingit mundum eſſe permixtum bonis & malis, riſu & planctu, à cælo bonis & riſu, ex inferno malis & planctu, ſed quia malitia hominum ſuſtulit è medio bonum, factus eſt mundus vallis miſeriæ & lachrymarum. Obuiauit ergò Wieruſijs fortuna, & mixtos dies ipſis promiſit, & ceu hæreditarios fecit, vnde hircus illorum eſt veſtitus auro, Phliaſius cultui expoſitus, eſt ſydus inter ſydera, & ducens gregem caprarum, quæ lotæ ſunt ex Galaad, vt Canticorum 4. dicitur: *Pellis enim ſua ſimilis pantheræ hirci fetorem non fumat*. Quod ne in aduerſam labatur fortunam, ipſam toto pectore & animo deſiderate non amittere honeſtatem & virtutem, ſed ſicut capræ Indicæ appetentiſsimæ ſunt Cinamoni, ad manum enim porrigentis admurmurant, auferentis verò & abigentis ingemiſcunt. Ita vos in honeſto & virtuoſo neceſſe eſt fieri, & fortuna inuariabilis erit. Confirmat dictum Cyprian. Epiſt: 11. *Quando parſimoniam diſcit, qui opilaribus cœnis & largis dapibus aſſueuit, & qui pretioſa veſte conſpicuus in auro atq; in purpura fulſit, ad plebeium ſe ac ſimplicem cultum quando deponit, neceſſe eſt vt ſolebat violentia inuitet*. Ergò pectoribus imprimite: *Gloria difficili parta labore venit*.

LINEA FAMILIÆ WIERVSZOWA.

BOkij, *tali enim cognomine vocantur in Miſnenſi Terra*.
Einboczk, *ſic enim in Germania nominati fuerunt*.

Wieruſz, *Clementem Wierus* Cromerus ſub Anno 1442. libro 22. refert *Oppid: Wieruſſow & Caſtelli Dominum & hæredem, quem Zaicz Auſtrius in captiuitatem reduxit oppido & caſtro igne conſumptis, plurimi Wieruſij in Zatorenſi & Oſuiecimenſi diſtrictu fuerant & ad Wratislauiam, & in Maiori Polonia in Palat. Poſnaniæ, Monaſterium Wieruſij fundarunt Eremitarum, in bello Grunoualdenſi Rothmagiſter. Wieruſz Bieniaſius legitur.* Bielſcius folio 297. 370.

Goreccij *in Poſnanienſi Palatinatu, viri literis & militaribus trophæis clari. Matthias Vexillifer Poſnanienſis, & Notarius Campeſtris Regni, vir vt ſago ita toga clarus, quales deſiderat omnis Patria. Reliquit prolem quam virtus ſua meruerat à Domino. Alexander ex eodem Palatinatu, electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſit.*

Michàlowſcij *in Caliſienſi Palatinatu. Palladis dignitate Martem ſibi fælicio-rem effecerunt.*

W I Z E M B E R K.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt duo campi intra ſcutum, in ſupremo eſt medius leo erectus, elatis pedibus, hianti ore, linguã exertam porrigens, cauda elata, in denſiſſo campo duo capita humana verſis in ſe vultibus. Super coronam idem leo intra duo cornua reſonantia ſeu tubas. Ex Germania in Regnum illata, quod etiam ſequentia arma commonſtrant, nam iuxta leonem à latere ponuntur cornua ceruina tria, ſub leone ponuntur rupes altæ & muſtella aſcẽdens per campum in verticem ſaxoſi montis, ſub cornibus verò ponitur media aquila cum octo campis in lineam diametralem diſpoſitis.

AVXILIVM DIVINVM.

REctores & fulcra Reipub. ſine quibus laudabilis & firma Reſpub. nulla vnquam fuit vel erit, ad primum librum Polyticorum Lipſij in Notis habeo: *Prudentiam & virtutem.* Alta tetigit ſed non prima nec ſumma, ſi enim omnis ſapientia hominis *vt instituit Lactantius* in hoc vno eſt, vt Deum cognoſcamus & colamus, profectò nec quid ſtabile atque durabile ſine Deo erit. Potiſsimum primumque fulcrum eſt auxilium Dei, ſicut ipſe quoque Deus Rector eſt omnium. Cognouit idem Domitianus licet ſuo gentilitatis more, dùm ipſi Ioui cuſtodi & conſeruatori templum ingens(ceu primo Deorum & non alteri) ſeque in ſinu Dei ſacrauit, quod ipſum in ſeditione Vitelliana à furore hoſtium conſeruauerit. *Suetonius in Domitiano.* Iuuat S. Paulini ad Cytherium.


Beatus es nunc mente pauper: ſed ſpei
Diues, qua gaudent pauperes,
Qui defraudati lubricis mundi bonis.
Cœli fruuntur gaudiis.

Arma Wizemberkorum cuiuſdam auxilij præcellentis Diuini ſymbola manent, exprimuntque fulcra Reipub. & familiarum non fuiſſe nec eſſe præter auxilium Diuinum, vt eò infatigabile ſit verbum ſcriptum Regis Sereniſſ. Stephani ad Gedanum extantis poſt victoriam: *Non nobis Domine non nobis, ſed nomini tuo gloria.* Quametſi & ingenium mortale adeò ſubtile ſit, vt præconcipiat ex paruis in bello, hoſtis inſidias, fraudes, media & victorias, non tamen poteſt ad mentem ſolutam pertranſire. *Vnde Hermes Diuinus:* Omni materia ſubtilior eſt aër, ſed aëre ſubtilior anima, hac ſubtilior mens, mente ipſe Deus. Ille enim omnia mouet immobilis, omnia quatit inconcuſſus.

LINEA WIZEMBERKORVM.

Ioannes Wizemberk, cùm virentem gratiam & fauorem obtinuiſſet à Ferdinando Imperatore, etiam à Sereniſſimis Regibus Poloniæ Sigiſmundo III. & Vladislao IV. non inferiorem amplexus eſt, cùm enim nobilitatem virtute partam in dies magis ac magis exornaret, atq; fidelitatis merita ſæpiùs palam probaret à Sigiſmundo III. Sereniſſ. Rege Olborias Olkuſenſes in adminiſtrationem aſſumpſit, & à Sereniſſ. Vladislao IV. Præfectus Zupparum Wielicenſium conſtitutus fuit, cæteras verò virtutes ad vitam rectè Chriſtianèq; ducendam, & generoſam mentem ſpectare videntur, non diſſimulatè obſeruat.

WŁOSZEK.



DELINEATIO & ORIGO.

DVo gladij more antiquo formati decuſſatim poſiti ſurſũ cuſpitudinibus, in angulis omnibus ſunt roſæ ſingulæ candidæ in campo ſanguineo. Reperiuntur in Regno ab Anno 1015. Cùm Marcellus à ſede Romana miſſus in Epiſcopum Cruſuicienſem, qui modò Vladiſlauienſis vocatur in Regno comparuit. Włoſzek fortè ideò denominatur, quod Antiſtes prænominatus natione fuerit Italus, Pontifex Summus tũc erat iuxta Belarminum Benedictus VIII. iuxta Chronologiam Romanam Benedictus VII. quare corrigendus Dlugoſſius, qui Ioannem 21. poſuit, cùm poſt Benedictum ſuccedebat tunc Ioannes numero XIX.

SECVRITAS PACIS.

PAx præſtolatur ab omni animato, nullum igitur animal quod ſecuritatem ſuam non deſideret, homines ſtudio & ratione, vt potè quod arte & ratione viuit, ſecuritati pacis obuiat, animalia verò ſenſibilia naturali propenſione euitant mala, & ſecuritati ſuæ remedia obſeruant. Ælianus de Animal. lib: 1. cap: 41. de Melanuri piſce refert: *quod dùm placidum & quietum eſt mare, ad imam maris ſedem in petris aut alijs quieſcunt, tegumentoq; protegantur quocunq; corpus occultari poteſt; contra cùm aduerſa tempeſtas eſt & piſces alij in altum ex fluctuum impetu deſcendunt, hi tùm fiducia implentur ſimul & ad littus appropinquant, & ad petras adnatant, prænoſcunt enim natura dictante, quo die noctéue cùm ferocitas maris & immanitas efferueſcit, tùm à piſcatoribus non adiri mare.* Arma præſentia nobilium Włoſzek, ſymbolum ſunt quoddam ſecuritatis pacis, Roſæ enim pacem gladiorum denotant, gladij ſecuritatem Roſarum inſinuant. Profectò animum Herculis, fortitudinemque magni ac vigilantis Ducis expreſſerunt, qui tempore belli pacem, & tempore pacis ipſam ſecuritatem ciuium & Regni meditantur. Hoc enim de illis Horatius Oda X. lib: 11. carm. affirmabat.

Sperat infeſtis, metuit ſecundis
Alteram ſortem, benè præparatum
Pectus.

Hoſtilis


Hoſtilis autem animus licet è paruo initia ſumit, magna tamen ad finem deſudat, quapropter in ſecuritate pacis, etiam paruus hoſtis non contemnendus venit: nam ſæpè ſæpiùs inertia & deſidia magnum conſtituit hoſtem. Eſt in Pado fluuio piſcis Attilus dictus, qui inertia pingueſcit ad mille quandoq; libras, hic captus catenato hamo iugis boum extrahitur, hic tamen tantæ molis piſcis, à clupea adeò minimo, qui venam ipſius in faucibus mira cupidine appetit, morſu exanimatur. *Plinius lib: 9.* vnde dicitur prouerbio: *Et piſcis vmbram habet.* Et, *Sæpè aquilam ad pœnas vel ſcarabæus agit.* Quare Pauſanias in Arcadicis ait: *Vilioribus & abiectioribus plerunq; rebus vim eam Deus indidit, vt ea ſuperent quæ maximè eſſent inter homines exiſtimationis.* Optimè contra eiuſmodi viros ſecuritatem nimium pollicentes ſibi ex fortitudine corporis dicebat in theatro quidam Mimus contra Maximinum referente Capitolino.

Qui ab vno non poteſt occidi, à multis occiditur.
Elephas grandis eſt, & occiditur.
Leo fortis eſt & occiditur,
Tigris fortis eſt & occiditur,
Caue multos, ſi ſingulos non times.

LINEA ARMORVM WŁOSZEK.

MArcellus *Italus Epiſcop. Cruſuicienſis tunc, modò Vladislauienſis à Benedicto Summo Pontifice poſt Mauritium ad petitionem Regis Præſul deſignatus Anno* 1015. *Rexit Eccleſiam annis* 18. *Sub hoc Epiſcopo Archiep. Gneſnen. à nobilitate vniuerſa primus poſt Regem Princeps deſignatus fuit, eiq; ius omne gubernandi Rempub. Senatum & Comitia conuocandi, rationes iudiciorum & ſubſelliorum tempore Interregni, media pacis conſeruandæ ordinandi, Regem renunciandi, inaugurandi, creandi, & coronandi dederunt. Eo iure alij quoq; Epiſcopi, Senatores creati fuerunt, quocirca inaugurationi Miecislai ſecundi filij Boleslai Chrobri in Baſilica Poſnanienſi, cum alijs proceribus Regni* 1025. *interfuerunt, Hyppolitus Archiep. Gneſnenſis, aſſiſtentibus Gompone Archiepiſcop Crac. Paulino Poſnanienſi, Marcello Cruſuicienſi, Clemente Wratislauienſi, Albino Plocenſi Pontificibus. Stanislaus Włoſzek Theſaurar. Curiæ, Aulicus Reginæ Sereniſſ. Bonæ.* Paprocius in 2. Opere refert, *quendam fuiſſe Theſaurarium M. Duc. Lit.*

WVKRY alias V. CHRY, Chabe, Edi le.



DELINEATIO.

TRes extant fluuij, in quorum vertice Luna, demiſsis vna ſublatis alia cornibus, quaſi mutuo ſe ſpectans intuitu, in medio autem Lunarum crux viſitur media, hæc omnia in rubeo poni debent campo, fluuij autem Lunæ & crux media aurei ſunt coloris; eò quod horum anteceſſor armorum, aureum ſuâ fortitudine fugaſſet, & ſuæ ſubieciſſet ditioni imperium, (*de quo infra*) ſuper galeam antiquitus Ducalis ponebatur Mithra, nunc verò quinque pennæ in vſu ſunt Struthionis, coloris aurei & albi, ita tamen vt ex his tres aurei, duæ albi ſtatuantur coloris, & procedant ex Regia corona aut ducali Mithra.

ORIGO.

IPſa horum denominatio declarat armorum, quod ſint quondam ex nobiliſsimo Hungariæ Regno, in Regnum allata Poloniæ: quando autem & quam habeant originem, veteres Hungariæ Hiſtorici antiquiſsimum Ruthenicum idioma, & quoddam vetuſtiſsimum Poloniæ problema Hiſtoriarum Cracouiæ impreſſum, Anno à partu ſalutis 1534. apud Florianum Vnglerum (ex quibus hæc legimus omnia) ſic nos edocuit: Poſtquam exiuiſſent ex Scythia Iuhri ſiue Wuhri aliquo tempore, oppreſsis ac debellatis Gotthis, vbi nunc Scythæ manent Zawolſcij, in eadem ſuæ ditioni ſubiecta manſerunt regione; dùm tandem reſciuiſſent à venatoribus (qui ceruum inſequentes caſu inciderunt fortuito in Iuhros) de fertiliſsima Pannoniæ Prouincia, ſeu potius Regno ampliſsimo, electo Duce Atillâ (*illis Edele dicitur*) tranſmeatoq; triplici fluuio Don, Wolga, & Boriſthene, Pannoniæ Regnum proſtratis ac debellatis Sclauis occuparunt: quo occupato, hoc ſui imperij pro inſigni acceperunt, quod viſitur ſtemma. Hoc enim & eorum Dux Atilla exceptis Lunis, quibus antea morem imitatus Scytharum, ex quibus ipſe quoque Dux primarius erat, antea vtebatur etiam qui tandem relicto filio Chabe appoplexiâ correptus obijt improuiſo: poſt cuius obitum Chabe legitime Patri ſucceſsit in Regnum; tandem diſcordia Hunnorum à Rege Gepidico & alijs, quos ſubiugauerat Atilla, Chabe pulſus imperio in Gotiam ſeceſsit, eodem

ſempe-

ſemper vtens inſigni. Quod autem in medio duarum Lunarum crux ponatur media, Ratio, quia Atilla mediam ferè ſubiugauerat Chriſtianitatem. Sed ad Chabe redeo, qui multis relictis filijs, ſui tamen ſucceſſorem legitimum maximum natu filium habuit nomine Kulsid. Huic nepos Atillæ nomine Mokoſiey ſucceſsit in Regnum, cuius tandem proles ampliſsimè edita ab illo luci, in Gotia ad tempus Conſtantini Imperatoris & Papæ Zachariæ permanens, dùm voluiſſet in Pannoniam redire, tandem ſuorum meti diſcordia in montes ſeceſsit Iazygas, ex quibus minor natu Mokoſiey ſelectis aliquot luhrorum millibus, à ſuis diuulſus Ruſsiam viſitauit, Cremenecumque cæpit tandem Regi conciliatus Boleslao Audaci, tale obtinuit Priuilegium Ruthenico idiomate ſcriptum: *Et quoniam D. Mokoſiey liberè ſe nobis ſubmiſit cum caſtro Cremeneccenſi, ideò nos, &c. Et exindie poſteri ipſius Mokoſiey denomiti fuerunt.*

IN CRVCE SALVS.

AD verba Apoſtoli Domini Andreæ ſuſpirando, dicere Chriſtianum conuenit: *In cruce ſalus.* Cùm enim ille conſpecta ſua cruce ignito pectore inſonuerit: *Salue Crux ſancta diu deſiderata, & iam concupiſcenti animo præparata, ſuſcipe diſcipulum eius, qui pependit in te Magiſter meus.* Quis tàm tepidus erit, qui non ſe vidiſſe ſalutem in cruce ſua hæſitauerit? Si Antiochus Soter decertaturus cum Galatis poſito certo pantagrammato in vexillis & ſignis militaribus admirabilem victoriam reportauit, *vt Cælius lib: 7. cap: 24.* Si Conſtantinus in ſigno ſalutis vicit, quis igitur crucem Sanctam non ſalutem affirmabit? D. Ambroſius ſerm: 43. auſus eſt dicere & ſalutariter: *Nonne cùm adhuc gentilis eſſes, ſolebas ſigna perquirere, & quæ ſigna quibus rebus eſſent proſpera magna inquiſitione colligere? iam nunc nolo erres numero: ſcito, quia in vno ſigno Chriſti omnium rerum eſt tuta proſperitas.* Et ſi liceret vti ad hæc prophanis, adducerem Alcibiadem, *de quo Athen: lib:* 12. Cùm Alcibiades exercitui præeſſet, etiam pulcher eſſe curauit, itaq; ſcutum ex auro & ebore confecit, & in eo pro inſigni cupidinem, qui vlnis fulmen amplecteretur inſcripſit: *Profectò in Cruce Saluator amplexus eſt omnia fulmina ne ferirent hominem, nec quicquam ſit quod mortalem laceſſit.* Vnde Cruci ſubſcribere iam cuique licebit: *In Cruce ſalus.* Arma præſentia mediam crucem vt video duæ lunæ contegunt & amplectuntur, quas deſuper pennæ ferrum deglutientis Struthij, ab immo flumina protegunt. Securè igitur ſtans ſub hac cruce legere poterit: *Ad Crucem ſalus.* Dicebat Perſeus Sat: 2.

De Ioue quid ſentis? eſtne vt præponere cures.

Hunc cuiquam? Ego dicam! *Omnes dij gentium dæmonia, ſolus qui pependit in Cruce eſt noſtra ſalus cum* Patre *& Spiritu S. Deus, cuius inexhauſto reuiuiſcit ſemper in Anno, quicquid terra creat, gignit mare, parturit æther.*

LINEA FAMILIÆ ARMORVM VCHRY.

MOkoſiey, *is cui primò ſuperius dictum collatum priuilegium, Ethnicus adhuc ex Zywokłodowná, magni illius Generalis exercitus Lithuaniæ Ducis filia, Wanko Mokoſieiouicium ſuſcepit, qui primus ex hac Familia initiatus ſacro baptiſmatis fonte rigidiſſimus ſuæ religionis (Græcorum enim amplexus ritus) extitit defenſor & propagator idem ſummus Volhyniæ Præfectus, feudu arius Cremeneceń. acerrimus ſuo tempore Scytharum domitor, huic Wanko Mokoſieiouicio Giedrocianká nomine Oluchna nupſit ex illa Illuſtriſſima Giedrociorum Familia, quæ nunc quoque in Lithuania reperitur adhuc, ex qua reliquit filios ſex, quorum vnus Stanko ſuæ Præfectus legionis ad Kiiouiam ſtrenuè cum Tartarico dimicando hoſte obijt in acie. Alius Petrus auratus miles nuncupatus in feudum ſucceſſit Cremeneci, iuriſdictionem iuridicam in proprio pago Storek, qui in diſtrictu ſitus eſt Cremeneceń. conſtituit, hoc clariſſimè patet tùm ex libris Metricis, tùm ex ijſdem libris Caſtelli Storyceń. qui ſunt in Archiuo Ducum in Zbáráz. Petrus Mokoſiciowic ex Kierdeiowná potitus Haurylio & Michaele filijs, qui cùm acerrimi hoſtium oppugnatores extitiſſent, vnus illorum Michael in acie ad Warnam cum Crucigeris fortiter obijt. Haurilius verò dum Feuduarius extitiſſet Cremeneceń. ex Bohouitianka Koźiradzka filiòs quatuor luci edidit, qui varia inter ſe diuidentes bona, variè à tractibus ſuarum appellati opum (vt patebit infra) hic Haurilius dum ſuæ religionis extitiſſet zeloſiſſimus Dynaſta, in arce Cremeneceń. fundauerat Eccleſiam ritus Græci, cuius iam nec veſtigia extant, excepto calice ſtannco & operculis ad eum pertinentibus, Roxolanis dicuntur Wozduchi, hæc iacent in Archiuo inter libros Caſtrenſes & Terreſtres in eadem arce Cremeneceń. obijt tãdem filiis relictis 4. vt ſuperiùs dixi, quorum natu maior Deniſius in gratiam Reipub. aliis conſentiẽtibus fratribus feudo abrenunciato Cremeneceń. primus Capit. Cremeneceń. creatus eſt à Caſimiro, à quo etiam primo Deniſko Mokoſieiowic nuncupatus, & priuilegijs multis dignatus, ex quibus quædam pro paſcendo equorum grege, vt in priuilegio viſitur Woronoie Stádo, quod vſq; à Czartoria Buſkum verſus paſci concedebatur, imò ipſis demandabatur hæc Prouincia Regis Boiaronibus, quædam pro non ſeruandis in ſuis ditionibus Polacis, quædam pro ædificandis in caſtro Cremeneceń. palatijs: refero ſenſum.* Concedimus & in æuiternam memoriam habere volumus ampla ædificia duo in Caſtro noſtro Ducali Cremeneceń. Deniskouio, Mokoſicio, & filijs, & nepotibus illius, &c. *Hic reliquit ex Dziuſianká Caſtellani Chelm. filia Wanko Deniſkowicz, Mokoſieiowicz Capitaneum Cremeneceń. qui ex Swiſczowſka reliquit Petrum & filios ſex: Petrus Mokoſiey Deniſko Capit. Cremeneceń. reliquit filios duos ex Patrikiiowná Simonem & Petrum. Simon Capit. Cremeneceń. ad tempus Reginæ Bonæ manſit in ſuo Cremenecenſi Capitaneatu, tandem per commutationem receſſit migrando ſeu ius ſuum tranſ-*

portan-


portando in Ozochowce æuiternè ſibi ſeruientia bona, Petro verò nupſit Sobocka, ex qua reliquit Simonem Capitaneum Zytomirień. & Petrum acerrimum Valachicum expugnatorem. Simon ex Falczewſka reliquit Petrum, qui in Hũgaria à pueris inter ſuos educatus Mokoſios, qui adhuc tum extabant in Hungaria, tandem remeando in Patriam nullo poſtero potitus ex Charlenſka tandem eius bona in Alexandrum Hreborij filium deuoluta. Hreborius Mokoſiey Deniſko, iudex Terrarum Cremenecenſium ex Horainowna natus, ipſe Petri huius acerrimi Valachici expugnatoris filius, dùm hic vita functo Patre annorum indiſcretus eſſet, Simonis Capitanei Zytomirienſis tutellæ potitus, tandem ad diſcretionem perueniens annorum cum patruo ſuo eodem Capit. Zytomirienſi exdiuidens bona, ex Ryczycka filio relicto Alexandro viuis vigere deſijt, dùm antea Wach Magiſter propriæ cohortis & acerrimus patriæ extitiſſet defenſor. Alexander Mokoſicy Deniſko Patris & Patrui nactus hæreditatem, in iuuenili ætate nomen militiæ maiorum more, ſub Buſſa & Orinino conſecrauit, nunc in vtroq; proſcænio, toga, ſagoq; bene notus vir, in ſuo Palatinatu magnæ expectationis multorum magnatum fultus amicitia, ſumma erga omnes vtitur comitate, qua ſibi non mediocrem omnium amorem & ingentem conciliat beneuolentiam. Idem Alexander ex Laſſocianka luci edidit filios tres, Samuelem qui optime honeſtiſſimis inſtructus literis bonæ ſpei cum immodico ominantium voto, extat adoleſcens. Græcorum addictus religioni: Petrum & Ianuſium: De priuilegijs & bonis priuilegiatis quæ huic ſeruiunt familiæ, multa poſſent dici; plurima etenim huic ſeruientia domui Priuilegia, à multis & magnis, tum Regni Poloniæ, tum magni Ducatus Lithuaniæ Monarchis collata, partim in Archiuo illorum partim in Metricis Regni Poloniæ reperiuntur paſſim, ſed & chartæ ſeruiendo, & tempori vano applaudendo, aliquot commemoratis reliquum remitto ad metricam publicam: Eſt itaq; primum priuilegium Feudi Cremeneceń. collatio Ozohowce, & aduitalitas in Zbaraz, & ſumma aliquot Centenarum Marcarum, ſupra bona Zbaraz, Czartoriæ, Paniowce, Hrycow, Zloczowká, Láchowce, Zemelince, Matwiciowce, Borſczowká, Iuſkowce, Bereh, Andrubá, Koroſtowa, Rydoml, Zaborce, Dworzec, Koblin, Wirzbá, Iſerna, Szybená, Nowośiołki, Malow, Ochmatowſka, Paſſewá, Toloczow, Vſtie, Bielki, Kokorow, Wielebory, Kcleśniki, Czarnaluka, Tátarynowce, & alia ferè quam plurima quæ etiam extant in Magno Ducatu Lithuaniæ non commemoro, hæc enim minus pertinentia, ad rem noſtram fore exiſtimaui; de contracta autem cum plurimis conſanguineitate dicendum eſſet aliquid, niſi me otium auelleret, tamen aliqua meminiſſe iuuabit, quæ ex ſola ſtyrpe familiæ Deniſcianæ prouenit, itaq; cum Zamoſcijs, Vchrowiecceijs, Boremſcijs, Ducibus quos Deniſkowná genuit, & multa in vim dotis bona in hanc aſportauit familiam, tum cum Hoiſcijs, Haurilij cum Caſtellani Kijouienſis mater extitit Deniſkowná, tractum Rydomlicium, in vim dotis huic dicauit familiæ, tum cum Kuniowſcijs, Malinſcijs, Piaſeczenſcijs,

ſcijs, quorum dum exiitiſſet mater Deniſkowná Ioſkouicium & Tatarinonicium tractus, filijs ſuis dedit ſucceſſioni, tum cum Principibus Rozynſcijs, Patrikiegijs, Huleuicijs, Bohounijs, Roſtocijs, & alijs quàm plurimis, qui omnes ex hac familia multis.hucuſq; abundant bonis.

Makoſieij *Bakowieccij, ſemper in Repub. clari meritis, geſtis, & bono nomine, Officiales Terreſtres non deerant in hac Familia, ex quibus nunc quoq; Ioſephus Mokoſiey Bákowiecki Epiſcop. Vladimirien. & Bereſtenſis ritus Græci.*

Goráyſcij *eiuſdem etiam ſunt Familiæ, ſed ab alio procedunt Atillæ poſtero, eodem exceptis lunis vtuntur inſigni Mokoſieij Szybienſcij ſemper clari erga Rempub. meritis, in ſago togaq; optimè verſati Reipub. ciues Mokoſiciowie Nowoſielſcij, hi iam non extant, deceſſit enim eorum vigere familia.*

W E I H E R.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſcutum militare intra cuius medium ponuntur campi quatuor per rectam lineam, ſupremus & infimus campus coloris cæleſtini, medius autem campus diuiſus primus habet vncos ſex, tres ſupra, tres infra, qui quidem vnci ferrei ad inuicē concatenantur quaſi catenæ, in campo ſanguineo, inferior verò campus ſub vncis, cōtinet tres roſas rubeas in campo candido. Super coronam ſunt tres pennæ ſtruthij. Ipſa verò denominatio armorum & dicti Nobilis ab eiſdem demonſtrant, inducta in Regnnm ex Germania in Pruſsiam & Poloniam fuiſſe, quorum originem non aliam quàm odorem patriæ fuiſſe roſæ demonſtrant, fortitudinem verò ſpecioſam vnci ferrei commendant. Quorum ita concatenatus erat amor erga patriam & Regnum, vt nec morte acerba diſſolui poſſet.

S P E C V L V M V I T Æ N O B I L I S.

D. Ambroſius inter plurima naturæ ſecreta in Hexameron expoſita notitiæ hominum, aſſeruit roſam eſſe humanæ vitæ ſpeculum; ſicut enim elegantia roſæ vallata eſt ſpinis & puncturis, ita elegantia vitæ noſtræ eſt quibuſdam ſolicitudinibus obſepta, & hilaritati ſemper eſt triſtitiæ adiun-

adiuncta. *Hinc Catullus*: Venerem quæ hilaritatis iucunditatiſq; præcipuus author habetur, ſpinoſas ait in pectore curas ſerere. Arma præſentia non ſpinis ſed vncibus ferreis acutis ſepta, quæ vel nauibus retinendis, vel antiquitus ad cataphractos deijciendos ex equis hoſtibus ſeruiebant, non ſpeculum vitæ humanæ nominabo, ſed ſpeculum vitæ nobilis. Quibus gladij vnci lanceæ non ad offendendum ſed ad defendendum ſunt prompti: nam etiam roſæ primitus ſpinis caruiſſe tradit Baſilius, ſed poſtea pulchritudini floris additi aculei, vt quod ex voluptate oblectamentum percipitur propinquo inde exulceratione quæ ex recordatione delicti emergit, ſtatim amittamus. Quo plus inſtruitur vita nobilis vt principalis ſub lunari orbi hominum dignitas & progenies, quam cætera plebs mortalium. Vitæ igitur nobilis ſpeculum eſt gentilicium præſens. Alexander ab Alexandro *lib*. 5. *cap*. 8. Colores diſtinguendo ad honorem refert Circenſium pro anni temporibus factiones erant. Viridem colorem Veri dicare, æſtati roſeum, hyemi venetum, album autumno. Sicut igitur illi præſtantiori parti anni deuouerant colorem roſeum, ita nos ex roſis & vncis ferreis ſpeculum vitæ hominis nobilis meritò colligimus. Illi etenim bonum, honeſtum, vtile & perpetuum Patriæ prouident, conſeruant, tuentur. Et meritò armorum præſentium patroni & hæredes ſpeculum quoddam vitæ nobilis vocabuntur, dum eos probos, virtuoſos milites, Centuriones, Tribunos, & Senatores Regni conſidero. Nec aliquis erit qui id de Illuſtriſſ. & Generoſis Veiherijs negauerit.

LINEA ARMORVM WEIHER.

Antiquitatem Weiherorum & excellentiam Culmenſis Palatinatus & Monaſterium Oliuæ referet, ex hiſtorijs hoc colligo. Erneſtus Weiher cuius dexteritas in bellicis actibus toti Europæ vt Stricouius dicit folio 790. *innotuit. Eius filius Martinus in caſtris celſus Rothmagiſter ad Zawotocie occiſus*. ibidem Stricouius. Bielſcius folio 610. *in bello cum Erico Suecorum Rege meminit Tribuni militum Weiher, qui Chriſtophorum D. Mekelburg coadiutorem Archiepiſcopatus Rigenſem, dum à Rege deſciuit ad Ericum, in captiuitatem recepit, & Polon. Regi remiſit. Ioannes Weiher Palatinus Culmenſis, Puczenſis, Czluchouienſis, Radzinenſis, &c. Sobouicenſis Præfectus, expediuit militiam tota vita, Legationes ad Sudermaniæ Ducem Carolum fecit, pugnauit contra Michaelem Tranſiluanum, contra Moſchum, Suecos. Quèm idcircò Ciuem pace ſanctiſſimum, Legatum ad exteros prudentiſſimum, militem in bello expertiſſimum, Mæcenatem omnibus ſingularem, Ampliſſimum in Curia Senatorem dixerunt. Eius filius Nicolaus Radzinenſis Capitaneus. Melchior Weiher Palatinus Culmenſis, Capitaneus Valcecenſis, cum Nicolao Capitaneo Radzinenſi, electionem Sereniſſimi Regis Vladislai IV. ex Culmenſi Palatinatu ſubſcripſerunt.*

ZABAWA

Z A B A W A.



DELINEATIO & ORIGO.

EST tabula Schaccorum in medio militaris ſcuti ad lineam perpendicularem, media autem pars ſcuti coloris cæleſtini, diſtinguuntur tabulæ colore rubeo & candido. Super coronam quinque pennæ Struthij. Acquiſita in Regno, dùm ſcilicet Syleſia & Morauia ad Regnum Pol. ſpectarent, & concordantur hoc modo ſcriptores, qui hæc arma in Regno acquiſita, alij illata ex Syleſia aſſeruerunt. Luſum verò bellicum exprimit hæc tabula, vnde duobus campis diſtinguitur, & ſanguine. Antiquitatem ponunt circa Annum 1092. in Regno, cum armis Szachownicá vnum erant, ſed diuiſio facta, quod vnus Ducum militiæ de armis Schaki retinuerit exercitum aduerſum, donec Dux ſuus cum milite acceleraret. Hinc Zabáwá nomenclatura armorum, & diuerſa à Schaccorum armis originem habuêre, vnde ſi in Regno ſunt Anno 1092. in Syleſia antiquius manent, poſt annum ſcilicet 1000. vt in Linea patebit.

LVDVS TRIVMPHALIS.

ROmani tanti ponebant ludos, vt etiam dijs ſingulis ſingulos aſsignarent venationes & munera dicati erant Saturno, Scenici Libero, Circenſes Neptuno, alijque alijs dabantur, quos ad placanda numina vnà cum ſacrificijs cumque cantu & tibia celebrabant, quos etiam vrgente bellorum tumultu prætermittere duxerunt nefas, *Alexandr. ab Alex. lib. 6.* Eiuſmodi ludos ipſis triumphales dicere potero: Sed propriè triumphalem ludum non vocitabo niſi militarem. Hoc namque illi ordine procedunt ad trumphum militarem & ludum, ad Tribunatum nemo poterat admitti, niſi priùs alam duxiſſet, neque alam potuit ducere, niſi cohorti præfuiſſet, *Alexander. ab Alex. ibidem cap:* 19. Quocirca ceu futuris triumphatoribus talia munera militibus aſsignata fuerant. *Idem ait cap: 6.* Togas & ſagula, æraq; & dona multiplicia ſingulis militibus pro meritis ab Imperatore elargiebantur, in quo id ſeruatum eſt, vt quod pediti, duplex centurioni, triplex equiti daretur vnà cum ſtipendio militari & frumento duplici: Tribunis verò multò magis; & alia plura ibidem donaria triumphator-triumphatoris, pro ludis bellicis & Caſtrenſibus militibus donabat. Verè hic ludus militaris & triumphalis

phalis, & à multis collaudandus erat. Arma hæc nobilitatis Zabáwá dicta, & nomine & re ludus eſt, ſed non qui vituperio arceretur, ſed qui multorum votis, coronis, & præmijs inſigniri dignus fuit. Hinc ſcutum triumphatoris hoſtili ſanguine depictum, & cælo fauente, ad leones, dracones, fulmina exaranda, aptum eſſe cernitur. Hoc expreſſerunt Viſimiri, Viſlai, Pialeccij, aliquiué Zabauitarum virtutum & fortitudinis ſtrenui æmulatores: Sed quod plurimùm adornat præſentia nobilium arma eſt, quia nedum ludum Martis pro Regibus, Senatu & Patria, quo hæc proteguntur & ampliantur in ſe repræſentarunt, verùm magnæ quoque præeminentiæ viros, quibus decertare cum hoſte inuiſibili & dæmonio meridiano luſus fuerat. Eò enim proſternebant Lucinam, Orcum & Tartara. Hoc fecit Martinus Archiep. Gneſneń. hoc téntauit Viſlimirus Epiſcopus Crac. hoc Viſlaus Epiſcopus Vladiſlauienſis, vnde de illo R. D. Canonicus Vladiſlauień. Domalewjcz reliquit:

Viſlai virtus cælo caput intulit, aſtrûm
Sydereas inter docta nitere faces.
Dextera ſupplicibus prompto quæ fauit egenis
Munere, dat tanto munera digna viro.

LINEA ARMORVM ZABAWA.

ZAbáwá *miles ſtrenuus ex armis Schaccorum, cui primùm ob dexteritatem fortitudinis cum inualeſcente hoſte collata talia arma in Regno Pol. dùm vnum fuerat cum Sileſia extiterunt. Fundata etiam villa Zabáwá a Viſlai Epiſcop. Crac. conſanguineis, & D. Zabawæ dicuntur. Viſlimirus armorũ Zabáwá magnus ſplendor, quem ob eximiam virtutem in bello & caſtris parentem aliqui exiſtimant Zabauitarum fuiſſe, vixit circa Annum* 1000. *Viſlaus filius Viſlimiri, de quo ſit mentio in priuilegijs Archiep. Gneſneń. Martini, & in priuilegiis Monaſterij Calui montis, cui contulerat bona certa, & ſcribitur nobilis armorum Zabáwá,* de quo & Dlugoſſus. *Martinus Archiep. Gneſnenſis filius Viſlai,* de hoc ita Dlugoſſus ſub Anno 1092. *Martinus poſt Petrum Archiep. Gneſnenſem, nobilis genere & religione inſignis per electionem Canonicam ſuffectus ab Vrbano II. Vladislao Duce & Monarcha Regni inſtante, prouiſus eſt. Rexit Eccleſiam annis* 26. *Gneſnæ ſepultus* 1118. *Hic dùm conſecraret Eccleſiam Spicimirienſem, à Pomeranis inuaſus ſeſe intra latibula ſuperiora templi latitauit, & pro eo Archidiaconus in captiuitatem eorum deuenit, ſed oratione Martini ita laceſſiti Pomeranij, vt captum Archidiaconum cum precibus & muneribus remiſiſſent, vnde Ianicius.*

Pomeranorum niſi ſe ſubduceret iræ,
Hic caderet ſæua captus ab hoſte manu.
Pæna malos diuina viros tamen inde ſecuta eſt,
Fortia pro iuſtis nam gerit arma Deus.

Viſlimirus aliàs Viſlaus Epiſcop. Crac. electus, vt notat Kantſcius *in Cata-*

logo Archiep. & Epiſcop. Crac. 1229. *de illo* Dlugoſſus ſub Anno 1231. Bielſc. Fol: 164. *Viſlaus conſecratur in Epiſc. Crac. per Vincentium Archiep. Gneneń. ſublato diſſidio quod inter eum & filium Clementis M. Andream de natione Griſſorum. Gregorius enim Papa IX. eidem Andreæ Romæ præſenti iure ſuo de Crac. Epiſcopatu prouiderat: Henrico tamen Vratislauień. & Crac. Duce interpoſitionem faciente, electio Viſlai confirmatur prouiſione Andreæ caſſata, hic controuerſias ſopiuit à Bukowno datis 60. marcis argenti & ſex bobus. In villa ſua hæreditaria Koſcielec Eccleſiam ex lapide erexit, quam Boguſ Pulkoſius Arrianus profanauerat, illius cæteros actus ex Hiſtoricis collegit Kamſcius, vidēdo quid in ſyluis Radlouienſibus ſuis de ſanguine villas fundare Zabawam & Drochczany conceſſerit, poſt conflagratam Cathedralem Eccleſiam ſucceſſit Prandota. Rexit annis* 12. *obijt* 1242. *quid in multum creuerat damnum dicens:*

Præſtita Viſlimirum ſedi bona loquuntur,
Et ſtudium in Patriam non ſine teſte ſuam.
Aſt amor in fratres nimius premit: & male templi,
Prædia cognatis plura locata ſuis.
Quo infelix penetras atque improbe ſanguis,
Et vix à ſacris reſpiciende viris.

Viſlaus Epiſcop. Vladislauień. ex Præpoſito Płoceń. Canonico Vladislauień. conſecratus à Iacobo Swinká Archiep. Gneſnenſi in Monaſterio Strzelnenſi Ord. Præmonſtrat. 1284. *nobilis de arm. Zabáwá, qui nobilitatem quam virtus parauit maiorum cummulatiſſimis laudibus & meritis non modo conſeruauit, ſed ampliſſimis virtutum propriarum meritis decorauit. Conceſſerat Archiep. Mart. IV. conſecrationem ob ingentia bella in Italia & Gallia, quæ periculum faciebant tranſeunti, Monaſterium quod prius fuerat fundatum in villa Hoſpitali è regione ciuitatis Vladislauienſis, & poſt tranſlatum fuerat Byſchouiam, ibi durauit annis* 70. *tertiò in villam Smieſſe quæ nunc Koronowia dicitur, in locum cultiorem & vtiliorem tranſtulit. Vnde in illius laudem author ſcripti Vladislau. Epiſcop. reliquit.*

Felici quando Koronowia laude vireſcet,
Creſcet in auctoris pulchra corona caput.

Wlodkouij *in Cracouienſi Palatinatu, quorum DD. Włodek eſt memoriæ in Eccleſia S. Adalberti Koſcielecenſi reperiuntur. Sed demum abducti vitijs, ab Eccleſia S. Catholica Romana receſſerunt plurimi. Difficile eſt ex hiſtorijs nunc ſcire quis Włodek vtitur his armis, ex quo alij vtantur armis Sulima, alij armis Prawdźic, alij armis Zadora.*

Dambrowſcij *in Leciceńſi Palatinatu.*

Wechadlowſcij *in Sendomirienſi Palatinatu.*

Koczywſcij *in Maiori Polonia.*

Piaſeccij *in Podolia, Ioannes vna cum Wiśniowieccio Duce Conſtantinopol. crudeliter ſuper vncum affixi fuerant. Piaſeccius cito mortuus, Dux ad diem*

tertiam

tertiam durauit Machometum maledicendo, quapropter à Turca ſagitta tranſſixus celerius obijt. Bielſcius fol. 614. *Piaſeccij germanus vir bello clarus, Familiæ virentis famæ odorem reliquit cum prole.* 1578.

Koſcieleccij *à bonis Koſcielec, quæ bona patria erant Vislai Epiſcopi Cracouień.*

ZADORA alias PŁOMIENCZYK.



DELINEATIO & ORIGO.

EST Caput leoninum griſeum hirſutum, quinq; flammas ignitas ore hianti efflans, in campo ceruleo. Super coronam eadem arma. Originem ipſa forma edocet, virum in flãmas ignium corde leonino irruentem, vbi aperta mors nedum periculũ imminebat. Nomen Viri Zadora in Britania Galliç reſidens. Quorum vnus in Regnum Poloniæ ſub Kriuouſtio Rege bellis clariſsimo toti Europæ circa annum 1000. venerat, motus magnitudine victoriarum inuicti Regis.

GLORIA DOMVS.

ANtiquis aſpectus leonis famoſus quidem erat, ſi in ſomnis apparuiſſet, ſed inglorius. *dicit Alex. ab Alex cap.* 13. *lib.* 5. Sed non fuit maioris ingloriæ quàm cùm aſinus videbatur occidere leonem, quo ſomnio mors Alexandri Magni prænunciata fuerat. *vt idem dicebat.* Sed noſter Leo Zadororum Familiæ flammas & ignem ſpirans, ipſius gloriæ vigil cuſtos & genitor. Gloriæ inquam in æuiternum duraturæ, quæ nedum nummis imprimi digna ſit, ſed cuique Zadorio id beneficij præſtet, vt laborantibus pro Patria ſudorem leo detergeret. Illi namque ſuum leonem Marti conſecrarunt, Palladi ſacrificarunt, Ioui iure iurando obligarunt. Quapropter pellis eorum leonis, pro conis ceſsit; fauces verò pro tormentis bellicis vicẽ exequuntur. Eorum eſt echo, vox & ſermo:

Amici dum viuimus, Deo & Patriæ viuamus.
Si publica ſunt ornanda, hæc ornemus.
Si amicitiæ colenda iura, hæc colamus.
Si benignè tractandus inimicus, hoc faciamus.
Quo gloria ducit, eamus.

Nerua Traianus in nummis ſuis ea forma figurabat gloriam eiuſque euentum, capiti leonino ſuperpoſuit clauam, *dicit Pier. Valer. lib*: 1. *cap*: 3. Claua figurabat fortitudinem, capite generoſitatem, quæ quidem duo ſumme neceſſaria ſunt Duci qui nomen ſibi inuicti affectat vendicare. Veſtris armis ô Generoſi Zadorij, cùm leoni non ferrum & claua, ſed vorans ferrum Struthij nec timens clauam ponitur, inſuper dùm caput & elicit & vomit ignem, iam nedum fortitudinis robur & generoſitatis dignitas adſcribenda erit, ſed quicquid in bono exercitus duce & pugnatore deſiderabatur, id totum fortuna in vobis expreſsit, & natura indidit. Pono in medium Lanckoronſcios, qui fines ampliſsimi Regni Pol. à duobus Cæſaris Chriſtianiſsimo & Turcico, in Palatinatu nimirum Cracouienſi & Podoliæ exiſtendo, humeris & pectore defendebant, & ceu fortiſsimi & generoſiſsimi Duces protegebant. Optimè ipſis tribuendum, quod Geneſ. 49. cap. dicitur: *Catulus leonis ad prædam fili mi aſcendiſti, requieſcens accubuiſti vt leo & leæna, & quis ſuſcitare audebit?* Vobiſcum gloria domus Domini, Eccleſiæ Sanctæ, domus Familiæ veſtræ, domus Patriæ floruit, requieuit, adaucta permanſit. Viuite, & quilibet dies ſit vobis primus nunquam vltimus.

LEONINVM CONSILIVM.

Leonem nedum cum ſcuto, verùm etiam cum tabula & libro plurimi figurant. Hinc leonina fortitudo, leonina diſciplina, leoninum conſiliũ conſurgit. At veriùs leoninum conſilium, ex Leonidæ Duce Spartanorum conſilio deducitur; quod quidem conſilium *ita Oroſius lib*: 2. *cap*: 9. *deſcripſit:* Xerxes Rex Perſarum Dario Patri ſuccedens, contra Spartanos quibus dux erat Leonidas cum ſexcentis millibus ſuorum, trecentis mill. auxiliarijs, habens naues roſtratas ducenti millia, onerarias tria, mouit. Leonidas obſtitit cum 4. millibus in anguſtijs Thermopylarum, iniuit ergò ſecum conſilium Leonidas, & hortatis auxiliaribus ſocijs, vt ſe ſubtrahẽtes pugnæ in cacumen montis euadant, ac ſe ad meliora tempora reſeruent, ſibi verò cum ſuis Spartanis aliam ſortem eſſe ſubeundam, plus ſe Patriæ debere quam vitæ. Dimiſsis ſocijs, Spartanos admonet de gloria plurimùm, de vita nihil ſperandum, neque expectandum vel hoſtem vel diem, ſed occaſione noctis perumpenda caſtra, commiſcenda arma, conturbanda agmina eſſe. Nunquã victores honeſtius quàm in caſtris hoſtium eſſe perituros: perſuaſi igitur mori malle, in vltionem futuræ mortis armantur, tanquam ipſi interitum ſuum & exigerent & vindicarent. Mirum dictu, ſexcenti viri, ſexcentorum millium caſtra irrumpũt, tumultus caſtris totis oritur, Perſæ ipſi mutuis cædibus Spartanos adiuuant. Spartani quærentes Regem, cædunt, ſternunt omnia, inter denſas ſtrues corporum raros homines ſequuntur, durauit prælium à principio noctis ad maiorem partem diei, donec fatigati vincẽdo laſsi, inter cadauera lapſorum & mortuorum requieuerint. Erat Leonidæ hoc conſilium, ſed

Leoni-

Leoninum: Stanislaum Lanckoronium Præfectum Camenecenſem in Podolia victorem multorum hoſtium præcipuè Tartarorum Leoninum conſilium ſub Anno 1512. apud Bielſcium lego. Perecopſcenſis Tartarorum Dynaſta inuaſerat Regnum in Ruſsia ad Buſcum & Oleſcum, & mox Lanckoronſcius reſumpto ex forti animo conſilio ad Bilkam hoſtes inuaſit & oppreſsit, ad Wiſniowecciam verò commorantes, dedit ſuis conſilium hoſtium prius reuiſo commeatu, quo inſtructus noſtrorum paucus exercitus viginti quinque millia Tartarorum occidit, alios diſperſit, alios in captiuitatem abduxit, & miſerrimam fortunam captiuorum noſtrorum à Tartaris ligatorum ſedecim millium hominum in libertatem Patriæ reſtituerunt. Hoc igitur de Lanckoronſcijs affirmabo, quod Lucretius Carus de inſignitis leone aſſerebat.

Principio, genus acre leonum ſæuaq; ſecla
Tutata eſt virtus.

LINEA FAMILIÆ ZADORA aliâs PŁOMIENCZYK.

ZAdorá *miles ſtrenuus cui primum talia inſignia nobilitatis collata fuerunt Vir leonini pectoris, ignitus hoſtium victor, cui Vincere, vita: vinci, mors fuerat. Vnus ex lumbis ipſius in Regnum militaris coronæ gratiâ venerat circa Annum* 1[illegible]0[illegible]. *ante Boleſlaum Krziuouſtium Pol. Regem. Valterus Epiſcopus Wratislauienſis Nobilis de domo Zadora, ex Scholaſtico Cracouień: & Canonico Wratislauienſi poſt Ianicium aſſumptus fuerat* 1148. *Hic ligneam Eccleſiam Cathedralem reperiens, illam è lapide fabricare fecit, & Lugdunem Gallianum Eccleſiæ ceremonias ordinem & cantum introduxit, Polonum genere Dlugoſſus aſſerit. Rexit Eccleſiam annis* 22. *Ex annis huius Epiſcopi antiquitas Zadororum in Regno colligitur. Sbigneus Zadora, cuius filij Predborius & Pacoslaus quibus Caſimirus Rex Wodzislauiam oppidum cum certis villis contulerat.*

Włodziſławſcij. *Hi qui denominati fuerant Zadorij ab armis, appellari cœperunt à bonis Włodziſław Włodziſławſcij, quæ quidem bona tranſierunt ad Zadorios, Lanckoronſcios nuncupatos.*

Lánczkoronſcij *de Brzeźie. Nicolaus Marſchalcus Regni* 1382. *Sbigneus Lanczkoronſki Marſchalcus Regni* 1411. *Stanislaus, Hic vnà cum Tworowſcio pro Bogdano Pal. Moldauiæ contra Perekopſcenſem Tartarum miſſus* 1511. *Qui Capitaneus Camenecenſis renunciatus, ad Bilcam plurimos occidit Tartaros, & ad Wiſniouecciam ipſius conſilio & vigilantia viginti quinq; millia cæſa fuerunt & ſedecim millia captiuorum noſtrorum liberata* 1512. Bielſc. fol. 519. *& ad Tubouliam Anno* 1516. *eoſdem Tartaros fudit & occidit.* Idem Bielſc folio 533. *Iterum ad Laticouiam & Miedzibozum* Idem folio 534. *Honoratus à Rege Caſtellania Sendomirień. Prædislaus ſeu Præclaus eximius ſtrenuuſq; in bello vir, qui dum audiuit legatos Regis redeuntes à Perecopſcenſi dicere, quod reſponderit Regi Scytha; quærenti cur contra pacta veniunt Tartari va-*

ſtare Regnum Poloniæ, quia licentioſos iuuenes compeſcere non poteſt. Congregato milite venit contra Bialogrodum, & percurrendo campos plurimos in captiuitatem deduxit, & magnum numerum boum & equorum ipſis ademit. Congregarunt illi militem ſuum cum Turcis, & facto congreſſu cum Lanczkoronſcio ad ſtagnum Ouidij, ſed à noſtris victi & diſperſi, cum gloria recipit Præclaus & primum nomen Coſacorum tunc incæpit, Herburthus 360. 361. Bielſc. fol: 554. *creatus Capit. Chmielnicenſis, excurrebat ad Oczakouiam cũ fructu bellico* 1528. Bielſc. fol: 560. *Hieronimus Lanckoronſki in Brzeżie hæres cum poſteris ſuis, quieſcit Caſimiriæ in Eccleſia S. Catharinæ, vt ibi declarant Epitaphia, & Hieronimus alter Capitaneus Scalenſis, vir pius & Catholicus, obijt* 1563. *Creslaus Capit. Chmielniceñ. qui obijt* 1531. *Stanislaus poſtmodum ob merita militaria Capit. Scalenſis, qui tenuit ſacramentum matrimonij cum Herburthi Capitanei Barenſis filia, ſub Mieleccio Rothmag. S. R. Maieſt. qui Valachos rebelles compeſcuit Anno* 1572. Bielſc. fol: 644. Herburthus fol: 360. *Nicolaus frater germanus magnæ gloriæ Rothmagiſt. per totum tempus belli ſub Sereniſſimo Rege Stephano. Lanckoronſcij cæteri de Brzeżie in Włodyſław. Adamus reliquerat Ioannem Venatorem Sendomirieñ. qui obijt* 564. *cuius filij erant Chriſtophorus & Hieronimus, illius bona Koroznęki fuerant & conſortem habuit Caſtellani Cracou. Tęczynſcij filiam, & qua ſuſcepit Præclaum & Sbigneum, honoratus erat Caſtellania Malogoſtenſi, iſte verò puta Hieronimus erat Venator Sendomir. cum Dębinſka Caſtell. Cracouien. filia, ex qua tres filias habuit, erat hæres in Włodyſław. Bak Lanckoronſki à Bakowa gorá, Bak dictus de Brzeżie, Valentinus Bak Vexillifer Camenecenſis. Ioannes cuius filiæ bona induxerunt in Korytkorum domum, alia in Kálinowſcij. N. Lanckoronſki Palatinus Ruſſiæ, cuius filius Stanislaus Palat. Podoliæ, ſepultus in Metropolitana Eccleſia Leopol. cum ſplendido Epitaphio, quod vnum dolendum, quod tantus vir iudicio, conſilio, potentia, & marte, vix luſtris ſex ſuperuixerit. Parens ipſius Cameneciæ in Podolia, in Cathedrali Eccleſia, & ſuæ fundationis ſacello quieſcit. Splendida vſq; in præſens Familia eſt Illuſtriſſimorum Dominorum Lanckoronſciorum, nedum in Palatinatu Crac. verùm etiam in Podolia. Vna enim ætate ſuperſunt, Hieronimus Succamerar. Podoliæ, Vexillifer Ruſſiæ germanus ſuus & Capitaneus Scalenſis tertius illorum frater. Qui poſt lauream literarum, bellorum incommoda pro patria læti ſupportarunt, ſic magni ex magnis progeniti, magna decoraq; moliuntur. Samuel de Brzeżie Caſtell. Wiſliceuſis. Chriſtophorus & Andr. in Kurozwęki heredes ex Palat. Sendomir. electionem Sereniſſ. Vlad. IV. ſubſcripſerunt.*

Rozſoccij, *de Roſsoczyce in Crac. Pal. Stanislaum de Brzeżie in Roſsocyce epitaphium refert Caſimiriæ apud S. Catharinam in Palat. Crac.*


Chrząſtowſcij, *de Chrzaſtow qui idem ſunt cum Lanczkoronſcijs Nicolaus Chrzaſtowſki Vexillifer Cracouieñ. in Anno* 1477.

Brochowſcij

Brochowſcij, *Ioannes cuius filius Stanislaus ex Chriſtina in Nadarzyn natus miles Ianorouiæ quieſcit. Rothmagiſter ex milite ſtrenuo qui in expeditionibus cum Tartaris Guſtauo & Coſacis rebellibus, magna meritorum & obſequia protulit patriæ encomia.*

Paizkowſcij, *de Brzeźie, Seuerinum in Caluaria refert Epitaphium. Iawno Palat: Trocenſis qui pro ſe & domo ſua in Comitijs Chrodlenſibus ſuſcepit Gentilicium Zadora.*

Z A R E M B A.



D E L I N E A T I O.

LEo nigri vel fuſci coloris medius, prorumpens ex muro coloris albi, lapidibus quatuor ceu pratioſis aureis ornatus, anterioribus pedibus, caudam erectam gerens, ore hianti & lingua exerta, lapides ſunt triangulares cum quatuor cornibus, tres in rectam lineam, & quartus ſub illis. Campus eſt purpureus.

O R I G O.

PErantiquæ Familiæ originem adnotare perquam difficile eſt, verùm cum in vna temporum ſerie cum Lecho & Czecho venerunt Romanos eſſe exiſtimarem, magnis enim bellatoribus caput leonis in vſu erat, vnde & Agamemnon ad caput leonis expreſſum in ſcuto adſcripſit: *Terror.* Inſinuando magnorum virorum Gentilicium fuiſſe. Ex Germania aſſeruerat Paprocius arma comparuiſſe in Regno, ſed melius ex Bohemia aſſereret vbi plurimi reperiuntur nobiles ex his armis ab antiquo qui cognomina Zaremborum vnâ cum Gentilicijs proclama vſque modò retinent, in Regno verò manuſcripta declarant vnum ex duodecim Palatinis Adminiſtratoribus Poloniæ Zarębium fuiſſe, quod ipſi tituli & dignitates eorum cum annis non ſegniter edocent, cùm enim Comites & Duces exercituū in Hiſtorijs Regni circa Annum 1008. leguntur, antequam fuiſſent Duces & Comites annos iam exegiſſe plures in Regno ſatis apertè conſtat, creſcūt enim incrementa cum meritis ex ſanguine hoſtium leni progreſſu.

P R Æ M I V M   V I C T O R I Æ.

DIcebat quidam: *Sine animo nil arma.* Ita dicere licet: *Nullum præmium ſine victoria.* Militem enim conſtituit animus (cui etiam mandibula arma) præmium verò congreſſus, vnde Themiſtocles ſubſanando Eretrienſes dicebat: *Theuditum more gladios habent, cor autem non.* Plutarch. Apoph.

Apoph. reg. *Oportet igitur contra vulpem vulpinari militem ſtrenuum, qui animum habet, qui præmium ex victoria refert.* In Styria eſt nobilis Klobitziorum Familia, quæ pro inſigni *inquit Petraſanta* Leonem, qui pedibus anterioribus tenet caput lupi defert. Qui ergò conſpiciet talia arma & diuertet ad hominem, meritò ſubſcribet: *Præmium victoriæ.* Democritus Liberius apud Philippum cum legatione agenti; *Metuiſne* inquit *ne tuum caput auferam?* Reſpondit voce legato dignisſima: *Abſtuleris ſanè, pro hoc enim iſto tali adornabit Patria aureum & immortale.* Subſcribam: *Erat animus erit & præmium.* Flecto animum ad nobile Gentilicium Zaremba & virum, Leo ex muro quatuor lapidibus aurei coloris ornato proſpiciens oculo vigilanti, pectore agili, faucibus diductis, pedibus exertis, quid quæſo refert? Expectat lupi, draconis, & canis marini caput, prænuntiat altam victoriam & ingens præmium, & licet clarum Ouidij.

Parua necat morſu ſpatioſum vipera taurum,
A cane non magno ſæpè tenetur aper.

At tamen Leo, non quandoque nec ſæpiùs, ſed ſemper vicit Leo,& ſitRex victorque animalium. Nouerunt enim mereri & vlciſci Zarembij non dolo ſed virtute; quod clarè oſtendunt antiqui Palatini, ampliſsimi Senatores, plurimi exercituum Duces,& innumeri ſolertes milites. Sed qui hos linea Familiæ altius demonſtrabit, de armis Zaremba nunc dicamus.

Sit Tutella tridens Spartæ, ſit Muſca Laconi.
Eſt ieiunus honor; minus eſt terrere Tridente,
Hæc ſuperant, leo murus lapis & vngues.

EXPECTATA PAX.

QVis non deſiderat pacem domi & foris? Ab hoſte inimicitiæ, magnum malum; à ciuibus, ingens clades. Expectatur pax ab vtrinq;à bonis & quietis viris. Antiochus deferebat inſigne & gentilicium Leonem cum caduceo, ergo dandum lemma: *Expectata pax.* Si enim ipſaReſpub. & Rex deferunt pacem,imò manu & corde caduceum ſeruant,pax certa æuiternaq; cum ſubditis & hoſtibus erit,ſed ſi geſtiunt manuReges caduceum pacis, vt proijciant bellũ inimicitiæ & odium ſubſequuntur. Pone in medium Tamerlanum ScytharumDynaſtam,&Turcarum magnatemBaiazetem,deiecerunt caduceum in terram, mox commota dominia, Murzas contra Baſſos, ciues contra ſubditos, milites contra Ianizaros incitarunt, & qui deſpexerat pacem cauea ferrea incluſus ſcabellum factus cum ſuo turbante Tartarico Regi. Deſideratur itaque & bene expectatur pax, ab omnibus amabilis. Zareborum Illuſtrium dum conſidero in caſtris ducatum legionum contra Ruſſos, Saxones, Pruſſos & Lituanos, in quo quidem apparatu belli nil aliud attentabãt niſi bonum Patriæ,vtile Reipub. honeſtum Senatum illorum tam ſacræ intentioni & propoſito, audebo ſubſcribere: *Curarunt expectatam pacem:*

cem: Id mihi perſuadent clariſsimi Senatores, Palatini, Caſtellani, Cancellarij, & permulti de familia Comitum Zarembiorum, tutores patriæ & magni defenſores, non enim eiuſmodi præmia conferuntur, niſi optimè meritis conſilio & fortitudine in Regno, & quod maximè requiritur ex genere & obſequio Reipub. digniſsimis. Quamerſi enim Reſpub. Polona Anaxanorem etiam purpura ornatum nullum videre voluit, attamen dignos Patriæ ciues, & magnos toga & ſago viros promouere & excellere ſemper deſiderauit. Quos vt videbimus in Linea ſubiecta, Zarembiorum gens excelſos progenuit, fouit, & conſeruauit.

Fuerant *Viuum heroicæ virtutis exemplar,*
Oportunum auxilium boni,
Singularis ſplendor ſanguinis,
Viuendo, quantum debebant.

LINEA FAMILIÆ ZAREMBIORVM.

ZArembá, *cui primitus tale gentilicium conceſſum fuerat, plurimo tempore hoc cognomine ab armis omnes vocabantur, natus in bello Grunoualdenſi erat Rothmag. ſtrenuus Anno* 1409. *& modò extant qui vocantur Zarembij in Palat. Caliſſ. ſed alij à bonis appellationem aſſumpſerunt. Gedeon Zarembá Comes* 1008. *Ianko Palat. Caliſień. & Gubernator Cruſuicień.* 1040. *Magnus Comes. Eſt differentia inter magnos Comites per Emphaſim ſumendo, hæc duo nomina & diuiſim, nam primo modo ſignificant Toporeos dictos magni Comites, ſecundo modo verò non Toporeos, ſed vt fertur Zarembios ſignificant: erat magnus Præfectus Wratislauień. quem Boleslaus amouit, & Voislaum Sieciechi conſanguineum præfecit,* Cromer: fol: 68. *Hic poſtmodum Maſouiæ præerat & vocatur à Cromero Comes, qui Pomeranos profligauerat, ſexcentos interfecit, mille duces in captiuitatem deduxit, alij à ruſticis (iam diſperſi) occiſi,* Cromerus fol: 80. Anno 1111. *Hoc enim nomen Magnus commune Zarembijs, ob magnitudinem animi genij & fortitudinis fuerat. Magnus Zarembá, vt nomine magnus ita meherc ule & re, nam & Eccleſiæ Chriſti religioſa contulit merita, & Principi reddidit cum laude excellenti obſequia, Dlugoſſus de illo hæc ſub Anno* 1141 *refert*: Poſt Rupertum Epiſcopum Wratislauień. translatum ab Innocentio II. ad ſedem Crac. per ordinationem Ducis Vladislai, qui & Crac. & Vratiſlauienſem regebat Principatum, ſucceſſit in Epiſcopum Magnus, Cuſtos Gneſnenſis, Wratiſlauień. & Cracouienſis Canonicus, Ducis Cancell. nobilis de domo Zarembá per Innocentiū eundem promotus. *Tanti viri honos ſi ex annis computabitur, facile ſuos maiores honoris alti præceſſiſſe edocebit, & mox illorum originem ante annum milleſimum Chriſti demonſtrabit, refert de morte ipſius* Bielſc. fol: 117. *quòd anno* 1143. *ad tremendum ſacrificium altaris, ceu alter Stanislaus Epiſcopus à Koſcieſijs occiſus fuerit. Profectò commendaret hoc ſummoperè familiam Zarembio-*

rembiorum, quod ex ſanguine in cælis habuiſſent Martyrem, ſed Dlugoſſus referendo mortem ipſius ſub Anno 1146. *nil horum dicebat, imo in Cathalogo Epiſcoporum Wratiſlauienſium legitur*: in febrim quartanam incidit, à qua vexatus & languidatus, cùm rexiſſet Eccleſiam annis quinque & dimidio mortuus eſt. *Nicolaum Palatinum Crac. Principem militiæ contra Wſeuoldum Belzenſem Ducem, & Wladimirum Halicien:* Dlugoſſus ſub Anno 1182. refert, *cuius opera parta victoria & Halicia recepta à Caſimiro. Et anno* 1188. *eundem Palat. Principem militiæ contra Hungaros Halici deoccupantes miſit pro Wladimirio exule & quondam hoſte ſuo, qui feliciſſimè expeditionem perfunctus eſt*, idem habet Cromer. *Eundem Caſimirum iuuit Nicolaus Palatinus in defectione à Caſimiro*, Cromer: fol: 110. *cui villas contulerat Rex pro tantis laboribus Iaſienica, Godlowo, Niemki, Czopowicze, iure hæreditario in Palat. Siradienſi, ſicut ſonant Zarembiorum priuilegia. Nicolaus Comes in Komorow hæres Palat. Syradienſis, in Anno* 1210. *vt priuilegium docet. Beniamin Comes in Grabow, hæres in Ieſionká Palatinus Poſnanień. vir cum dexteritate animi tum glorioſa fama inſignis, qui & pietatis & virtutis obſeruator & cuſtos fuerat. Hoc inter cætera æuiternæ memoriæ contulit, quod Wielem ſeptem milliaribus à Poſnania fundauerit, & hæreditarias villas Fratribus Ciſtercienſibus per Abbatem Paradiſień. introducendis Przyſicka, Obrzyſka, Gęſinka, Lupicá, Plowo, Druſko, Oſtomo, Rogolſko, Kroſcienice, & Wielen donauerit, quod fundatio & anniuerſarius dies acclamant Anno* 1230. *Simon Zarembá Caſtell. Cruſuicień Capit. Gneſneń. Poſnaniæ tumulatus* 1240. *Andreas filius Simonis, inde Simonides dictus ſeu Szymonowic, ex Canonico Poſnanienſi Epiſcopus ibidem* 1298. vt habet Dlugoſſus *nobilis de gente Zarembá à Swinká Archiep. Gneſneń. confirmatus, interdixit à ſacris Diæceſim Poſnanienſem, & demum in Conuentu Poſnaniæ congregato, Regnum adimendum fuit occaſio, & Venceslao Bohemiæ Regi dandum*, ait Cromer: fol: 184. Anno 1300. *Coronatus Gneſnæ & vnctus, præſentibus Baronibus Pol. & Palatinis, & Vislao Vladislauień. Epiſcopo, Andrea Poſnań. Ioanne Romka Wratislauień. à Iacobo Swinká Archiepiſc. Gneſnenſi, nondum enim tunc Lokietek coronatus fuit*, Dlugoſſus, ſub Anno 1300. *Zarembiorum Familiam ſub Præmislao Rege fuiſſe magnæ potentiæ declarant in Præmislao*, Cromerus & ante illum Dlugoſſus, poſt Bielſcius. *Verùm. & Andreas Epiſcopus ſub Vladislao Lokietek Epiſc. Poſnan. non minoris authoritatis vt apparuit exiſtebat, zelus Domini & oppreſſio pauperum in cælum vindictam reponens, vrgent pios Paſtores ad dicendum & agendum ſpirituali gladio. Matthæus Palat. Syradienſis, Dux Exercituum contra Conradum Maſouiæ, miſſus à Leſco Nigro Principe Crac. & Sendomirień.* vt Cromerus habet fol: 177. *ſed dum redibat onuſtus, cucurrit Conradus & incautum profligauit, atq; fortiter reſiſtentem interemit* 1288. idem Bielſcius *dicit hunc fuiſſe Zarembiũ de Kálnowa, teſtantur ipſorum priuilegia. Thomas Epiſcop. Wratislauień.*

cum

cùm enim deceſſiſſet Thomas Epiſcopus de gente Kozlarogi 1232. *Capitulares ob amorem ſui Epiſcopi, illius nepotem ex ſorore Thomam Zarembá elegerunt, ſed ſicut ille à Caluo Duce Legniceń. carceres & compedes innocuè ſuſtinuit, ita iſte plurimùm ab Henrico Wratislauienſium Duce perſecutus fuerat, electus* 1267. vt Dlugoſſ. habet. *Reconciliatus cum Duce Anno* 1287. *Obijt* 1292. *iuxta Dlugoſſ. armorum fuiſſe Zarembá Cathalogus Epiſcoporum Wratislau: refert, virum pium teſtantur progreſſus, nam Ratiboriam dum Dux vall' ret exercitu ob Epiſcopum, prodijt extra vrbem Pontificaliter, quem vt vidit Dux perculſus timore cælitus, cecidit ad pedes Paſtoris, & ex lupo factus eſt ouis. Fuſius de hoc Dlugoſſius. Martinus de Kálinowa Caſtell. & Gubernator Syradienſis hæres in Rudá, habet de illo Eccleſiæ Wieluneń. Cathalogus* 1290. *Ioannes de Kálinowa Caſtell Caliſień. hæres in Grábow* 1300. *Ianko Caſtell. Caliſſ. cuius probitatem vſq; modò cantilenis Sileſij celebrant, hæres in Grábow, Suliſkouiæ tumulatus* 1330. *Venceslaus Caſtell. Syradień. Capit. Wieluneńſis, Gubernator Boleslauień. Anno* 1360. *Laurentius Zarembá Palat. Syradień. Wieluneń. Krzepicenſis Capit.* 1360. *Hic notabili ſtrage affecit Scythas per Terram Sendomirien. & Syradień. graſſantes, conſors illius nomine Nawoyká, cuius concordiam cum filio (fortè nouerca erat) exhibent Acta Metricæ maioris ſub litera* R *Anno* 1448. *dimittit filio villas Czarnerolny, Otalouiam, Sokolniki, Pychlice, Krzywa rzeká, Pantno, maius Theloneum, Kamienenſe theloneum, medietatem menſurarum in Molendino equino Wieluneń., idem filiam ſuam deſponſauit Nicolao de Koniecpole Capit. Præmislienſi, vt patet ex literis reformationis eiuſdem ſub Caſimiro Rege factæ, quam extendi vult ſuper bonis ſuis hæreditariis, videlicet Fortalicio & curia Koniecpole, vt villis Stániſláwice, Liſmy, Luboyca, Kruſzewice in Syradienſi Palat. nec non in oppido Koniecpole, & villis Waſoſze, Ianuſowice, Panchowice, Zábna & Koczal in Cracouień. & Kroſtow in Sendomirienſi. Hoc Acta eiuſdem Metricæ docent ſub Anno* 1450. *ſub litera* E. *Martinus Zarembá Caſtell. Syradienſis, Wieluneń. Oſtrzeſouień. & Boleslauień. Capit. hæres in Grábow. Obijt* 1416. *Ianuſſius de Tuliſkow Caſtell. Caliſień. hos duos præſentes fuiſſe dùm Lituania Regno incorporaretur, vt patet in priuilegiis ex eorum ſubſcriptionibus, & paulo ſuperiori anno* 1413. *in Comitiis Hrodlenſibus ſuſceperunt ad ſua Gentilicia, ex Dominis nobilibus M. Duc. Lit. Giet Kuncouicios. Laurentius Zarembá Marſchalcus Curiæ Vladislai Regis, qui concordiæ initæ Regis cum Sigiſmundo Imperatore cum alijs* 39. *ſubſcripſit tabulas* 1420. *Hic cum aliis inſimulatus erat de crimine coram Rege* 1427. refert & Bielſc. fol: 328. *Ioannes Łopátá Kalinouius,* vt Cromer: lib: 19. *(pro eo de Kálinowa)* dicit: *Erat cum alijs ex nobilitate prima cum Vitoldo ſine dubio Rothmagiſter, dum contra Nowogrodenſes inſtaret* 1428. de quo & Bielſc: fol: 329. *Martinus Zarembá Palat. Syradień.* 1437. *Hic approbationem iurium à Vladislao Polonis factam ſubſcripſit præſens. Ioannes filius ipſius Palat. Lanci-*

 cień.

cien. 1439. Regis filiam Pleſcouiæ hæredissam Boleslao Duci Cieſsynenſium publica legatione in matrimonium deduxit. Laurentius Zarembá Caſtell. Syradienſis, hic iuxta determinationem in Corcinenſi Conuentu factam, à nobilibus de dando ſubſidio Regi contra Turcam, cum alijs deſtinatus fuit Dux cohortis. Enumerat eos Cromer: lib: 21. ſub Anno 1441. *Ioannem Tencinium Palat. Crac. Ioannem Oleſnicium Caſtell. Sendomir. Petrum Odrowaz Palat. Ruſſiæ. Gregorium ſiue Chriſconem Kierdey Palat. Podoliæ. Ioannem Sennenium Præfectum Sendomir. Derslaum Rituanium. Laurentium Zarembá Caſtell. Syradien. Nic: Skorá Iudicem Terræ Poſnanienſis, &c. eundem Vladislaus Rex in Lituaniam legatum admonendi cauſa Swierzgieli miſerat, idem Sileſios latrocinijs vexantes Poloniam, omni præda exutos diſperſit, & nequitiam vitus eſt.* Cromerus ſub Anno 1448. *Martinus Palat. Caliſienſis, Pyzdrien. & Oſtrzeſouien. Capit. Hic villam Grábow in oppidum proclamari fecit 1447. ſicut liber Metricæ Regis ſub litera P dicit, & ſubſcripſit Confirmationem M.D.Lit. conceſſum per Vladislaum Sigiſmundo filio in Kolo 1448. Nicolaus de Kálinowa Caſtell. Lancicien. Capit. Cruſuic. Hic Eccleſiam Taliſkouien. ex lignea curauit latericiam fieri 1450. Ioannes Zarembá Epiſc. Wratislauien. Hunc Paprocius in 2. Opere ponit, & nominat nummum ſe vidiſſe, in quo erant ab vna parte arma Zarembá iſtius Epiſcopi, ab altera erat S. Ioannis caput, armis dicebat tacitè:* Inſigne Zarembiorum. *Capiti S. ſubſcribebat:* Baptiſta ſuccurre S. Ioannes. *Ioannes Zarembá primus Præfectus Wielunenſis, Grabouien. Oſtrzeſouien. Patet enim ex ſuperioribus tenutarios fuiſſe Wielunen. Zarembas hæreditarios, ſed ſucceſſu temporis territorium Wielunen. in feudum commutatum, ac demum in Capitaneatum conſtitutum, cuius Capitaneus primus præſens Zarembá fuit, cum obligatione annexa à Caſimiro Rege in ſumma ſexcentorum florenorum Hungaricalium ſicut legitur in Metrica Maiori ſub Anno 1460. Idem donauit Sereniſſ. Regi Caſimiro ſummas ſibi in Grábow obligatas, vt refert Metr: Maior Anni 1480. ſub litera C. Hic Manſionarios Wielunen. conſtituit in Wielun ſub Caſimiro 148[illegible]. cuius priuilegium in Conuentu datum Klodauienſi. Idem priùs fundauit Altariſtas ad altare S. Dorotheæ in Eccleſia Oſtrzeſouienſi 1457. vbi in priuilegio pargameno legitur. Nos Ioan. Zarembá de Kálinowa Capit: Oſtrzeſouien. & Wielunen. Terræ Gen: ſignificamus &c. Idem dùm erat Caſtell. Santecenſis, qui poſt Syradien. & demum contra Cruciferos dux Exercitus Territorium Naclenſe ſuæ ditionis propterea quòd tributum hoſtibus penderet acerbè vaſtauit, deinde ad Fridlandiam caſtris admotis oppidum die octauo recepit,* de hoc Cromer. lib: 24. ſub Anno 1461. fol: 369. editionis primæ. *Plurima acta demum Poſnaniæ Wieluni &c. idipſum referunt. Reliquit filias Annam, Margaretham, & Catharinam, quibus inſcripſit dotes octingentas marcas Poſnaniæ. Ioannes Palatinides Caliſienſis, Wielunen. Oſtrzeſſouien. Pyzdrienſis Capit. miles Hieroſolimitanus, multis æuo ſuo ob res bellicas & exterarum nationum*

tionum

tionum & linguarum peritiam præferendus, quibus & morum grauitate Chriſtianiſſimo Regi Galliarum, & Sereniſſ. Regi Pol. Adalberto erat gratiſſimus 1480. *conſo. s ipſius Dobruchná de Lanzenicá cuius relictæ concordia cum tutore puerorum M. Nic. de Kuthno Palat. Lancicien. extat in Maiori Metrica* 1479. *hæc dotem Dorotheæ filiæ conſorti Iacobi Kobelanſki Succamerar. Wielunen. trium millium in villis Czernice, Strab, Wielkie, Ruſiec, Ruſiecka & Wola* 1494. *Ioannes de Kálinowa Maioris Pol. Gen. Pyſtricen. Oſtrzeſſouien. Capit. extat Actorum eiuſdem integer liber, Promotorem gloriæ diuinæ Eccleſia Kalinouien. per illum extructa teſtatur, ad Ioannem Regem Suециæ Orator miſſus ſumma cum laude peregit legationem, in Metrica Maiori* 1508. *legitur, quod abſente illo Adminiſtrator Capitaneatus Maioris Pol. Gen. Ioannes Kobylinſki ſuffectus erat, conſors ipſius Leſzczynſka, ex qua natus Stanislaus de Kálinowa Palat. Lancicien.* 1510. *Ioannes de Kálinowa Caſtell. Poſnan. Capit. Sluchouien. in Gluchow hæres* 1520. *de illius in bello geſtis cum Germanis* Bielſc. fol: 546. *Ille librum Actorum Generalatus Maioris Pol. poſt obitum primi Ioannis Gen. M. P. Sigiſmundo primo Sereniſſ. Regi in Comitijs Petricouien.* 1511. *oratione publica reddidit, quem ſucceſſori memorati Maior. Pol. Gen. Lucæ de Gorká ad aſſeruandum ibidem concredidit, fuit poſtmodum Caſtell. Caliſienſis, laceſſitus rumoribus quod conſpectum Regis fugeret, ad obolendam maleuolorũ opinionẽ, ſub Comitia Regni Cracouiæ celebrata, equites ſuos longo ordine diſpoſuit cum ardentibus cereis, coſq; in arcem comitatus eſt, Rex perquirit factum & cauſam, & ille:* vt clarum eſſe non benè mihi affectus, conſpectum Regiæ Maieſtatis Tuæ non mihi eſſe terribilem, nec ob crimen aliquod formidabilem. *Rex Sereniſſ. quietando affectum illius ceu innocui, illi villam Zoraw contulit, vbi ille in gratitudinem Regiæ gratiæ, & Dei laudem Eccleſiam latericiam extruxit. eius filia Anna conſors Ioannis Chelinſki, Reformatio & mutuæ ceſſionis in Minori Metrica illorum* 1523. *Ianuſius de Kálinowa hæres in Strzalkow, de hoc Acta Syradienſia* 1521. *Vladislaus Zarembá in Vpuſzczow hæres* 1525. *Matthias Zarembá de Iáblonow, hunc virum in Repub. magnum teſtatur donatio Sereniſſ. Regis Alexandri, cui molinæ Bydgoſtienſes donantur, nota huius eſt in Maiori Metrica* 1528. *ſub litera* L *ſub Cancellariatu Ioan. de Laſko. Chriſtophorus Zarembá Caſtell. Naclenſis, Capit. Wielunen. & Grabouien. conſors Dorothea Potulicka, cuius reformatio Poſnaniæ ſuper bonis Kálinowa, Siedźimirowice, Domaniew, Sobieſſunk, Vpuſzczow, Towalczow, Gac, Kurbow, & medietatem oppidi Eliſki. Eſt ſæpiùs mentio Chriſtophori in Actis Caſtren. Wielunenſibus* 1531. & 1536. & 1545. *Venceslaus Zarembá Naclenſis Capit. filius Palat. Caliſien. Capit. Grab. cuius mentio in Actis Wielunenſibus, vbi limites ponit cum Martino Zborowſki Caliſien. & Ioanne Konárſki Miedziricen. Capitaneis, conſors ſua Potulicka præter ſummam 5. millium hæc bona mariti bonis coniunxit oppidi Ladyzyn, & Mrocza, & villas* 22. *alij fratres ſui erant Stani-*

ſlaus, Ioannes Caſtell. Caliſien. ex quo procreatus Nicolaus ex Sophia Potulicka hæredem bonorum Kiebłow, & villarum Potulice, Radlice, Stanisl filij Petrus, Chriſtophorus, Stanislaus & Ioannes in Actis Caſtreń. Caliſień patet, iſte Stanislaus in Gluchow, Ruſyce, & Strachowice hæres, Andreæ Zebrzydowſki Epiſcopi Crac. villas 5. in caſtro Nouæ ciuitatis Korczyn donauit, conſors ſua erat Margaritha Ioan. Iarand de Brudzew Palat. Lenciciéń. filia, cuius reformatio in Actis Poſnan.   Andreas & Ioannes fratres, ille Capit. Grabouiceń. in Kámien hæres, iſte Capit. Stauiceń. induſtria & eruditione celeberrimus, ductores copiarum militarium vterq; in Moſchouiam & contra Pruſſos, ſed de Ioanne Acta Caſtri Caliſienſis plurima denunciant laudis honoriſq; eximia. Tradit Bielſcius fol: 601. *de his fratribus, quod iniuria quadam à Wormacenſibus affecti, inimicitias illis per nuntios denunciauerint, & iam hoſtilitatis initia declarauerant, verum Cæſareis literis ad Regem Polon. Auguſtum miſſis, de interponenda manu & authoritate in eos, res placidum ſortita exitum.   Ioannis Zarembá Venceslai filij, erat conſors Sophia Zalczewſka ex Barbara Fulkowná progenita, Acta Caſtr. Syrad. teſtantur Anni 1570.   G. Andreas de Kálinowa Capit. Grabou: conſors erat Bernardina Mielczowná, eius aduitalitas adnotata in caſtro Caliſień. 1575.   G. Nicolaus filij Ioannis Caſtell. Caliſ. erat filia Catharina, elocata Ioan. Krotowſki filio, Ioan. Palat. Inouladisl. eius reformatio ſuper bonis oppidi Pachoſcze, & villis Rybitwy, Latowy, Mikolankowo, Iunkowo, &c. in Caſtro Caliſ. 1581.   Catharina filia M. Venceslai de Kálinowa Zarembá Caſtell. Nacleń. erat conſors Ioannis Kozminſki Venatoris Caliſ. aduitalitas eorum in Caſtro Caliſ. 1583. poſt ſecundo matrimonio Stanislai Ruſocki filij Nicolai Venatoris Caliſień. Acta Caſtreń. Caliſ. teſtantur.   Stanislaus Zarembá de Kálinowa, hæres in Strzałkow in Palat. Caliſ. Ianuſij filius, conſors eius Przerębſka.   Martinus de Kálinowa Capit. Grabouień. conſors Barbara Minſka filia Stanislai Vicecancell. Regni, cuius ſoror Dorothæa conſors Ioannis Tęczynſki Palat. Crac. ex Barbara nati ſunt Stanislaus, Martinus & Dorothæa filia, quæ nupſit Ioanni Maczyńſki in Maczniki, Rogáſsyce, & Piekary hæredi.   Stanislaus Martini Capit. Grabouień. filius, ſicut magnorum parentum ſuperſtes, ita maiorum ſuorum fortitudinis & virtutis ſtrenuus imitator, qui dum florentem ætatem in literis & morum grauitate conſtituiſſet, exteras nationes maioris profectus gratia, tàm in Caſtris quàm in diſciplina Politica peragrauit, quo eam aſſecutus fuerat intentionem, vt Patriæ & Sereniſſimis Regibus pectore & ſanguine redderet in Caſtris militaribus obſequia, ipſamq; vitam pro vita Senatus & Reipub. conſecraret. Tentabat pluries conatus glorioſos tàm in illa toti orbi cognita expeditione Othomanica contra Oſmanum Turcarum Dynaſtam cum Tartaris ad Chotinum, quam contra Guſtauum Adolphum & Suecorum cohortem in Pruſſia, vbi propriis ſumptibus cohortem equitum deduxit. Sed quia propoſita hominum ſæpius mutat diuina ordinatio, ereptum à tropheis Martis Staniſlaum,*

ſlaum, ad ſacrum altare militem contra Spirituales nequitias elegit & conſtituit. Hinc ſtrenuus ille miles & iam pro meritis Capit. Grabouienſis bonore remuneratus, reſignata Præfectura fratri germano, æmolumenta animæ, florido vitæ ſucceſſu legere incepit, ſed dum altæ memoriæ inſerta Sereniſſ. Regi Vladislao IV. obſequia ipſius hærent, ire ſecum in Moſchouiam, vt nouus miles nouo gladio, antiquus veteri conſuetudine, negotium belli iam conſilio & oratione fulcire valeret monuit, iuit, & quod decebat iam ex vtroq; militem dictum fecit. Quapropter in præmij initium Abbatiæ Suleiouienſis Adminiſtratura donatus, maiora præmia à Deo & Patria recepturus, religionem pietati & humanitati iunctam, pia celebritate colit. Martinus de Kálinowa Zarembá Stanislai germanus, poſt præſtitam Patriæ operam conſilio, militia, & nobilium actibus, cum Vrſula Grzybowſka Caſtell. Lublineń. Capit. Warſauteń. filia, contracto ſacramenti matrimonialis vinculo, ſuſceptum filium Stanislaū, Baptiſmo illuſtratum Angelorum ordinibus coniunctum Fide Sacra Eccleſiæ credit, & confitetur.

Cieleccij *in Caliſienſi Palat. Hieronymus Cielecki per annos 50. in Aula & Regiis obſequiis fuit, tùm habitum Clericalem induit, ad Regias nuptias cum Conſtantia Auſtriaca ad Principes Italiæ conuocandos à Sigiſmundo III. Rege miſſus fuit, tandem Cancell. Reginæ, tùm Referendarius, inde Epiſcopus Plocenſis, vir candidi pectoris, neminem læſit, nulli moleſtus fuit, 1627. obijt. Dobrogoſtus Cielecki, in fine vitæ conuerſus ad Eccleſiam Catholicam, fæliciter obijt, ſepultus Iaworouiæ 1584. Martianus Cielecki electionem Vladislai IV. ex Caliſ. Palatinatu ſubſcripſit.*

Suchorzewſcij, *antiqua Familia in Caliſienſi Palatinatu.*

Záiąckowſcij, *quorum maiores notabant Familiam ſuam de Waſoſſe, ex quibus* Dlugoſſus *plures Senatores adnotabat. Ioannis filij ex Czernicka armorum Mutina fuerant Albertus Surrogator & Vicecapit. Poſnanień. vir literis & moribus ornatus, qui poſtmodum erat Abbas Wagrouiceń. Stanislaus ſtrenuus miles cum Mieleccio in omni expeditione præſens, Ioannes & Iacobus.*

Iaraczewſcij *in Caliſien. cum Nicolao Potocki ſtrenuus miles, & Vexillifer illius in Pruſſia, in caſtris contra Guſtauum vnus obijt.*

Czerekwiccij *in Caliſienſi Palatinatu.*

Gorzewſcij *in Caliſienſi, erat vnus ex illis Iudex Poſnanienſis.*

Noskowſcij, *ex quibus alij in Ruſſia conſederunt.*

Iábłonowſcij *in Maiori Polonia, Chriſtophorum* Paprocius meminit.

Rudźienſcij *ibidem, & in M. Duc. Litu. Stanislaus domicilia conſtituerat.*

Bielakowſcij *in Lencicienſi Palatinatu.*

Grábowſcij *in Maiori Polonia, ex quibus Paulus Epiſcopus Chelminenſis, vt* Cromerus ſub Anno 1479.

Bieláwſcij *ibidem milites eximij.*

Drzewoſzewſcij *in Lencicienſi Palatinatu.*

Iáſtrzeb-

Iáſtrzębſcij *in Poſnanienſi Palatinatu.*

Ginet *Kuncowicz in M. Duc. Litu. qui in Comitiis Hrodlenſibus ad arma Zarembá receptus fuit, nunc ſimpliciter Kunczewicij vocitantur milites ſtrenui in M. Ducatu Lithuaniæ.*

ZAGROBA vel ŻAGŁOBA.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſolea equi vncis demiſſa, per cuius ſummitatem transfigitur framea, ita quod crux maneat intra. Super coronam eſt ala aquilæ, ſagittam per medium transfuſam tenens, color vt in armis Iáſtrzębiec, nam duo fratres germani firmãdo dictum, quòd rara concordia inter fratres inueniatur, inſurrexit hoſtiliter in fratrem iunior, & perſequendo vita priuauit. Quia verò arma Iáſtrzębiec habent crucem, ſublata crux & poſita framea, atque inferne demiſſa ſolea, ex ornatu quoque coronæ accipiter ademptus, & ipſa nuda ala relicta. Quia verò poſteritas peccatum virtute ac fortitudine recompenſabat, mutata ala in aquilinam, & addita ſagitta pertranſuerſum in iucunditatis ornatum, *Bielſcius folio* 283. originem armorum à Pobog exiſtimat, eò quod non eſt verſum vncis ſurſum, ſed ante *Bielſcius* ab Iáſtrzębiec deducitur, relinquo dubitationem alijs.

VIRTVS EX VITIO.

NEceſsitatum bonum non ſemper vitio datur. Themiſtocles quam non retulit laudem dum ex cantina & bachi ſoporibus ad triumphos expergefactus, reduxit animum ad maiorum honores & titulos, ac fortitudinem cum militia amplexatus fuit? Sicut enim non vna eſt omnibus fortuna, neque ſemper arridens Iupiter, ita non ex vno medio virtutis honeſtum bonumque gloriæ acquiritur: alij ex virtute virtutem colligunt, ceu bonos fructus ex bona arbore; alij ex vitio ad virtutem aſpirant, & quaſi de hyeme ad ver procedunt. Primum celebrat *Valer. Max. de Luc. Æmilio P.* Nullus error conſpectus eſt talis in eo, eius virtutem iniuriæ non fregerunt ſed acuerunt, vt populum quem nobilitatis ſplendore & animi bonis mouere non potuerat, pertinacia (non obiurgabili puta) vinceret. Secundum in ſe demon-

demonſtrauit poſteritas relicta Zagrobiorum, quibus dum parentis eſſet graue facinus, candore amicitiæ & amoris in propinquum & Patriam, rubentem ſanguinem innocuum deterſerunt. Scipio Africanus cùm eum quidam parum pugnacem dicerent, fertur reſpondiſſe: *Imperatorem me mater non bellatorem peperit.* Me hercule Iáſtrzembios non ad abiecta natos fuiſſe, ſed cui primum contigerant arma Zagrobia, ad ignominiæ latibula aſpernenda ſatis deſcenderat, ſurrexit excitatus virtute vnus de eius lumbis & Familia, qui nedum ingenia nobilium iuuenum ab inſolentia reuocauit, ſed magnos & vtiles ciues, honoribuſque debitum authoritatis pondus adiecit. Igitur attenditis Euripidis voto.

Quando fundamentum generis non iactum eſt
Benè, tùm filij neceſſario infortunati fiunt.
O filij, quantum eſtis philtrum paternæ menti.

LINEA ZAGROBARVM.

Zagłobſcij *in Plocenſi Palatinatu, ab armis Zagłobá denominati.*
Sochij, *Abrahamum Sochá Palatinum Plocenſem, qui iuſſu Semouiti D. Maſouiæ Cuiauiam ingreſſus, illam terram Duci ſubiugauit* 1383. *qui demùm contra Edigam Tamerlani ducem pugnando cum Vitoudo. cum Melſtinſcio & vndecim Ducibus M. D. Lit. deteſtando fugam ex pugna fortiter occubuit. Hoc firma ſtetit nominis ſui in æuiternum gloria.* 1398. vide Bielſc. folio 263. 282. *Extat progenies illius ad moderna tempora.*
Kleniewſcij *in Plocenſi, eiuſdem diuiſionis bonorum cum Sochiis.*
Kráikowſcij *à Kráikow in Plocenſi.* Mieczkowſcij *in Lucouienſi.*
Kuchárſcij *in Lencicienſi.* Dąbrowſcij. Smarzewſcij.
Sniegoccii, *Ioannes ex diſtrictu Vpitſcenſi, Stanislaus ex Lencicienſi electionem Sereniſſ. Regis Vladislai IV. ſubſcripſerunt.*
Trzebinſcij.

ZATAIONY MIESIĄC.




DELINEATIO & ORIGO.

EST ſolea equi vncibus ſurſum verſa, intra quam eſt media luna decreſcens. Ille qui notabat quondam Ruſsiæ nobilitatem poſuit talia arma in Sanocenſi diſtrictu Domaracciorum, denotant actum ipſius celebrem tempore lucentis lunæ ad auroram in bello, qui antea ſolea vtebatur Accipitrorum.

DECRESCO VT CRESCAM.

OCcaſio & fortuna in hoc fælicitatis ſuæ commodo, differunt. Quod occaſio in fine eſt calua, dicitur enim iam prouerbio: *Poſt hæc occaſio calua.* Fortuna verò cùm rotari perhibetur, ſi quem deprimit, adhuc eleuare poteſt; imò deprimendo eleuat. Arma præſentia, licet ſint luna decreſcens & ſolea diſtortè poſita ad gradiendum, tamen exprimunt fortunam ſui patroni illam eſſe, quod decreſcendo creſcat. Vincentius Gonzaga Dux Mantuæ, *inquit Petraſanta,* lunæ mediæ impoſuerat literas tres S. I. C. Aliqui interpretati fuerunt ſcripturam coniunctim dicendo ex illius intentione: *Sic Illuſtrior Euadam.* Si erat ſermo de luna creſcente, habuit reſpectum ad lunam plenam, illuſtrior enim luna plena per creſcentiam lunæ. Si verò intentum erat de luna decreſcente, ſic erat reſpectus ad lunam creſcentem; defectũ enim lunæ decreſcentis, creſcens luna illuſtrat. Sed ego diſiunctim interpretabor literas: Ille creſcet decreſcendo & illuſtrior euadet, cuius ſuperi iuuant conſcientiam: Semper enim ſuperi iuuant conſcientiã boni pijq; viri, ſed plurimùm dùm decreſcere in fælicitate videtur. *Senui & non vidi iuſtum derelictum, nec ſemen eius quærens panem,* ait Pſaltes. Luna occultata intra ſoleam, equidem decreſcentiã exprimit, attamen quia lucet, decreſcit vt creſcat. *Refert Valer. Max: lib: 6. cap:* 4. Spartanum quendam nobilitate & ſanctitate præſtantem, ad magiſtratum tamen vt intendebat non admiſſum. Quid ille? Non conſternatus ſed lætitia perfuſus dixit: *Gaudeo quod Patria ſua ſe meliores viros haberet, & ſic repulſam honori æquauit, & quaſi decreſcendo creuit.*

Z G R A I A.



DELINEATIO & ORIGO.

BIelſcius de Armis Zgráiá *habet folio* 307. Eſt ſcutum nudum militare, ſeu ſcutum in quo nil eſt depictum, ſed candidum & aptum ad depingendum manet. Sed quia talia ſcuta multa reperiuntur inter nobilium gentilicia Czerwnia, Iániná, Łágodá ſeu Wierzynkowa & Zgráiá, ſed differunt. Czerwnia eſt ſcutum quadratum, Iániná eſt ſcutum intra ſcutum, Łágodá eſt ſcutum linea recta per medium ſectum: Zgráiá verò eſt ipſum ſcutum nudum militaribus ad depingendũ productum, dùm verò ſit in Regno acquiſitum, ſcutum vel à multis temporibus obſeruatum, (floridam enim familiam cernimus Anno 1410. in Hiſtoricis

Regni)

Regni) non niſi in graui congreſſu bellico, quod Sarmatis commune & proprium nobilitandi ſpecimen mediumq́ue fuerat conceſſum. Faciebat more Romanorum, non depictum ferre nec deauratum, vt poſteri, & non inuidi depingant & ſplendens ſcutum faciant.

HESIODI OPVS.

OMnium quippe Scriptorum initia ſunt papirus cum calamo, ſed nullus tamen libram chartæ Heſiodi opus nominabit. Cur igitur ſcutum nudum opus Heſiodi erit? an quia qui benè philoſophantur benè regunt? vel qui ſapientiā colunt, Regna conſeruant? aut quibus literæ eiſdem & militaris fauet, neq́ue oblique. Laudatur enim ex vtroq; Cæſar, & liber inſtruit, gladius defendit, ſed alium attraho ſenſum. Heſiodus vbi deſcripſit acta geſtaq́ue Herculis, intitulauit librum Scutum Herculis. Quocirca ſi præſentia arma ſcutum eſt ceu tabula raſa in qua nil eſt depictum, & tale Hercules quod Heſiodus deſcribebat ferebat, merito ſcutum Herculis nominabo Heſiodi opus. Sed quicquid ſit de Authore libri, id quoq́ue parit nullam difficultatem, quod Herculis ſcutum ornabat Pallas Meduſæ, caput ad incitandum & terrorem incutiendum, de quo Statius:

Sectæ prætendens colla Meduſæ,
Ceu ſtimulis accendit equum.

Eam profectò referunt imaginem præſentia gentilicia, nam defenſores hæredeſq́ue armorum, ſpeculantur in hoc clypeo Turcarum, Tartarorum, Moſchorum, omniumq́ue Patriæ ſuæ hoſtium capita collo auulſa, nec alijs victoribus, niſi ipſiſmet cælitus abrumpenda iudicio ſecreto determinata, quorum memoriæ Poetæ, Hiſtorici, cæteriq́ue annorum calculatores deſcripturi, & ſeculis laturi ſunt perpetuis, ceu fecerunt Heſiodi opera Herculis vſque in præſens denunciando mortalibus facta.

Cape prima cruoris.
Libamenta parens, viuo hoc te flumine ab omni
Labe & ab inceſtu mortali perlue, & inde
Hoſtia pura, tuas deferam ſcribenda ſub aras.

LINEA FAMILIÆ ZGRAIA.

ZGráiá *miles, cui primum talia inſignia collata fuerant, ante Annum* 1410. *notabant* Familiam *ſuam de Kunraczyce, ex quibus ad Coronouiam in bello illo victoriæ pleno inter alios fortes & magnæ bellicoſitatis viros enumeratos à Dlugoſſio etiam exprimitur. Caſimirus de Kunraczyce armorum Zgráiá, alios Lector diligens ſubſcribet.*

ZWIAZANE KOTFICE,

Hoc eſt, LIGATÆ ANCHORÆ.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt duæ anchoræ ad inuicem circulis iunctæ; quorum ſcilicet vſus eſt nauigantibus ad flumina præalta. Et quoniam in M. Duc. Litu. reperiuntur, nec in adſcitis gentilicijs ſunt conceſſa à Ducibus Litu. ad fluuium aliquod, quo ad mare decurſus venit, ducitque ad ripas maris & promontorium celebre, vt potè ad quod hoſtis à primo parēte illorum profligatus arte, conſilio, & vigilia fuerat.


PATRIA VBI BENE.

DVlcis locus Patriæ, & fumus viſui eſt ipſius amœnus. Cur igitur dicere fas erit, Patria vbi benè, & non vbi quis natus eſt? Ipſi forti viro datum hoc priuilegium: Omnis terra eſt illi Patria, quia omnis terra forti eſt glorioſum ſepulchrum; nam morienti pro Deo & Religione vera, non eſt terra iter ad Orcum, ſed ad ſuperos cælum & Deum. Anchora apud Indos pro ſigno pacis & caduceo erat; Quare cùm Appolonius ad locum quem Indi ſapientes incolebant appuliſſet, & ſe cum Comitibus intra ſtadium cohibuiſſet, adijt eum adoleſcens à ſapientibus miſſus, qui auream anchoram pro caduceo deferebat, perque illum in colloquium venit, *Pier. Valer. lib*: 45. *cap*: 16. Arma dùm anchoras video, Patrias duas rectè ſuſpicor talium Hæroum. Innixi enim duabus anchoris, ſunt innixi duabus patrijs, vt liceat illis peregrinari à domo in domum, *ſicut annuebat Pindarus.* Ventorum profectò temnunt rabiem fluctuſque ſonantes, Regnum Pol. montibus marique vallatum, diſtinctum profundis fluminibus, continet M.D. Lit. continet Magnam Ruſsiam, continet Pruſsiam, Maſouiam, Samogitiam, Liuoniam, Czernichouiam, Smolenſcum, &c. Hæc igitur vobis eſt Patria, & quælibet bona licitè vobis conferens. Iam igitur anchoram ad fælicitatem ieciſtis, ſi hanc talem & tantam Patriam aſſecuti eſtis. Illam veſter Iagello ita vobis ſacram conſtituit, vt nulli hoſti, nulli aduerſario, ipſiſque tenebrarum poteſtatibus cedere poſsitis, ſed vincendo victores permaneatis: Ad fælicitatem anchorã ieciſtis, cùm ex opulentiſsimo Regno ad æternum Regnum liberum aſcenſum, ſola ſacra conſcientia ſeruata retineatis. Quæ vt vera eſt mortalium Patria, ita vbi ſolùm benè, bonum bonitaſque ipſa reſidet. Scito igitur quòd

Sola virtus etiam inter Manes manet,
Solius laboris noſtri in illo orbe pretium magnum,
Viuite igitur vt in æternum viuatis.

Vitur his armis in M. Duc. Lit. domus - - - - - - - - - ZERWI-

ZERWIKAPTVR aliàs KOZIEGLOWY.



DELINEATIO & ORIGO.

SVnt tria capita caprarum griſeorum cornuta, in campo ſubnigro. Super coronam ſunt quinque pennæ Struthij. Et quia trium hoſtium paganorum plurimis qui laceſsiuerant iniurijs Regnum, victor fuerat, caprorum capita pro ſtemmate obtinuit. Anonymos ponit eos circa Annum 1106.

MEMORIA POST OBITVM.

DVplici conſidero via poſt obitum memoriam, vel memoriam viuam, de qua intelligitur. *Viuit poſt funera virtus*, & Pſalm: *Memoria memor ero.* Vel memoriam extinctam, de qua idem Pſalm: *Perijt memoria eorum cum ſonitu.* Sicut ergò memoria viua poſt obitum à bonis deſideratur, ita extincta memoria malorum, dolorem terroremq; inducit. Xenophon in Oecomonico perquirit, quem viua memoria ſequeretur, & quia omnes reſpondebant bonum, iterum quærit: Quis vir egregius atque bonus vocaretur & perſcrutabatur, quidnam potiſsimum ageret, quamobrem hoc ſibi meritò nomen vſurparet: ac primum ſum periclitatus *inquit*, ſi quem adſpicerem egregium, ac eundem etiam bonum inuenirem, quæ me ratio longè fefellit, nam & quoſdam egregios forma improbos tamen animo aduerti, itaque ſtatui mecum ipſe dimiſſa pulchritudine formæ adire aliquem ex illis qui boni & egregij nominantur. Profectò plurima Xenophis his verbis dixit, ſed nihil concluſit. Iamblicus in hoc reſolutior, vnde ad Soſipatrum de virtute dicit: *Bonus exiſtimandus eſt, qui perfectam actionem iuxta mentem ſeparabilem conſeruat, & participationem intelligibilis pulchritudinis ſuſcipit, ac eſſentiæ potentiæq; Dei particeps eſt.* Me hercule nec aliquis Catholicorum Scriptorum meliùs deſcribere bonum potuerat. Dùm maiores armorum præſentium conſidero, ob ipſam antiquitatem & ſucceſſum ad dies præſentes celebrem memoriam eorum poſt obitum dicerem, ſed arguit me Sapiens: *Quare via impiorum proſperatur, benè fit eis qui iniquè agunt?* Attamen memoriam illuſtrem antiquis meritò adſcribo; tulerunt enim nomen glorioſum, æuiternis factis ad ſydera; ſed medijs viris qui eos ſecuti in vita fuerant, non eſt cur adſcribam: deleuerunt enim nomen ſuũ furtis & latrocinijs, *vt Hiſtoriæ habent*; vltimis verò viris & præſentibus opto


memoriam poſt obitum fœlicem, vt ſicut iam diuerſis armis & gentilicijs notando familiam, ipſum ſolum nomen Koźieglowſciorum referunt, ita mala illorum opera deteſtando, virturem ſequantur & colant.

LINEA FAMILIÆ KOZIEGŁOWSCIORVM.

D*Rogoslaus Koźiegłowſki, qui villa Koźiegłowy Anno* 1106. *fundauit, vt habet Anonymus,* Dlugoſſus de illis refert, *ſed affectu offenſo. Chriſtinus Koźieglowſcius, qui laceſſitus pluries à Nicolao Kotſicz dicto Sieſtrzeniec Sileſio, etiam Sjleſijs damna intulit, ſed facta conuocatione in Będzyn Sjleſij, Kotſicium extra Ducatum proſcripſerunt,* Bielſc. fol. 35. ſub Anno 1434. *Cum verò poſteritas Koźiegłowſciorum primorum clara militaribus factis ad indecentia animum diuerterat, nobilium domos inuaſerunt, captiuos vendiderunt, Caſimirus Monarcha filius Boleslai ſupplicium de illis tulit, & bona Koźiegłowy Nicolao Palat. Crac. de armis Liſorum contulit, vbi ille arcem muniendo erexit, ſuccedens poſteritas ex Palatino vocitata ideò fuit Koźiegłowſcij. Quocirca duplex genus Koźiegłowſciorum inſurrexit, alij de armis Koźiegłowy, alij de armis Lis, illi affecti ſupplicio* 1193. *iſti fortè habebant Chriſtinum nominatum.* Bielſcius folio 134.

Cietzkowſcij *ad Sadce, viri laude ob virtutis ſpecimina digni.*

Z E M B Y.



DELINEATIO & ORIGO.

SVNT arma Nobilium Vngariæ, & primorum in Regno Bathoriorum, ex quibus erat Sereniſsimus Rex Poloniæ Stephanus, & Illuſtriſsimus ac Reuerendiſsimus Cardinalis Bathoreus, à duobus fratribus deſcendentes filij, horum inſigne erat tres dentes vt puto lupi vel elephantis. Importata in Regnum per Balthazarum Eminentiſsimi Cardinalis germanum, per gratiam Regis ad nobiles Poloniæ adſcriptum.

VITA CIRCVMSPECTA.

NVllum ferè animalium eſt, quod cautam non teneat vitæ ſuæ conſeruationem; alia habent hoc ex naturali inſtinctu vt fugiant cognoſcantque mala; alia ex diſciplina & ratione. *vnde Plato in Sympoſio.*

Hoc

Hoc modo omne mortalium genus ſeruatur, non quod ſemper planè vnum & idem ſit, quale diuinum genus eſt: ſed quia id quod abit ſeneſcitque, aliud nouum ſibi ſimile relinquit. Ne mireris igitur ſi vnum quodque animal fætum ſeu germen ſuum natura colit, hoc enim ſtudium, hic amor cunctis inhæret, genus ſuum æternum efficiendi gratiâ. In præſentibus gentilicijs dùm inſpicio dentes Elephantinos, venit in mentem cur Elephas dentes ſibi eruit & fodit in terram. Alij referunt, quia caducos videt, vnde ne impediat ſponte euellit & fodit. Alij dicunt id facere, vt vitæ ſuæ proſpiciat: cùm enim à venatoribus perſequuntur, allidunt dentes arboribus, & excutiunt ſcientes ſe eorum cauſa peti, & præda derelicta ſibi proſpiciunt. Me hercule, proſpexerunt vitæ ſuæ Bathorij, nam licet primi eſſent in Tranſyluania, & vnus illorum eſſet Cardinalis S. R. Eccleſiæ, tamen vt patruum vident aſſumptum in Regem Poloniæ, ſubdiderunt ſe legibus Regni, & fidelitate iurata, in nobiles Poloniæ aſſcribi petierunt. Diſtinctos verò dùm conſidero in armis dentes, occurit Ariſtandri Thelmeſij ſententia, qui ait: *Superiores dentes in homine, domeſticorum incolarum ſigna eſſe, propterea quod pars illa ſuperior toti ferè capiti adglutinata eſt, inferiores verò alienos ideò commonſtrare, quod maxilla ea quæ illos ſuſtinet tota ſit mobilis, atq; ita aduentitium neſcio quid præſeferre videatur.* Noſtros vero duos ordines dentium ita explicabimus, quia domi inter nobiles & barones erant, & poſtmodum Principes S. Eccleſiæ & Tranſyluaniæ, duos ordines meritò dentium deferunt, at quoniam in Regno Pol. inter nobiles recepti & adſcripti, tertium dentem colluſtrarunt.

LINEA BATHOREORVM.

BAthorei, *alij notant familiam de Battor, alij de Somlio, Sereniſſ. Rex Stephanus Battor de Somlio Palatini Tranſiluaniæ ex Anna Telegdi filius, primum ob inſignem in re militari ſolertiam poſt Ioannem Sigiſmundi ex Iſabella Polona Ioannis primi Vngariæ Regis filij Tranſiluaniæ Principis mortem, fauore Prætorianorum & exercitus Prouincialis, cui eius frater Chriſtophorus Battor tunc præerat, reiecto æmulo Gaſparo Becheſio Principatum Tranſiluaniæ obtinuit* 1571. 21. *Maij, deinde rem eius promouente Samuele Zborouio poſt Henricum Valeſium* 1575. 15. *Decembris Rex Pol. electus fuit. Andreas Battori Cardinalis S. R. E. & Balthaſar filij ex Fratre Sereniſſ. Steph. Regis Pol. ad nobilitatem Polonicam* 1588. *recepti, & Illuſtriſſ. ac Reuerendiſſ. Cardinalis habuit acceſſum & habilitationem ad beneficia Eccleſiaſtica & dignitates in Regno Spirituales, & ſententiam dicere in Senatu ac ſi eſſet Epiſcopus Regni, excepto Primatu Archiep. Gneſnen. conuenienti & coronatione Regis.*

ZIENIEWICZ aliàs DESZPOTH.



DELINEATIO.

EST dimidium annuli antiqui, elaborati ſimpliciter, qualis erat in vſu maſculis inſtar orbis diſpoſiti, ad cuius ſummitatem eſt crux ſalutaris. Super coronam roſtro tenet cornicula ſeu Slepowronius annulum cũ prætioſa petra ornatum.

ORIGO.

MEdia ſphæra vel annulus magnam partem orbis ſignificat, nam Dynaſta Scythiæ antiquæ Bratoſius Herculis filius in Bulgaria & Boſna dominia retinens, quæ Bratia vocabatur iuxta Plinium à Bratto ſiue Bretto fundata, initia dilatauit. Plinij lib: 4. cap. vltimo verba: *Brattia Meſiæ Prouincia cum Pandoniis iuncta.* Qui quidem Bratto reliquit poſteros Bratoſios nuncupatos, partim in Italia & Etruria commorantes, à quibus ciuitas Bretto & Inſula in Golpho Venetico Bratoſa, ex quibus cum Romanis Zeno pugnando Gallieni temporibus Imperium adeptus, à Perſis occiſus cum filio, cuius conſors Zenona ſeu Zenobia plurima cum Perſis ſuſtinuit bella, ſed capta cum filijs Tiburi conſeruata, demùm in Dalmatia conſederunt, à quibus Deſpoth in Serbia, & ab illo 1380. Palatinus Moldauiæ, qui multoties laceſsitus à Turcis ad Vitoldum in Lituaniam venit, atque ibidem ille Zeno Deſzpoth Bratoſowicz 1390. reſedit, cui bona Smorgoniæ in latitudine quinquaginta leucarum conceſſa fuère, quorum vſque in præſens hæredes perſiſtunt.

VIRORVM CLARISSIMORVM ÆVITERNA LAVS.

SIC perpetuitati conſecrati ſunt clariſsimorum Virorum actus, vt nulla inuidia, nullaque malitia retrudi atque detergi valeant, & quemadmodum ſol, nulla nebula & caligine obfuſcatur vt non prodeat, ita laus illorum aduerſa frangit, obſtacula ſuperat, aduerſoſque ictus in iacientes reflectit, ſed quod ſummum eſt, cum illis & pro illis ſuperi pugnant. *Habet Pauſanias in Eliac. in lib: poſteriore.* Theagenes nobiliſsimus athleta quadringentis coronis illuſtratam tenebat ſtatuam, hanc inuidus iuuenis ex Thaſijs,

poſt

poſt fortis viri fatum, ſingulis noctibus flagellis cædere gaudebat, quòd cùm ſæpiùs iteraret, oppreſſus erat à ſtatua, audiunt occiſi filij parentes, vlciſci cupiunt, & ſecundum Draconis leges damnata fuit ſtatua vt proijciatur in mare: quod vbi fecerunt, graſſata mox lues, plurimos Thaſios mulctauit, nec prius ſedata eſt, donec ſtatuæ ex mari extractæ florentiſsimos honores reddidiſſent. Quam curam Superorum circa clariſsimorum laudes & memoriam dùm Euripides in Helena conſideraſſet, natos de clariſsimis viris ad claritatem ex maioribus ita compellitabat.

In hoc obſecro mihi gratiſicare & imitare mores
Iuſti genitoris. Hæc enim liberis eſt gloria
Pulcherrima, ſi quis bonis parentibus natus,
Moribus cos ſimilibus referat, & patriſſet.

Dùm hæredes præſentium armorum conſidero, clariſsimos laude, excelſos fortitudine, præſtantes militaribus tropheis, cogor ex animo dicere, nullo infortunio nullaque vitiata opera poſſe obliterari illorum florentem memoriam, ſed omninò in æuiterna tempora perluſcere, atque ſeſe erigere debere. Hoc namque præſagiunt annulus, crux, auicula, & medius circulus. *Oroſius in 4. lib: cap: 17. refert.* Annibalem multoties de Romanis clariſsimum triumphatorem, dùm cum expeditis equitibus ad portam Collinam Romanorum acceſsiſſet, ab vtrinque in aciem copiæ directæ, ſed ſubitò tantus imber è nubibus grandine mixtus erupit, vt turbata agmina, vix armis retentis in ſua ſe caſtra colligerent, & cùm poſt ſerenitatem rurſum violentior fuſa eſſet tempeſtas, conuerſus in religionem Annibal dixit: *Romæ ſibi potiũdæ modò voluntatem non dari, modò poteſtatem.* Ita profectò fit cum Illuſtriſſimis Zieniouicijs, eorum enim gentilicia obruunt ſpeculantem merita, ſatiant cupientem famam, & quibus non deerat voluntas vires perſcrutandi hoſtiles, illis non abnegata erat poteſtas reducendi victorias. Obſeruarunt illud Menandri.

Honeſto loco natos & benè educatos,
Etiam in aduerſa fortuna rationem habere decet bonæ famæ.

QVANTVS AMOR PATRIÆ.

DIcebat in Canticis quondam Salomon: *Amor meus pondus meum.* Amorem igitur Patriæ ponderandum conuenit: ſit tantus amor, qualem requirit & quando Patria, qualem debet illi optimus ciuis, quantùm poſt Deum & Parentes nemo vt Patriæ meretur, Hoc etenim nobilis gratus fit Regi, dilectus Senatori, populo deſideratus fiet. Horatium Cocletem cogita, & illum ex Romanorum delectu, & cognoſces quod tantum amorem in Patriam debeas. Tantum amorem *Stobæus ſerm: 39. ex Demarate Ara-*

te Arcadicorum retulit: cùm Tegeatis bellum eſſet contra Pheneatas, & acies inſtructæ diu ſtarent, conſultatum eſt de mittendis trigeminis fratribus, qui pro victoria pugnarent, qua ſententia recepta vtrinque Tegeatæ quidem Rheximachi filios miſerunt, Pheneatæ autem Demoſtrati, itaque comiſſa pugna duo Rheximachi filiorum occiſi ſunt, tertius autem nomine Critolaus hoc ſtratagemate vicit aduerſarios, ſimulata fuga, ſingulos perſequentium ſeorſim omnes occidit, ita potitus victoria lætabundus ad ſuos rediјt; cùm autem eum omnes perquam humaniter amplecterentur, ſola ſoror ipſius quòd deſponſatum ſibi maritum occidiſſet, non congratulata eſt ipſi. quod ægreferens iuuenis virginem occidit, vnde cædis à matre accuſatus, abſolutus eſt à crimine. Hinc igitur colligendum erit, quantus debeat fieri amor Patriæ. Talem ac tantum amorem erga Patriam, ſanguine, vita, & copijs teſtificati ſunt millies illuſtres Zieniouicij in Moſchouia, & contra Turcas proximè, in Sclauonia, in Vngaria, in Italia primitus, & ſi id probare licet ex Hiſtorijs Regni liquidò, iam armis illorum ſubſcribendum erit: *Tantus amor Patriæ.* Heliodromo aui Indicæ quæ mox nata, euolat ad orientem verſus ſolem: cùm verò ſol ſe vertit ad occidentem, ſolem ſequitur, quod iterando per annum excedit è terra. Huic inquam aui ſuppoſuerant lemma: *Tantus amor lucis.* In eum me hercule ſenſum Illuſtriſsimis DD. Zieniouicijs adiungendum erit in maiorem expreſsionem boni affectus per ipſos in Patriam: *Tantus amor Patriæ.* Vnde de Patria Euripides.

Neceſſe eſt
Cunctos amare Patriam, quod ſi quis ſecus ait,
Verba funditare gaudet, animum tamen in Patriam conuertit.

LINEA FAMILIÆ ZIENIOWICIORVM, Seu ARMORVM DESZPOTH.

BRatoſz, *hic Brattiam fundauit in regione, quæ nunc Bulgaria & Boſna nuncupatur, Plinius lib:4. de illa*: Brattia Meſiæ Prouincia cum Pandonijs iuncta, *alij hunc Bratoſſum vocarunt Brettum, ex eo prouenienspoſteritas in Italiam venit, & oppidum Bratuſs fundauit in Florentino Dominio, vt docet Dictionarium Italicum Stephani Caroli, dicit ille*: Brettus vrbs Thyrrennorũ à Bretto Herculis filio. *Et dùm Veneticum deſcribit mare, dicit*: Brettoria Inſula in Adriatico mari fluuium habet Brettium. *Coniecturari licet, Bratoſij poſteros magnanimitatis ac fortitudinis hæredes, fuiſſe authores eiuſmodi appellationum. Zeno Bratoſſius, quem Valerianus & Gallienus Romanorum Imperatores iam Odenatum Palmeriæ ſocium Imperij, & Auguſtum ob fælicia bella nominauére. Ita* Sabellicus Ænead. 7. lib: 7. *Hic cum Perſis poſt fortunatam fortunam, ad vltimum oppreſſus interijt, ex Zenobia reliquit Herodem filium & alios, quæ demum plurima bella cum Perſis & Romanis mouit,*

mouit, donec à Seruilio Romanorum Duce capta, & in triumpho deducta eſſet vnà cum filijs, cui caſtrum Tybur datum fuerat prope Romam, vbi vnà cum filiis dies deduxit, ex his indigenæ facti, Romæ, tandem Zeno Iſaaricus Conſul Romanus 471. demùm ex poſteris Zenonis in Dalmatiam rediére, & Serbiam occupauére. Deſſpoth Zieniowicz, ex Bratoſijs & Zenoniis exſurrexit Deſſpoth, à quo & alij cognomen retinuerunt, ex quibus Serbiæ Princeps à Turcis multoties laceſſitus Palatinus Moldauiæ efficitur 1380. ſed quia infidelium pax non eſt diuturna, ad Vitoldum Lit. Ducem magnum venit, à quo Smorgonia arce & cæteris ad 50. leucas diſtantibus bonis remuneratus, in Lituania conſedit 1390. reliquit filium Zenonem Deſſpothum. Zieniowicz à prædicto Zenone iam vſq; in præſens Zienioiucij nuncupantur, reliquit Zeno filium Iurgium ſeu Georgium, qui ob præſtantiſſima merita Palat. Smolenſcenſis fuit. Hic reliquit filium etiam Georgium, qui omnes notabant Familiam tali pacto. Georgius Deſſpoth de Bratoſſyn, erat vir excellentis ingenij, & magnæ in caſtris exiſtimationis, quocirca Dux militiæ in M. Duc. Lit. nominatus & Caſtellania Polocenſi cum Præfectura Driſnenſi decoratus fuit. Sorores Georgij erant Sophia Chlebouicij Palatini Vilnenſis conſors, quæ poſtmodum erat Sluſcze in matrimonium collocata. Anna verò Fedorij Sanguſko Ducis in Czartoryſko in matrimonium conceſſa. Chriſtophorus filius Georgij Palat. Breſtenſis, Capit. Ciecierſcenſis & Propoiſcenſis, eximius triumphator ſub Stephano Rege, eius ſorores erant Fedora Wolouicij Caſtell. Nouogrodenſis. Sophia Michaelis Ducis in Wiſniowiec conſortes. Nicolaus Boguslaus Chriſtophori filius Caſtell. Polocenſis, magni conſilij atq; fortitudinis in bello, obijt pugnando contra Oſmanum Imperat. Turcarum ad Chotinum, reliquit ex Anna Paczowná Palatini Minſcenſis filia, progenita ex Duciſſa in Wiſniowiec Annam, Sophiam, quæ primum erat conſors Adalberti Vladislai Radźiuilij Ducis in Nieſwież & Olyka, poſtmodùm Franciſci Zebrzydowſki Præfecti Nouæ ciuitatis Korczyn, viri prudentia, morum grauitate, atq; militia præclari. Sophia ſoror ipſius Pauli Sápiehá Caſtrorum metatoris in M. Duc. Lit. Sorores verò Nicolai Boguslai Deſſpoth Zieniowicz de Bratoſſyn. Anna Chodkieuicij Caſtellani Wilnenſis conſors, quam progenuit Tarlonis filia de Szczekarzowice. Sophia Conſtantia, quæ primùm fuit conſors Kiſſcz, qui demùm erat Epiſcopus Samogitiæ, vltimò erat Alexandri Słuſſká, Palatini nunc Trocenſis ante Nouogrodenſis, morum grauitate, & pietatis decore ornatiſſima matrona. Georgius Zieniowicz Iudex Terreſtris Wilnenſis, obſequio amicorum deſideratus vir.

ZEIBERZDORFF.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſcutum ex duobus campis conflatum, quorum ſuperior eſt coloris albi, inferior coloris ſanguinei, ſecat tales campos linea ſerpentina quatuor angulis conſtans. Super galeam ſunt duæ alæ aquilinæ diſlargatæ, inter brachia alarum eadem ponuntur arma. Originem habet primariam ab Imperatoribus ſemper Auguſtis, & vſque in præſens reperitur in Bauaria Zeiberzdorfiorum Familia, nunc ex illis eſt Epiſcop. Friſingiæ, habent quoq; reſidentiã & bona Riterzfert inter Auguſtam & Monachium. Vnus ex illis ſucceſſu temporis in Regnum Poloniæ venerat militaris gratiâ Cruciferorum temporibus, atque pro meritis Szartawice arcem cum cæteris bonis vno milliari à Swiecie aſſumpſerat, vt diſpoſitiones Dominorum Sartauiciorum commonſtrant. Habet etiam *Cromer: lib:* 8. mentionem arcis Sartauiciæ.

STABILE SCVTVM.

MAgnæ authoritatis & ſummæ ſtabilia ſcuta produxerant Crucigeri contra Vladislaum Iagellonem Regem Polon. vt ex illorum vexillis Cracouiæ patet in Baſilica S. Stanislai Martyris, quas etiam delineauit *Paprocius in Secunda editione Stemmat. à folio* 598. deſumendo ex Dlugoſſo. Sed nullum tàm ſolidum tamque ſtabile manſit, quale hoc Zeiberzdorffiorum, quod in Bauaria, in Pruſsia, in Polonia ad delabentes nunc horas glorioſè permanet. De illis enim iam dicere licet:

Vbi vanus animus aura captus friuola,
Abripuit inſolentem ſibi fiduciam,
Facilè ad deriſum ſtulta leuitas ducitur.

De his verò adhuc modulatis vocibus perſonare conuenit, quod Sclerius apud Stobæum ſerm: 103. dicebat.

Optima quidem eſt ſanitas viro mortali,
Deinde bonum ingenium,
Tertio diuitiæ ſine dolo partæ,
Poſtremò vigens ætas inter amicos.

Quocirca

Quocirca ſcutum tàm ſpecioſum non immerito murum appellabo, imò murum Chelidonium, in quo id repræſentatur quod infirma, doment fortia frenumq́ue vaſtis fluminibus ponant. In Nilo pariuntur lapides Collotes dicti, *ait Plinius lib: 10. cap: 32. & Plutarchus iunior in Nilo*, quos inquam lapides colligunt hirundines aduerſus Nili alluuionem, & ex eis murum quem Chelidonium nominant ædificant, ſumunt eoſdem incolæ,& aquarum impetus coercent, ne regio diluuio deuaſtetur. Scutum etiam præſens ſerpentina linea murum exprimit, ſed campis, chelidonium murum triumphum parientem repræſentat, candidus enim laticiam, cæleſtis verò deſuper auxilium cōmonſtrant, & tali medio nulli impetus præualent, plurimi inſultus decidunt. Quocirca plurimis encomijs decorandum erit ſcutum, inſcribamus: *Defendit cuſtoditq́. Repellit nec ſi angitur.* Fortuna altiora inſcribet.

LINEA FAMILIÆ ZEIBERZDORFFIORVM.

ZEiberzdorff *Leonardus, habuit filios quinque in Bauaria, Vilhelmum, Ioannem, Bernardum, Sigiſmundum & Thomam, ex his Bernardus ſtrenuus miles domi, in Pruſſiam deſcendit, & bona Sartawice, vt in Origine armorum diximus pro meritis retulit, à quibus demum bonis Zeiberzdorff Sartawſki nuncupatus fuit, quod circa Annum 1430. fuerat. Sartawſki Ioannes à Sartawice vocatus, eximius vir bello & fortitudine. Hic in Anno 1493. viſitauit in Bauaria ſuos Auos, & ab ipſo Imperatore honorificè tractatus, vt patet ex literis Imperatoris quæ conſeruantur à Sartauiciis, diuiſit bona quædam ipſe Ioannes cum Otha Zbrachlinſki 1511. Georgius Sartawſki ſub Sigiſmundo I. militia clarus, à quo bona Watwic pro meritis obtinuit, ad vitam ſibi conſorti & filio ac filiæ, vt docet priuilegium 1525. Sebaſtianus, hunc Acta referunt dum donat Georgio Topolowſki Vexillifero Pomeraniæ, certa bona 1531. & alia obligauit Petro Bakowſki 15-4. Georgius filius Georgij, de hoc in Actis Culmenſibus vbi à ſororibus germanis Catharina & Anna inſcriptus eſt generalis plenipotens, reſpectu bonorum cum Petro Iáckowſki 1560. ex Bakowſka ſuſcepit Georgium & Ludouicum, qui duo fratres bona hæreditaria in Krapiewice commutarunt cum Georgio Niewieſcinſki ad bona Obiczierze & Terkulki, conſors Georgij Bagniowſka, acquiſiuit bona Kroſtkowo ad oppidum Swiecie, eius filius Raphael ex Wyſocka ſuſcepit filias 6. conſortes Krupoccij, Kruſſynſcij, Kos, Cſtrowiccij, Siecinſcij, vltima virgo deceſſit. Ludouicus verò in exteris nationibus educatus, poſt occupationes nobilitati conuenientes, ex Anna Liſowſka reliquit duos filios, Georgium hæredem in Rekein in Palat. Pomeraniæ. qui cum Milewſka reliquit Albertum. Chriſtophorus alter Ludouici filius, bonis reſignatis fratri in Rekein, in Palatinatu Sendomirienſi conſedit, hæres in Chodka, qui dum literarum morum & militiæ Tyrocinia in exteris nationibus colligit, apud magnates conciliauit ſibi plurimum affectum. Ex Grochولſka Zuzánna ſuſcepit Ioannem Carolum optimæ ſpei adoleſcentem.*

Z N I N.



DELINEATIO & ORIGO.

EST litera S. ſuper tabulam depicta, à Snena ciuitate habet originem, in qua ortus erat Iacobus Archiep: Gneſnenſis, qui tali ſtemmate vtebatur. *Ita Ianitius de illo.* Sed Dlugoſſus ſub Anno 1118. ita de eo: *Iacobus primus ex Oppido Zwiniacz parentibus Conſularibus ortus, per Calixtum Papam ſecundum ſuffectus eſt.* Et ſub Anno 1148. mortem ipſius deſcribendo dicit. *Abſumptus eſt Iacobus Archiep. Gneſnen. Vir optimus & grandæuus qui Eccleſiæ Gneſnenſi in regimine multas de ſe probitates, & virtutes annis 28. viuens monſtrauerat.*

SANCTITATIS SYMBOLVM.

MAximæ exiſtimationis fuerat litera S apud Romanos, non enim ſine graui animaduerſione ſuis triclinijs & diætarum foribus inſcribebant ipſam. Symbolum enim imò quoddam ſacramentum fuerat ſilentij, quod ſcilicet in conuiuijs quicquid dicebatur audiebaturque, extra limen ille ſermo inter conuiuantes, ſiue etiam iurgiæ non debebant efferri: Hinc Flaccus Torquato ad cænam inuitato cauturum ſe pollicetur, ne fidos inter amicos ſit, qui dicta foras eliminet. Stemma præſens dùm conſidero, ipſamq; perſonam quæ hoc vtebatur ſtemmate contemplor, meritò hanc literam S ſanctitatis ſymbolum appellabo: Officium enim illius Archiepiſcopale ſanctum fuerat, munus oblatum ab ipſo Sanctiſsimo Epiſcoporum Catholicorum ſuſceperat, vitam quoque ſanctiſsimam ducebat. Quocirca de illo Ianitius in Archiep. Gneſnenſibus.

Snena patrem, probitas ſummum tibi tradidit honorem,
Obſcuro quamuis ſub Lare natus eras.
Non Iacobe feri metuiſti caſtra Tyranni,
Quam premeret fratres obſidione ſuos.

Apud Comicos, præcipuè apud Terentium ad literam S video appoſitam quoque literam T. Fortè erat ſenſus: Silentium tenendum, aut ſilentium tacitum. Si verò præſenti literæ apponamus literam T. erit ſenſus: Sanctitas tenenda, tuenda. Profectò ab omnibus Hiſtoricis Regni commendatus Archiep. Iacobus, ſanctitatem tenuit, nunquam non abhorruit illud. *A ſeculo confregiſti iugum, rupiſti vincula, & dixiſti non ſeruiam Domino.* Quapropter

fidelis

ſidelis ſeruus & ſincerus Eccleſiæ tutor, audire ab omnibus ſenſit, vtinam tales fierent Paſtores. Dominus verò ab alto qui retributor eſt de congruo virtutum cultoribus expleuit in illo, quod Iſaiæ 66. promiſerat: *Ad vbera portabimini, & ſuper genua blandientur vobis, quomodo ſicut mater blanditur, ita & ego conſolabor vos.* Antiqui quandoque pro litera S vtebantur litera H. & è contra, quid cauſæ fuerit non refert. *Pier. Valer. in lib*: 36.*cap:* 10. Notat tamen Hallum ſignificare per literam H. vt ſit ſenſus hallum fortitudinis, id eſt ſummum, aut Atlas quidam. Tenuit Hallum ſanctitatis Iacobus Archiepiſcopus Gneſnenſis, & ſanctitas apud ipſum hoſpitata ſemper.

Z E T A.



DELINEATIO & ORIGO.

EST litera Z vltima alphabeti Latini. Originem ipſius habent notata Eccleſiæ Cathedralis Wilnenſis, dùm Iacobum Epiſcopum, qui priuilegium M. Duc. Lit. vnionis ad Regnum ſubſcripſit 1401. *Herburthus in Statuto Polonico folio* 662. Ille vtebatur pro inſigni litera Z, ſicut etiam in adnotatis Epiſcoporum Wilnenſium, apud Illuſtriſſ. D Palat. Trocenſem, Alexandrum Sluſzká Fundatorem Ordinis noſtri legi, natus erat Wilnæ, rexit Eccleſiam Wilnenſem annis 8. Talibus quoque armis vtebatur Matthias Epiſcopus Wilnenſis, vt notabimus inter Epiſcopos Wilnenſes.

MVNVS PASTORIS OPTIMI.

ANtiqui literas ſalutis & condemnationis obſeruabant: A erat litera ſalutis apud Romanos, ergò vltima litera alphabeti erit condemnationis, licet alij eam C vocauêre. A etenim haurit aërem in interiora ſalutarem. Z verò ejcit ex interioribus ſpiritum. In Hymno triumphatoris Archangeli dicitur: *Conteret Zabulum*, id eſt, à quo malæ cogitationes, praua conſilia, turbatio boni procedit; ex quo colligitur Z literam in malum protrahi. Sed quia veteres frequenter vtebantur Z pro S, *vt dicit Pier. Valer. lib*: 52. *cap:* 15. Zmyrna pro Smirna, Zmaragdus pro Smaragdus, iam facilè ex litera Z munus optimi Paſtoris colligemus, nimirum ſi contriuerint Zabulum, & malum propoſitum populi conuerterint in ſanctum. Eſt enim munus Paſtorum, paſcere animas pabulo doctrinæ, adaquare eas & deducere ad aquas non turbidas & ſordidas errorum & hæreſum, ſed ad limpidos fontes

Sacræ

Sacræ Scripturæ & aquam puriſsimam. Dauid qui imago optimi Paſtoris erat, *vt ex* 1. *Reg:* 17. *colligitur,* tulit quinque limpidiſsimos lapides, & miſit illos in peram paſtoralem. Toſtatus dum conſiderat peram paſtoralem, dicit ſignificare inſtrumentum paſtoris arti deſeruiens, in quo erat iuxta aliquos ſcaphium ad excipiendum lac, & in hoc poſuit lapides purgandos & lauandos, alij in lacte lauiſſe dicunt: Quod erat miſterij res, vt Prælati gregis dominici, quorum munus eſt proſternere gigantes, hoc eſt proceres peccantes, priuſquam increpationis & vltionis aſſumerent lapidem, eum ab omni paſſione lauarent & expurgarent, vt emiſſus è baliſta, amore, miſericordia, manſuetudine tinctus, temperatus feratur leuiter, & ſortiatur ſuum effectum. Cæterum illud Iſaiæ 1. quadrabit in contrarium: *Principes tui infideles*, alia litera habet *dulces*, quaſi idem eſſet infidelis & dulcis. Sed non eſt explicatio at redargutio, qui dulcedinem in infidelitatem conuerterunt. Eſt igitur ſenſus: *Principes tui ſint manſueti non rigidi, grati non moleſti, benigni non ſeueri, agni verò ſint non lupi, oues non leones.*

Rex bonus eſt Paſtor populi, tutorq́ʒ paterq́ʒ
Nec ſua ſed populi commoda ſola cupit.

ZŁOTOGOLENCZYK.



DELINEATIO & ORIGO.

EST pes loricatus cum ocreis auulſus à corpore humano, ponitur ceu genu tangens terram, tres pennæ Struthij ſuper galeam. In bello cruento acquiſita fuerunt, ſed ob profundam antiquitatem legitimè noſci origo non poteſt.

PROFECTVS MILITARIS.

SIcut cælum voluitur inter duos polos, arcticum ſcilicet & antarcticum: ita profectus militaris inter duo conſumitur, inter vincere & mori. Plato cum Antiſthenem audiſſet in diatriba longam orationē habentem dixit: *Ignoras quod dicendi modus non eſt penes dicentem, ſed penes audientem.* Ita dicendum de profectu militari, proficit omnis miles, non qui diu erat in caſtris, non qui ornatè & ſumptuoſe ſeruiuit Patriæ, ſed qui in belli congreſſu hoſtis faciem audacter cōſpexit, audaciùs inuaſit, audaciſsimè

ſubmo-

ſubmouit. Qui acie delectatus retulit in pectore ſigna fortitudinis & audaciæ, non in dorſo & corporis poſtremo, nam licet vndiq; inuidit hoſtis aduerſarium, vt plurimum tamen bellicoſi viri, qui apertè & non fraude vincere deſiderant, in faciem pugnant & niſi fugientes in dorſo vulnerant. Nec mouet virum fortitudini & gloriæ deditum, quod ad terminos aſperos gloriæ ſplendor reſtringatur illius, nimirum ad vincere, quod ſanguinem nedum ſudorem exprimit, & ad mori, quod horrendum naturæ eſt; quia bonos viros & optimos ciues non librare vitam longam, ſed claram & illuſtrem. Quocirca decantatur ad militarem progreſſum Dercyllidæ Lacedæmonij dictum. Cùm enim Pyrhus exercitum validum duceret in Lacedæmonios & multa minitaſſet, Dercyllidas vnus ex ſenioribus exurgens in concione dixit: *Si Deus eſt qui minatur, non timeamus, nihil enim iniuſtè agimus: ſin homo, norit quod viris minetur.* Arma nobilitatis præſentia cui primum conceſſa fuerunt, exprimunt virum nedum pectore & animo fortem, ſed etiam in maximum progreſſum militarem aſpirãtem, cui nec mors aſpera, nec vita maior ipſa gloria fuerat. Igitur illud Senecæ practicare militibus conuenit: *Pauore carent qui nihil cõmiſerunt, at pænam ſemper ob oculos verſari putant, qui peccauerunt.*

LINEA FAMILIÆ ZŁOTOGOLENCZYK.

ZŁotogolenczyk *à quo originem armorum Familia recepit, ex hac erat Bogna ſeu Benigna S. Stanislai Martyris Epiſc. Crac. parens, vt adnotabat Cathalogus ſub Anno* 1071. *Swentoslaus Złotogolenczyk ſub Leſco Albo, quem miſerat ad Ordines legatum dum electus fuiſſet in Principem Regni dicendo: Non denego dominium quod me contingit, ſed conditionem oblatam retracto, vt optimum ſeruum & Senatorem Reipub. congruum deſeram, malo contentus eſſe minori dominio, quàm amittere fidum ſibi charumq́ꝫ conſiliarium.* Hæc Cromer: lib: 7. *Fuerant enim tunc graues diſcordiæ inter Nicolaum Palat. Crac. armorum Lis, & inter Gouorcum Palat. Sendomir. armorum Ráwicz.*

Z M O D Z.



DELINEATIO & ORIGO.

EST baliſta more antiquo non extenſa, in campo ſanguineo. Occaſionem redolet antiquam, vel familiæ, vel loci vbi collata fuerunt, ſæpè etenim conſeruatur vſus antiquus armorum in peruetuſtis arſenalibus vrbium & caſtrorum. Hæc igitur arma referunt antiquiſsimã vrbem Crac. ad quam expugnandam aliquando hoſtis acceſſerat, atque ibidem fortiter defendenti militi coronidem Regni, conceſſa fuêre.

ORNAMENTVM ATRII.


Conſuetudine antiquorum celebre fuerat, poſt victoriam partam adornare atria, & meritis maiorum & proprijs tropheis, hinc ſpolia ex hoſtibus affixa parieti, domum familiamque ornabant. Eratque in tantum celebre hoc ornamentum, vt niſi adeſſet humile quid in Familia contemplarent. Quocirca Valer. Max. lib: 6. cap: 3. dicit: *Quantum odij aduerſus hoſtes libertatis inſitum animis antiqui haberent, parietum ac tectorum in quibus verſati fuerant ruinis teſtabantur.* Ideoque & M. Flacci & L. Saturnini ſeditioſiſſimorum ciuium corporibus trucidatis penates ab imis fundamentis eruti ſunt. Cæterum Flaccinia area cùm diu penatibus vacua manſiſſet, à Q. Catulo Cymbricis ſpolijs adornata eſt. Cùm verò præſentia arma nobilia ſpolia antiqua eſſe cernimus, adornatamque familiam eiſdem contemplamur, feciſſe eum quod fortem virumque decebat cum hoſte, propius ſemper ad mœnia accedendo, & inſurgendo in aduerſos alacriter affirmabimus. Dabit fortuna Deuſque tales Chriſtiano milites Regno, niſi obſtabunt quod in Eccleſia legitur: *Regnum à gente in gentem transfertur, propter iniuſticiam & iniurias, & contumelias, & diuerſos dolos.*

LINEA ARMORVM ZMODZ.

Andreas Zmodzki, cuius merita Epitaphium refert in Kumow in Terra Chelmenſi. Generoſus Dominus Andreas Zmodzki de Terra Chelmenſi, hæres in Zmodz dum Patriæ ſeruiuit, ſibi ipſi non ſatis ſeruiuit, militiæ adſcriptus Sereniſſimi Regis Stephani tempore, ſub Interregno ſaniorem partem ciuium ſecutus fui, hoſtem ad muros Cracouienſes impetus facientem viriliter repreſſi, ad Byczynom, in Cecora, contra Naleuaicum, & in Multanica expeditione reddidi Patriæ debitum, Familiæ decorem. Extat poſteritas ex fratre, Samuel eiuſque poſteri, qui hæc legent & maiora præſtabunt. Obijt 1602.

ZLOTA WOLNOSC,

AVREA LIBERTAS.



DELINEATIO & ORIGO.

EST quædam figura antiquum caduceum Romanum exprimens, formatur enim ceu geminus ſerpens pro virga Mercurij, ſalutarem crucem deferens. Quæ fuerit Origo, indagare perdifficile eſt, magnæ tamen Familiæ conſeruant memoriam, & decori habent eiuſmodi gentilicia. Crediderim ex ipſa forma, quod altæ & deſideratæ pacis fuerit parens primus illorum author.


AVREA

AVREA LIBERTAS.

QVantum liber gaudet de ſua libertate animus, tantum libertatem extollit, vnde auream & ſolam in terris felicitatem aliqui appellarunt libertatem. Hinc de ſola ſubiectione alteri ortum manet: *Non ſis alterius cùm poſſis eſſe tuus.* Cùm iam aliter eſſe nequit, manus & ceruicem, nedum animum alteri damus. Optimè Seneca Declam: lib: 9. *Neceſſitas magnum imbecillitatis humanæ patrocinium, omnem legem frangit.* Arma præſentia dùm intueor, venit in mentem M. Clodius quondam Dux militiæ Corſicæ, *de quo ita Valer. Max. lib: 6. habet.* Cùm ille turpem pacem cum hoſte poſuit, illum Senatus Corſis hoſtibus dedidit, quem ab hoſtibus non acceptum, in publica cuſtodia necari iuſsit. Ecce quantum libertatis amatores fuerint, & factum eius reſcidit, & libertatem eripuit, & ſpiritum extinxit, corpus contumelia carceris & deteſtanda nota fædauit; melius enim putarunt vt pereat vnus, quàm pereat vnitas. Cùm verò auream libertatem Patriæ & Reipub. parens horum intulerit armorum, meritò auream crucem & caduceum pacis retulit. Meritò in Magnatum foribus & portis exprimitur, & in memoriam poſterorum porrigitur; nam ſicut duo ſunt aduerſiſsima rectæ menti, celeritas & ira, ita plurimum amæna ſunt, memoria cum laude.

Qui his vtantur armis, non facilè indagare, video illa expreſſa ad portam caſtri Brzezanenſis, Sieniauiorum Familiæ adiuncta, vbi progenitores magni illius exercituum Ducis Regni exprimuntur. Vidi eadem in Palatinatu Cracouienſi, in Sacrario Eccleſiæ Radlouienſis. Hinc colligo antiquæ & præclaræ Familiæ fuiſſe.

ZETINIAN ſeu SETINIAN, Aliâs ROZYC.



DELINEATIO & ORIGO.

EST ſcutum in medio ſectum, lata linea obliqua, quæ videtur exprimere fluuium, ab vtraq; parte roſæ apparent rubeæ, ſuper ſcutum ſunt pennæ. Originem in Florentino Ducatu perquirendam, ibi enim primùm habuêre decorem, nam Præfectum vrbis Florentinæ, ſeu Confaloncerum Acta illius vrbis & memoriæ ſeu ſtemmata tradunt in Eccleſia PP. Ordinis Prædicatorum, fuiſſe in Anno 1363. vnum de hac familia Gaſparum Guczy. In Regnum verò Poloniæ

Carolus cum Sereniſsima Regina Bona venerat Aulicus & Præfectus Culinæ, demùm Zupparius, conſedit in diſtrictu Biccenſi, qui ex Anna de Wezerow reliquit filios.

DABIT ODOREM & HONOREM.

SAtis inaniter antiqui procedebant, dùm flumina onerabant curribus & equis, inde etenim Patriæ nec odor nec vtile proueniebat. Dicent tamen illi decor honorq; Dijs procedebat, Vnde Pier: Val: in libri Hierogl. ait: *Rhodij quotannis quadrigas ſoli conſecratas in mare iaciebant, quod vulgatũ eſt, eum tali vehiculo circumuehi mundũ.* Et in Illyrico ea de cauſa quod Tridentis ictu terra equum excierit, quatuor equos, nono quoque anno marinis fluctibus habendos iaciebant. Non ſine graui quoq; animaduerſione fuit, vt roſæ rubeæ ad vtramq; ripam fluminis in armis Zetinianis ponerẽtur. Dederunt enim odorem Patriæ, dederunt honorem, ante ad ripas Florentini fluuij ſanguinem ſpargentes pro integritate ſaluteq; Patriæ, odor decorq; extiterunt, modò ad vtraſq; partes montium, Alpes florere virtutibus & meritis procurarunt. Vt ſi ex Italicis partibus Florentiniſq; bonis ſucceſsibus ad Tranſalpinos deſcenderit odor, illi viciſsim referant honorem; ſi vero à noſtris proficiſcatur, bonus odor illi parimodo reſpondeant honore. Quocircà vt odorem honoremq; domui & familiæ relinquatis illud vobis Nazianzeni, qui nec in proſperis efferri, nec in aduerſis deſperare docuit propono.

Ne fide multum, neue deſpera nimis
Illud ſolutos efficit, peſſundat hoc.
Hoc corrigens illud, tenens, reliquam ſine
Liuore rectius peragrabis viam.

LINEA FAMILIÆ ZETINIANÆ.

GVczij *antiqua familia in Magno Ducatu Hetruriæ his armis vtitur.* *Primus ex iſta familia in Regnum Poloniæ venit cum Sereniſſima Regina Bona Sfortia Carolus Gucy Aulicus & Præfectus culinæ dictæ Reginæ Sereniſſ. qui poſtea fuit Zupparius Ruſſiæ, & in matrimonium ducta Anna hærede in Wezyrow emit ampla bona in diſtrictu Biccenſi: Eius filij ex dicta Anna Octauianus & Reynerus, quorum tutellam geſſit Illuſtriſſ. Palatinus Lublin: Stanislaus de Tęczyn cum illi patriam ſuam Florentiæ viſitauerunt. Huius Caroli extat monumentum in Eccleſia Cathedrali Præmislien: in hæc verba:*

Carolus Guczy Florentinus, Zupparius Generalis Terrarum Ruſsiæ.
Carolus ille loco poſitus Caluani in iſto,
Regibus acceptus, Principibuſque iacet.
Præfuit hic virtute merente ſub orbe,
Dante Sigiſmundo plebe fauente onus,
Dignum laude virum Florentia miſit è gente,
Delicijs præfuit Ruſsia lare tuis.

Octauia-

Octauianus cum Eliſabetha Wielopolſka Wielopolſki Succamerar. Cracou: filia tenuit ſacramentum matrimonij. Gaſpar Gucy & Conſulatu Crac. & vita benè functa clarus, moritur vnica filia Anna relicta, quæ primo matrimonio iuncta fuit D. Derſniak, ſecundò Trzećieſki, tertiò Złotnicki, ex quibus proles eius ſupereſt. Ioannes Gucy, vir prudens de Familia Oleſniciorum benè meritus, ex Golánſka ſuſcepit filium Andream Illuſtriſſimi Sigiſmundi Myßkowſki Marſchalci Regni Aulicum, cui tum in exteris nationibus peregrinanti, tùm in adminiſtranda eius Aula ex dexteritate fuit acceptus, ex Sophia Olbierzowſka reliquit Ioannem, Sigiſmundum, & Andream. Petrus frater patruelis illorum, reliquit filios Ioannem, Nicolaum, Paulum & Andream. Nicolaus in Palatinatu Lublinenſi conſedit, tenet matrimonium cum Ornowſka filia Iudicis Terreſtris Breſtenſis. Ioannes in Palatinatu Cracouienſi cum Iankowſka. Paulus in Palatinatu Volhyniæ cum Kuroßowna. Andreas cum Zagorſka.

ZKRIZLVK ſeu Zkrzyżem łuk.



DELINEATIO & ORIGO.

EST arcus Scythicus, pro ſagitta ſuper neruum deferens crucem auream, cùm etenim Scytharum fortitudinem confregiſſent, atq; Fidem ſacram de Deo vno & trino amplexati fuiſſent, arcum pro victoria, crucem auream pro fide retulerũt. Cùm verò palam in Eccleſia Socalenſi mitram Ducalem in illorum ſarcophagis conſpicio, è Ducibus originẽ trahere non ambigo. Vetuſtas Familiæ, clara Proſapia, virtutũ gloria, meritorumq; cumulis augmenta conſeruat.

PAX CVM CÆLO.

AEgiptijs arcus certum erat ſignum inchoati cum hoſte belli: Figurabant illi armatum hominem, qui telum arcu contenderet, & ad feriendum paratus videretur. Neque ſacerdotibus Aegiptijs erat hoc ſignũ belli, ſed ipſi quoque Deo, vt ſacræ literæ teſtantur, dùm ſuos præmonere ab hoſtium periculis cupiebat: *Dediſti metuentibus ſignificationem.* Pſalm: 59. *vt fugiant a facie arcus.* vel vt legit Euthymius: *Dediſti metuentibus refugium, vt declinare valeant arcum, cor enim impij repletum eſt veluti pharetra ſagittis venenatis.* Vnde explicando Adamantius Græcam lectionem ait: *Pharetra, eſt cor, ſagitta, conſilia & cogitationes, arcus os & labia.* In præſentibus gentilicijs arcum video, ſed pro ſagitta crucem inſpicio, vnde non bellum ſed pacem cum proximo & cum Deo contemplor, inde enim crux non ſuper arcum

poſita, nec non auro adornata videtur. Echo ab arcu percipitur: *Pax cum Deo & cælo.* Arcus fractus vel relaxatus ſublatam belli ferociam ſignificabat. Legitur enim in Hiſtorijs, quòd cum Attila ſanguinis eruptione,& profluuio de naribus ſuffocari & extingui debuit, ſupremum numen Marciano Imperatori apud Conſtantinopolim agenti in ſomnijs apparuit, arcumque Regis fractum, vel vt alij, relaxatum oſtentare viſus eſt, quod erat ſignum de illius ferocia bellica finita. Vnde Pſalm: 46. *Deus conteret arcum & arma confringet, qui ſcilicet pietate poſt habita ſpem in ferocitate poſuére.* Igitur arcus hic cum cruce & cruce aurea, pacis ſignum erit, procedentis ſcilicet à corde & ore, cum proximo, conſcientia & cælo. Et audient: *Pax hominibus bonæ voluntatis.*

LINEA FAMILIÆ KRIZŁVK.

DOkozickij *Kniazij his vtuntur armis. In Wolhynia nunc eorum ſedes eſt perampla, quorum ſepulchra poſtquam ad fidem Catholicam redierunt, viſuntur in Sokalenſi Eccleſia PP. Bernardinorum. Kiiouiæ memoriæ illorum in ſepulchris patent.* Ianuſouius in Statuto folio 118. *meminit ipſorum. Petrus Kozicka cum Romanowſka tenuit matrimonium. N. Kozicka Subdapifer Wolhyniæ.*

ZBROYNY MAZ.
Seu WAXMAN.



DELINEATIO.

EST ſcutum coloris aurei, in eiuſque inferiore area partem muri ſeù propugnaculi rubei coloris, ita nimirum, vt in medio muri propugnaculum rotundum emineat, atque in vtraq; quidem parte muri tam dextra, quàm ſiniſtra, ſingula foramina, per quæ tormenta diſponi ſoleant, in ipſo autem propugnacula tria ſint, duo in ſuperiori parte, tertium medio inter hæc duo foramina, loco inferius. E medio ipſius propugnaculi vir barba roſſa totus armis ferrei ſeu ærei coloris, ita tamen, vt qua commiſſuræ ſunt aureis lineis diſtincta ſint, dextera gladium ſtrictum ſuper humeros vibrans ſiniſtram

ſiniſtram in balthco ſeu vagina reclinans cingulotenus eminet. Scutum galea clarata equeſtris, galea corona aurea gemmis interſtincta tegit, ſuper quam deinde itidem idem vir armatus, qui antea deſcriptus eſt, eodem modo eminet, tum verò ſcutum vniuerſum ab vtraq; parte aurei & rubei coloris, tæniæ ambientes, vtrinque circumfluentes.

O R I G O.

ARma hæc primus à Sigiſmundo III. Rege Poloniæ accepit Ioannes Wáxman, Norimberga Ciuitate Germaniæ, nobilibus parentibus ortus, ſubinde Ciuis & Conſul Cracouienſis. Præmij cauſa fuit Cracouiâ à Maximiliano Archiduce Auſtriæ diadema Regni affectante obſeſſa; quam ille armis, authoritate, & fide illibata tuendo, Regi ſartam, tectamq; ſeruauit. Sigiſmundus fidem & animum Ioannis miratus, his illum armis munerauit, & Regni Nobilium ordini cum omni ſua poſteritate Regio ſuo diplomatè ex vniuerſi Senatus Regni authoritate totiuſque equeſtris ordinis vnanimi conſenſu adſciuit. Varſauiæ in Comitijs Generalibus, die 15. menſis Aprilis Anno Domini 1589. cuius ſummam accipe.

In Nomine Domini Amen. Ad perpetuam rei memoriam Sigiſmundus III. Dei gratia Rex Poloniæ &c. Significamus præſentibus hiſcè quorum intereſt, huius, & futuri temporis vniuerſis & ſingulis. Ita ſemper nos ſtatuiſſe, vt cum omnium rerum publicarum & regnorum non maxima vt plurimum initia, incrementa deinde aliquanto maiora ac certi ad perfectionem gradus ſint, nulla ferè re, vt maximè Princeps quæque Reſpub: fuerit, vel magis creuiſſe, vel altius ſeſe extuliſſe, quam fortiſſimis quibuſq; viris, in eandem Reipub: ac iuris communionem recipiendis, &c. Quo in numero Ioannem Wáxman Conſulem Cracouienſem, vel maximè nunc referendum exiſtimauimus. Cùm enim idem Ioannes Wáxman Patre honeſto & locuplete Michaele Wáxman ex Heluetijs oriundo, eiuſdem nationis diſciplina militari imbuto, & in militia verſato, Matre autem Nobili Norimbergæ natus eſſet, ipſe autem à prima ferè pueritia, negotiorum cauſa, Cracouiam ſe contuliſſet, ibidem qui à Patre Waxmani nomen haberet, Wáxman vulgo nuncupatus, ac per complures annos honeſtè laudabiliterque verſatus; Vxorem ex familia vetuſta, & ab Imperatoribus nobilitata duxiſſet; tandem domicilium ſedemq; fortunarum ſuarum omnium ibi poſuit, cumq; ad morum & vitæ honeſtatem ſummam elegantiam, atque in omni re obeunda induſtriam ac dexteritatem ſingularem adiunxiſſet, facile perfecit, vt non ſolum nobilitati omni vicinæ, & Ciuibus Cracouienſibus omnibus perſq; carus exiſteret; verùm in Diuæ memoriæ Stephani etiam Regis deceſſoris noſtri gratiam, & celeriter perueniret, & eandem ad mortem vſq; eiuſdem ſummam retineret. Ex hominum autem omnium hoc de virtute eius iudicio atque commendatione. Primo in Collegium Iuratorum, Scabinorum, deinde Decurionum, ſeu Conſulum Ciuitatis translatus, vtrobiq; cum alijs ſemper, tum in altero hoc ordine maximè tempore interregni, quod eiuſdem deceſſoris noſtri Diui Stephani Regis mortem ſubſecutum fuit, præclare laudabiliterq; ſe geſſit. Publice enim à Ciuitate Cracouienſi cum alijs ex illius vrbis, Senatu honeſtis, noſtriq; ſtudioſiſſimis viris, ad electionẽ miſſus, cum ipſe in eorum poteſtate totus fuit, qui libertatem publicam tuebantur; tum ſumma celeritate Cracouiam reuerſus cum Collegis vt in eorundem qui ſecundum leges publicas nos elegerant poteſtate Ciuitas permaneret ſummo ſtudio operam dedit, ciueſq; ſua ſponte in Nos inclinatos, vt conſtantiſſimè in fide noſtra perſeuerarent, neque vllo periculorum metu, ab ea deducerentur, hortatus eſt. Et cùm non multo poſt Illuſtriſſimus Archidux Maximilianus contra ius & libertatem publicam, contraq; omnem maiorum morem, à paucis quibuſdam aliquot

poſt no-

poſt noſtram electionem diebus nominatus, cum exercitu ad Cracouiam acceſſiſſet, atque totius quidem belli gerendi, defenſioniſq; rationem Illuſtris & Magnificus Ioannes de Zamośćie Regni Noſtri Cancell. & Exercituum Præfectus, vt qui cum Imperio ibi eſſet, adminiſtraret; in ſocietatem autem eius Illuſtrem etiam ac Magnificum Andream Comitem in Tenczyn Pal. Crac. adſciuiſſet, vt ſi fortè pro temporum & belli vſu longius etiam ab vrbe excurrendum ſibi eſſet, eandem defenſionis curam idem Illuſtris & Magnificus Palat. Crac. ſuſtineret. Waxmanus ipſius vrbis meniorumq; ac propugnaculorum illius curæ Præfectus, ita in hoc munere ſeſe tractauit, vt & conſtantia ſua alios ciues ſuos plurimum confirmaret, & conſilio diligentiaq; vel imprimis ſalutem vrbis iuuaret; omnibus autem in rebus vtriq; Illuſtri & Magnifico, tàm Palatino Cracou: quàm Regni noſtri Generali fides, vigilantia, atq; induſtria eius, magno vſu eſſent, præter quam enim quod propugnacula & muros, quorum curæ à Magiſtratu Ciuili Præfectus erat, ſumma celeritate, partim reficiendos curaſſet, partim maioribus tormentis opportunis locis diſpoſitis firmaſſet, vigilias etiam circa eadem propugnacula & tormenta ſumma cum diligentia ſeu per obijt, portam etiam ad quam hoſtis irruptione facta impetum fecerat ſtrenuè tùm maioribus, tùm minoribus bombardis tutatus eſt: Neq; vllo labore, neq; vigilijs, neq; ſumptibus, quos in illam procurationem ſib. demandatam impendere neceſſe habuit, neq; periculorum metu, neq; premiorum ſpe, à conſtantia ac fide in Nos & Rempub ſuam vnquam deduci ſe paſſus fuit. Quæ cum pro Repub. feciſſet, tàm inſignis autem virtus atq; fides ipſius, in omnium pariter oculis atq; ore verſarentur, ac primum quidem Nobilitas vniuerſa Palatinatus Crac. in Proſouienſi Conuentu ſuo, vltro, ſponteq; ſua ſuis Nuncijs commiſiſſet, vt non ſolùm Nobilitatis honorem, verùm laborum etiam ipſius premium aliquod, quo gradum eum nobilitatis tanto honeſtius etiam tueri poſſet, in præſentibus hiſce Comitiis, illi à nobis peterent. Poſtea autem Nuncij Nobilitatis vniuerſi per Generoſum Stanislaum Czikowſki de Woyſławice Succamerar. Crac. & Palatinatus eiuſdem Nuncium eandem petitionem communi nomine ad Nos detuliſſent, acceſſit etiam eodem commemorati Illuſtris & Magnifici Ioannis de Zamośćie Regni Noſtri Cancellarij & Exercituū Præfecti præclariſſimum de virtute eius teſtimonium, ac diligentiſſima commendatio, comminus dubitandum Nobis exiſtimauimus, quin nobilitatis hoc Regni Noſtri ius atq; honorem, quo ille virtute ſua præſtantibuſq; in Nos & Rempub. Regni Noſtri meritis, iam dudum dignum ſe præſtitiſſet, nunc ad tam diligentem Nunciorum Regni Noſtri interceſſionem, ex vniuerſi autem Senatus Noſtri authoritate atq; conſenſu, publice etiam ei conferremus tribueremuſq; quemadmodum quidem conferimus ac tribuimus præſentibus hiſce, commemoratum q; Ioannem Waxman, omneſq; legitimos vtriuſq; ſexus ipſius poſteros, tàm eos qui iam nati ſunt, quam ſi quos poſtea ſuſcepturus ſit, de conſilio ac ſententia Senatorum Noſtrorum, omniumq; adeò Ordinum, præſentium Comitiorum authoritate veros, ac genuinos Regni huius, Dominiorumq; eis adiunctorum Nobiles creamus, pronunciamus, promulgamus, eo nimirum iure, quo quicunq; in Regno Noſtro vel à maioribus Nobilis procreatus, vel à Diuis Deceſſoribus Noſtris, nobilitatis iure donatus optimo in Regno, Dominiiſq; noſtris, ſit vel fuerit ita nimirum, vt ad omnes dignitates tàm Eccleſiaſticas quàm Seculares æquè cum aliis nobilibus peruenire, munera, honoreſq; Nobilium gerere, omnibus immunitatibus, vacationibus, ac libertatibus, quibus alij Nobiles Regni huius, vel iure, vel conſuetudine vtantur, ipſi quoq; publicè ſemper ac liberè vti poſſint, neq; vlla in re deteriore conditione quam quicunq; alij Regni noſtri Nobiles eſſe ſolent, ſint, aut habeantur. Quo autem publicè Nobilitatem profiteri, & eius noſtræ in ſe beneficentiæ monumenta præferre poſſint, more & conſuetudine maiorum inſignia etiam Nobilitatis, hæc conferenda illi exiſtimauimus, quemadmodum quidem conferimus præſentibus hiſce: Scutum nimirum coloris aurei, in eiuſq; inferiore area partem muri, ſeu propugnaculi rubei coloris, &c. vt videre eſt ſupra in delineatione. *Quibus quidem inſignibus, vt cùm commemoratus Ioannes Waxman tùm omnes vtriuſq; ſexus legitimi illius poſteri, in omnibus & ſingulis honeſtis, tàm ludicris quam bellicis cauſis ac negotiis, prælijs, duellis, torneamentis, vexillis, tentoriis, ſcutis, aulæis, tabulis, picturis, domorum ædificiorumq; ornamentis, ſignis, annulis, ſepulchris, omnibus deniq; temporibus, locis & actibus, pro ſuo arbitrio, aliorumq; Nobilium more, publicè priuatimq; vtantur,*

utantur volumus: ea ipſi geſtare, heroldis & quibuſuis miniſtris nobilium imponere, & ligare valeant. Præterea verò quemadmodum ſupra iam à nobis tributum illis eſt, alijs etiam iuribus, priuilegijs, immunitatibus, libertatibus, quę Ordini Nobilium de iure vel conſuetudine in Regno ac ditionibus noſtris competunt, tanquam veri, ac genuini Nobiles, de ſtirpe nobili, claroq; ſanguine ab Auis, Proauis, & maioribus per directam lineam ex vtroq; latere deſcendentes, atq; ex vtroq; parente procreati, ipſi quoq; gaudeant, fruantur honores ac dignitates, tàm Spirituales quàm ſeculares, beneficia ac officia omnia & ſingula, pari cum reliquis veris Regni noſtri Nobilibus, iure capere poſſint decernimus ſancimuſq;, eodem omnino iure ac conditione vt ſint, quo alij Nobiles ſunt, qui in Regno noſtro ſunt optima. Quę cùm omnia ſingulaq; ſcripta ſupra, rata firmaq; eſſe velimus: Ad omnium Regni noſtri, aliarumq; ditionum noſtrarum, magiſtratuum ac dignitariorum, tàm Eccleſiaſticorum quàm Secularium, omnium deniq; ac ſingulorum, maximè autem Nobilium notitiam deducenda eſſe duximus, quemadmodum & præſentibus deducimus; mandantes vniuerſis & ſingulis, vt præfatum Nobilem Ioannem Waxman, omneſq; legitimè ab eo deſcendentes, non modo pro veris ac genuinis Nobilibus recipiant habeantq; Nobilitati eorum nullo vel dicto, vel facto à quocunq; derogetur, verùm beneuolentia etiam ac fauore ſuo eos proſequantur, ad honores contendentibus faueant, omninoq; alienę virtuti non inuidentes vnde ſua profecta ſit teſtentur. Quod vt omnes virtutis amantes, ac verè Nobiles etiā ſine cohortatione noſtra facturos non dubitamus: ita ſi quis tamen exiſtat, cuiuſcunq; ſtatus conditionis, aut dignitatis is fuerit, qui in contumeliam præfati Nobilis Ioannis Waxman, poſterorum eius authoritatiſq; noſtrę Regię imminutionem, Nobilitati eorum obtrectare, illis detrahere, dicto deniq;, factoue, vel nobilitatem eorum, vel exiſtimationem impugnare præſumeret; eum conſuetis pœnis, quę in diffamantes Nobilem verum, Regni legibus ſtatutę ſunt Nobis iudicioq;, ad quod à parte læſa citatus fuerit, ipſiq; parti læſę ſubiacere volumus, quam primùm, quotieſq; præſente hoc Priuilegio Noſtro, quod ad omnem probationem Nobilitatis ſufficere volumus, Nobilitatem ſuam, aut tenore Priuilegij, ſi eius fortè copiam non habuerint, alijs idoneis, monumentis in iure probauerint, docuerintq;. In quorum omnium fidem, & euidentius teſtimonium, haſce manu noſtra ſubſcripſimus, ſigilloq; Maieſtatis noſtrę communiri iuſſimus. Datę Varſauię in Conuentione Regni Generali, die 25. Menſis Aprilis Anno Dñi 1589. Regni verò Noſtri Anno ſecundo. Præſentibus Reuerendiſſimis, Reuerendis, Illuſtribus, Magnificis, Venerabilibus, ac Generoſis Stanislao Kárnkowſki Gneſnenſi, Legato Nato ac Regni Noſtri Primate, Ioanne Demetrio Solikowſki Leopolienſi Archiepiſcopis, Hieronymo à Rozdrázow Vladislauień. & Pomeranię. Luca à Koſcielec Poſnanień. Petro Dunin Wolſki Plocień. Bernarde Máciciowſki Luceorien. Alberto Baránowſki Premislień. & Regni Noſtri Vicecancell. Petro Koſtka de Stangenberg Culmeń. Laurentio Goślicki Chelmeń. Epiſcopis, Chriſtophoro Rádziwil Duce in Bierze & Dubinki Palat. Wilnen. M. D. Lit. Exercituum Campiductore, Solceń. Boroſſouień Kokenhauſenq;. Ioanne Kiſzka Caſtell. Wilneń. Samogitię, Breſtenſiq;. Petro de Potulice Caliſ. Wiſogrodenſeq;, Ioanne Chlebowicz Trocenſe, Radoſcouień. Vpitenſeq;. Alberto à Laſko Syradień. Mergeburgenſiq; in Liuonia, Nicolao Chriſtophoro Rádziwil Duce in Olyká & Nieswiez Caſtell. Troceń Saulenſeq;, Nicolao Herbort Ruſſię, Ioanne à Sienno Podolię, Grodleń. Czorſtinenſeq;, Gregorio Zielenſki Plocenſe, Mlauenſeq;, Stanislao Kriſki à Drobnin Maſonię, Plocen Dobrzyneń. Staniſlauouienſiq;. Stanislao Rádziminſki Podlaſię, Liuenſe, Cameneceenſiq;. Stanislao Goſtomſki de Lezenicze Raueń. Radomienſiq;, Nicolao Dzialinſki Culmeń. Brathanenſiq;. Palatinis & Capitaneis. Stanislao Comite à Tarnow Sendomirień. Buſceń. Stobnicenſiq;, Ioanne Comite à Tenczyn Woynicen. Lublineń. Parcouień. Ioanne Dluſki Culmeń. Theſaurario Regni Branſcenſe, Suecenſe, Suraſenſe, Rogoſneń. Derſauienſiq;, Ioanne Leſniowolſki de Obory Czyrnenſe, Parnauienſiq; in Liuonia, Martino Leſniowolſki de Obory Podlaſſię Zatorień. Loſſicenſiq;, Chriſtofero Komorowſki Sandeceń. Nicolao Firley de Dambrowna Bieceń. Referendario Curię Regni Korczyneń. Caſimirienſiq;, Georgio Mniſzek de Magna Konczyce Radomień. Sanoceń. Samborienſiq;, Ioanne Myſzkowſki de Mirow Zarnouień. Ioanne Oſſowſki Polaneceń. Hieronymo Goſtowſki Nakleń. Vaicenſiq;, Stanislao Minſki Zakroczymeń. Ioanne

Bykowſki Konarien. Lencicien. Siradienſeq; Caſtellaneis & Capitaneis. Andrea Opalinſki de Bnin Marſchalco Regni Maioris Pol. Generali Srzemen. Oſſaſienſeq;, Alberto Radziwil Duce in Olyká & Nieświez, Magni Ducat. Lit. Marſchalco Caunenſeq;, Ioanne de Zamoſcia Cancell. & Exercituum Regni Generali Belzen. Mariaburgen. Cniſſinen. Międzyrzecen. Derpatenſeq;. Leone Sapiehá Mag. Duc. Lit. Theſaurario, Olitenſeq;, Stanislao Przyemſki Marſchalco Curiæ Regni Koninenſeq;, Officialibus & Capitaneis, Petro Tylicki Præpoſito Gneſnen. Canonico Crac. Warmienſeq;, Secretario Regni Maiore, Ioanne Tarnowſki Referendario Curiæ Regni Crac. Wladislauien. Lancicienſeq; & Cruſuicienſe Præpoſito, Ioanne Piotrowſki Decano Poſnanien. Canonico Crac. Ioanne Kraſinſki Cantore Crac. Simone Rudnicki Cuſtode Gneſnen. Hyacinto Mlodzieiowſki Theſaurario Curiæ Krzeczouien. Piaſecenſeq;, Gaſparo Macieiowſki Stabuli Noſtri Præfecto, Scepuſienſeq;, Petro Opalinſki de Bnin Inciſore Menſæ noſtræ & Robatinen. Stanislao Kraſicki Curruum noſtrorum Præfecto, Lubomlen. Bolemouienſeq; Capitaneis, Procopio Sieniawſki Pocillatore Curiæ, Petro Srzeniawa Subdapifero Noſtro, Balthaſare Stániſławſki Culinæ Noſtræ Magiſtro, & aliis quamplurimis dignitariis, Officialibus, & Aulicis Noſtris, nec non Terrarum Nunciis ad præſens Conuentum Regni congregatis.

Sigiſmundus Rex

Reinoldus Heidenſtein Sacr. Reg Mag. Secret.

His igitur armis vtuntur omnes poſteri à præfato Ioanne deſcendentes, qui virtutibus & meritis magis magiſq; proficiebat, ita vt à Rege ſummè amaretur: cui etiam Sculte tiam, Siemiechow, Molendina in Zielonki, penſioneſq; alias multas largitus eſt munificentiſſimè, in quæ & poſteri ſui ſucceſſerunt. Reliquit tres filios claras ſui generis imagines, Ioannem, Michaelem, & Hieronymum.

Ioannes generoſæ mentis ardore excitatus, non in vmbra vulgares inter cætus, ſed in ipſa luce verſari, atq; in eo theatro apparere, vnde in aliorum oculos ſuſpiciendus incurreret concupijt: nam ſtatim poſt deceſſum ſui parentis, non degener filius, fidem & vitam Sigiſmundo III. in obſequium dedicauit; à quo Præfectus armorum conſtitutus, per triginta amplius annos, ſemper non niſi ſtrenuè laudabiliterq; ſe geſſit; In expeditionibus, tam in illa prima Moſcouitica, quam in illa Publica. nec non Pruthenica, quam etiam ſub tempus Confœderationis, ingenium, animum, vires, & Fidem ſuper omnia, cum laude omnium demonſtrauit, ideoq; nedum ipſius Regis, ſed omnium Primarij Ordinis Nobiliumq; Regni oculos & corda, ſummè in ſe conuertit, maximiſq; in amoribus apud omnes fuit. Huic Sigiſmundus III. intuitu tantorum meritorum, Sculte tiam Kłáie dictam, nec non alias penſiones annuas donauit munificentiſſimè: quas nec Sereniſſimus Vladislaus IV. Rex fœliciter modernus à ſuis liberis fidei ac obſequiorum non immemor ablegauit, imo alijs liberaliſſimè auxit. Moritur Cracouiæ & in ſua Capella in Eccleſia Beatæ Mariæ Virginis in Circulo, non ſine mærore omnium A. Dñi. 1632. die 27 Auguſti ſepelitur. Illius filij Stanislaus, Ioannes, Caſimirus, & Hyacinthus.

Stanislaus Adoleſcentiam ſuam in ſeruitijs Ioannis Tenczynſki Palatini Cracouienſis collocauit. Et iam poſt obitum Patris ſui officium præfecturæ armorum à Sereniſſimo Vladislao IV. humaniſſimè ſibi collatum acceptaret, ni fides Illuſtriſſimo Palatino Cracouienſi Stanislao Lubomirſki data, obſtitiſſet.

Hic oc-

Hic occaſionem benemerendi de Republica nactus, nec viribus, nec facultatibus, nec ſaluti propriæ pepercit, officio præfecturæ armorum apud prædictum Illuſtriſsimum Palatinum laudabiliter functus eſt. In expeditione Moſcouitica etiam ſuis proprijs ſtipendijs militauit. Apud omnes fermè milites ſummo in amore fuit. Poſtea Coniugem Conſtantiam ex nobiliſſima Zbylitouiorum familia fœdere matrimonij ſibi iunxit, ſed ſine prole deceſſit Cracouiæ ſepultus eſt in Eccleſia SS. Trinitatis apud Patres Prædicatores, A. Dñi. 1629. Die 15. Ianuarij.

Ioannes militiæ Chriſti in Familia Prædicatorum, nomen & vitam conſecrauit.

Caſimirus vir litterarum amantiſſimus, plurimisq; in rebus exiſtimatione omnium probatiſſimus, exteras nationes peragrauit. Romæ laurea Doctoratus vtriusq; Iuris inſignitus, in Patriam reuertitur. Vbi honore Canonicatus Varmienſis excipitur. Et ad officium Secretarij Sereniſſimi Vladislai IV. aſſumitur.

Hyacintus Vladislaus ſequitur, ætate quidem ſed non animo inferior, hic etiam multas alias exteras nationes vidit, Germaniam luſtrauit, Italiam peragrauit, & inde tanquam ex mercatu litterarum, linguarum, morum, tandem in Patriam, litteris omnibus imbutus, probis moribus inſtructus redijt: Et obſequijs Illuſtriſſimi & Reuerendiſſimi Petri Gembicki Supremi tunc Regni Cancellarij ſeſe mancipauit, cui Fideliſſimè à puero prorſus inſeruiuit, & eousq; inſeruit. Secretarius Sereniſſimi Vladislai IV. factus.

Filias quoq; Ioannes duas reliquit Agnetem fœminam omnibus dotibus animi condecoratam, & Annam puellam præter ætatem prudentem & perfectam.

Secundus Ioannis illius primi filius Michael, vir magna experientia & bello clarus, hic non alienis plumis ornari, ſed propriis virtutibus illuſtrari, ſemper in animo habuit, proindeq; optimis ſtudiis primam illam ætatem ſuam conſecrauit, quorum gratiá, in exteras nationes ſe contulit; non enim potuit ſummum ingenium, niſi ſummos viros quærere & imitari. Hincq; creſcentibus paulatim annis ita profecit, vt non ſolùm optimarum ingenuarumq; artium, ſed etiam linguarum: Italicæ ſcilicet, Gallicæ, Hiſpanicæ, Germanicæ ac Vngaricæ peritiſſimus extiterit, ibidemq; etiam apud exteros, cum Illuſtriſſimis Duce de Zbáráz, & Andrea Tenczynſki Palatino Belzenſi, nec non eius fratre germano Gabriele Palatino Lublinenſi, martium pectus & animum in aduerſis rebus declarauit. In publica quoq; Regni expeditione, ſuum generoſum ac nobilem animum proteſtatus eſt. Cui Sigiſmundus III. meritorum illius non ignarus, Sculteriam in Lithuania, cum multis alijs beneficijs liberaliter donauit.

Tertius Ioannis illius itidem primi filius Hieronymus, fuit vir admirabili ingenio, ad labores impiger, & ad pericula fortis. Hic etiam multas exteras nationes viſitauit, obq; ſuas raras & admirandas virtutes, Sereniſſimo Regi

Sigiſmundo III. carus fuit. Publicæ etiam expeditioni, pro defenſione Pátriæ ſe ſubſcripſit.

Filiæ etiam Ioanni illi primo fuére tres, Zophia, Suſanna, & Agnes. Zophia nobili Nicolao Szembek vinculo matrimonij iuncta fuit. Suſanna, & Agnes vitam & virginitatem ſuam Deo deuouerant, omnes continuis orationibus, vigilijs, aliiſq; virtutibus claræ extiterant.

ARMA NOBILIVM INNOMINATA.



His vtuntur Maskieuicij in Wolhynia, conſeruant ea in Kiiouia D. Axak, ceù progenitus à Maskiewiczowná.




Vtuntur his Dominus Brzuſzká.




Iákuſzowſciorum in Palatinatu Braclauienſi.



Vtuntur his Dederkalij, Albertus ſepultus in Oſtropole.




Ioachimi Morochowski Epiſcopi Vniti Vladimirienſis, & Breſtenſis.














His vtuntur Nobiles in Wolhynia, in Polonne, in Lubartow, in Cudnow, & alibi vidi.

Paprocius



Paprocius in Nido folio 1193.



Lubartouiæ.



In Sokal vidi.



Solea transfixa ſagitta, in Polonne.



Cracouiæ vidi.

Miles totus in armis cum aurea framea & lancea, Lubartouiæ in Eccleſia conſpicitur.

Corda duo duabus ſagittis transfixa. Arma Paulowicz in Lituania. *Paprocius in Nido folio* 1117.

Cor ſupra quod tabula ſchaccorum. *Paprocius in Stemmatibus folio* 577.

Campanæ tres, quales accipitris alligantur ad pedes, *vidi Cameneciæ.*

Horologium inſtar clepſidræ transfixum ſagittis duabus, *vidi Conſtantinouiæ.*

Horologium menſale, *vidi Camenetiæ.*

Vomer vnicus, *vidi in Rádłow.*

Ignes tres ex ferrea lampade, *Cracouiæ apud PP. Franciſc.*

Caput Aquilæ cum collo nigro in campo rubeo, *in M. Duc. Lit:*

Beczká złotá/ Hoc eſt, Vas auri, *in M. Duc. Lit.*

Lupus integer intra coronam ex Vngaria, in Cudnow.

Nobiles, Quorum Stemmata ignoro, nobilitate donati, & ad indigenatum Regni à Sereniſſ. Regibus Poloniæ ob merita bellica recepti.

Gutteterij *nobiles ex Germania venerunt in Regnum, eorum nobilitatem per ſuum ſpeciale priuilegium approbauit Sigiſmundus Auguſtus, ex his erat Gaſpar Conſul Cracouienſis. Auguſtinus Gutteter bona terreſtria tenuerat ad Miechouiam, erat quoq; ex his Prouincialis in Societate Ieſu.*

Anno 1580. in Comitiis Generalibus Regni Varſauiæ Andreas Cardinalis & Balthaſar Bathorei fratres germani Sereniſſ. Stephani Bathorei Regis Poloniæ ex Fratre nepotes ob merita ipſius in Regnum pro indigenis Regni recepti ſunt. & ad omnes libertates Nobilium admiſſi, ipſi Cardinali acceſſus & habilitas ad quæuis beneficia Eccleſiaſtica & dignitates, & in Senatu locus ſui Epiſcopatus conceſſus excepta dignitate Primitiali Archiep. Gneſneń. & munere nominandi vel inaugurandi Regis. Fuit hic Cardinalis Epiſcopus Warmien. & Præpoſituræ Miechouień. Adminiſtrator. Alter Andreas Bathori in Comitijs Warſau. 1607. pro indigena Regni & nobili cum omnibus libertatibus nobilium, & acceſſu ad quaſuis libertates eſt receptus & admiſſus.

B[illegible]kelij, *quorũ arma ſimilia armis Topácz. ſed ex vna parte ſtellam, ex altera lunã habent. Gabriel & Gaſpar nobiles Vngari cum Rege Stephano in Regnum venerant, cum eo in bello Moſchouitico pro Regno dimicarant, ille ad Pſkouiam illam oppugnando dum ad mures ciuitatis impetum faciebat, magnanimus & fortis miles occiſus occubuit, iſte ibidem fractus bellicis laboribus in breui poſtea deceſſit, proinde grata illorum meritorum Reſpub. in Comitijs Varſauień. 1593. eorum poſteros Vladislaum & Gabrielem cum eorum omnibus ſucceſſoribus pro indigenis Regni, & M. Duc. Lit. recepit, eiſq; acceſſum & habilitatem ad quoſuis g[illegible]dus dignitatis, honoris, & officiorum ſpiritualium & ſecularium conceſſit.*

Lucas Stroic. & Hieremias Mogila Nobiles ex Valachia, magni & præclari in ſua Patria, ſupremis officiis fulgentes, in Comitiis Varſauień. 1593. pro Nobilibus & indigenis Regni recepti ſunt.

Ex eadem Principatu Valachiæ in Comitiis Regni Varſouiæ 1596. Nobiles Georgius Mobila Metropolita Valachus. Simeon Mobila Dux exercitus, & Simeon Stroyca Viſternik Moldauiæ pro indigenis & Nobilibus Regni recepti ſunt.

Tom[illegible] Szymkowic pro indigena Regni inter Nobiles receptus eſt Anno 1601.

E[illegible]zeij Cemar priuilegium nobilitationis ipſi à Sereniſſ. Sigiſmundo III. ex commendatione Ducis exercitus Regni pro meritis bellicis datum approbatur in Comitiis Varſouien. 1601.

Sebaſtiano Necz itidem ad commendationem ibidem, & eodem anno ius nobilitatis ex eadem cauſa conceſſum eſt.

Stanislai Lichtemberg, ibidem & eodem anno approbata eſt nobilitatio ipſius

Patri

Patri Ioanni ab Imperatore Maximiliano data, & pro indigena receptus eſt in recompenſationem obſequiorum Sereniſſ. Regi Sigiſmundi III.

Vilhelm Barberius Nobilis ex Regno Galliarum in Comitiis Varſouień. 1607. ad recomendationem Ioannis Caroli Chodkiewic, Ducis Exercitus M. D. Lit. intuitu ſtrenui laboris militaris in caſtris huius Regni receptus eſt pro indigena.

Ibidem & eodem anno approbatum eſt priuilegium nobilitationis Marci Felinſki, ipſi à Sereniſſ. Rege Sigiſm. III. intuitu magnanimus, & fortis aggreſſionis labo. is quem pro honore Regni ſuſtinuit in bellicis actibus, ſed præcipuè in oſ pugnatione Arcis Felin in Liuonia & alibi.

Ibidem & Anno eodem ex Principatu Valachiæ Nobiles Neſter Vreki Dwornik magnus oris illius Dux exercitus. Georgius Maurotyus Logofeth illius Principatus Iſai & Georgius Baſika Purkalap. vt pro fauore erga Regnum dignis honoribus decorarentur, & ad vlteriorem prouocarentur, recepti ſunt pro indigenis Regni, & ad omnes libertates Nobilium admiſſi.

Ibidem & anno eodem Priuilegium nobilitationis Anno 1601. Ianuſio Eperieſſ ad recommendationem Ducum Exercituum Regni & M. D. Lit. propter eius merita in bellicis actibus ipſi & poſteris eius datum à Sereniſſ. Rege Sigiſm. III. approbatum eſt.

Ibidem A. 1613. priuilegium nobilitationis Demetrij Macedonſki approbatũ eſt.

Ibidem & eodem Anno Helias Iuſkowſki ex recommendatione Ducis Exerc. M. D. Lit. eius laborum erga Regnum, quos in Liuonia & Moſchouia etiã cum periculo vitæ & ſãguinis in bellis ſuſtinebat nobilis eſt creatus & pro nobili acceptatus.

Ibidem & eodem Anno priuilegium nobilitationis Stanislai Przytycki eſt approbatum.

Ibidem & Anno eodem approbatum eſt priuilegium nobilitationis Ioannis Roſkowſki, & ſimiliter Ioan. Wegierij ac Ioannis Krynicki.

Ibidem Anno 1616. priuilegium Ioannis Rudnicki à Sereniſſ. Rege Sigiſm. III. datum Anno 1601. vt poſſit ad arma ſuæ Familiæ antiqua Strzemię addere frameam, quam ille ſtrenuè in expeditionibus bellicis pro ſalute Regni contra hoſtes vibrabat, approbatum eſt.

Ibidem & eodem anno Maximus Wolk, Rothmagiſter in Smolenſko, vir bello & caſtris excellens, propter eius præclara facinora bellica in arce Smoleń. pro ſalute Reipub. ad nobilitatem admiſſus, datis ei & ſuæ Familiæ pro armis & ſtemmate duabus turribus acuminatis.

Ibidem & eodem anno Boriſius Hraſny Nobilis Moſchouita natione, qui fidem ſemel datam Sereniſſ. tunc Principi, nunc feliciter nobis imperanti Vladislao IV. quando electus fuerat in M. Ducem Moſchouiæ conſtanter ſeruando, relicta patria in Regnum tranſierat, in eoq; in multis expeditionibus bellicis Regni, ſed præcipuè contra Oſmanum Turcam, ad Chocimum ſtrenuè ſe geſſit militiam ad recommendationem Illuſtriſſ. Stanislai Zolkiewſki, pro indigena Regni & M. D. L. eſt receptus, ſed ad dignitates acceſſus ipſi non erat conceſſus, qui tamen poſtea in

Comitijs

Comitijs Regni, à Sereniſſ. Vladislao IV. Anno 1638. ipſi & poſteritati ipſius eſt conceſſus, cui ſoli pro tunc Venatoria Nouogrodenſis collata fuerat.

Anno 1618. in Comitijs Regni Stephanus Ognicki, propter eius merita in Rempub. qui pro ſalute eius in expeditionibus bellicis, vitam & ſanguinem liberaliter offerebat, ad recõmendationem Ducis Exercitus M.D.Lith. Ioannis Caroli Chodkiewic Nobilis eſt creatus, & ad libertates & prærogatiuas Nobiliũ eſt admiſſus.

Ibidem & eodem anno approbatũ eſt Priuilegium nobilitationis Andreæ Czarnecki, ipſi in caſtris ſub Smolenſko à Sereniſſ. Sigiſmundo III. datum, propter eius operam militarem, etiam cum periculo vitæ in recuperatione arcis Smolenſc. & acceſſus ad libertates ac prærogatiuas Nobilium ipſi eſt conceſſus.

Ibidem Anno 1627. in Comitijs Regni Iacobus Buthler, nobilis Curlandiæ, propter eius ardua & cruenta obſequia in varijs expeditionibus bellicis Regni eſt pro indigena receptus.

Ibidem Anno 1629. Illuſtriſſimus Palatinus Valachiæ Mironus Berniawſki pro indigena Regni, & nobili eſt receptus.

Ibidem eodem anno Nobiles Ericus & Sigiſmundus Gudelſtenij, pro laboribus bellicis, ſub Sigiſmundo III. pro Regno ſuſceptis, pro indigenis recepti ſunt.

Koſten Iandulá ex Valachia natione oriundus intuitu meritorum in expeditionibus bellicis pro Regno in indigenam vna cum filijs ſuis receptus eſt Anno 1638.

Ibidem & eodem anno nobilitatio Ioannis Czáplinſki, propter eius merita bellica pro Regno in multis expeditionibus, ſed præcipuè ad Chotynum contra Oſmanum Turcam expedita, & poſterorum eius approbata eſt.

Ibidem & eodem anno approbatur Priuilegiũ indigenatus Conſtantini Wolk.

Ibidem & eodem anno Adamus Wierzchowſki, Sebaſtianus Dabrowſki, & Valentinus Karog, propter fidelitatem eorum in Rempub. & fortem ac perſeuerantem animum in retinenda pro Regno arce Smolenſc. in arctiſſima obſidione, quam paſſi ſunt à Moſchis nobilitate ſunt donati.

TESSERÆ

TESSERÆ GENTILICIÆ IN REGNO Poloniæ, & M. D. Lith. à litera S vſque ad finem Alphabeti.

Stárzá fol: 1.
Stáry koń primò 69.
Stáry koń ſecundò 78.
Sanguſkonum 78
Sáláwá 83.
Sálámándrá 89.
Sámſon 91. *Szaſor* 94.
Schálec 98. *Száblá* 100.
Száchownicá 101.
Stánkáryn 106.
Sieniutorum 111.
Siekierz 113.
Siemionowicz 114.
Bieſtrzeniec 115.
Szeligá 117.
Slepowron 121.
Sleporod 128.
Srzeniáwá 130.
Sternberg 136.
Stemberg 137.
Strzegonia 139.
Swienczycz 140.
Swierczek 142.
Sceptrá 144.
Syrokomlá 147.
Szedzinſciorum 150.
Swinki 152.
Swiſzczewſciorum 156.
Szydłowſkiorum 157.
Sokolá 160.
Słoń 162. *Sol* 163.
Soltan 164.
Srocznik 167.
Suchekomnáty 167.
Sulimá 169.
Sowá 176.
Stolobot 177.
Szuſko 178.
Stumberg 180.
Strupinſciorum 180.
Szepticciorum 181.
Szydłowiecciorum 181
Strzálá 182.
Strzáły 183.
Strzemię 184.
Sás 195.
Schylling
Szembech *Spirw*
Samſonowſciorum
Topor fol: 1.
Tarcza 217.
Tarcze 218.
Taczáłá 219.
Tarnáwá 220.
Traby primò 224.
Traby ſecundò 231.
Traby tertiò 233.
Traby quartò 234.
Trách 235.
Trzaſká 240.
Twárdoſt 246.
Tryumph 247.
Trzywdar 248.
Trzy bułáwy 251.
Trzy radł 252.
Trzy gwiazd 255.
Trzy rzek 256.
Topácz 258.
Tępa podkowá 260.
Trupia głowá 262.
Turſciorum 264.
Vatta 91.
Wcele 101.
Wádwicz 265.
Wálbách 267.
Wladiſławſciorum 269.
Vlansciorum 270.
Wárnia 272.
Wáſkiewicciorum 274.
Wąż primò 274.
Wąż ſecundò 277.
Wąż tertiò 280.
Wąż quartò 283.
Wąż quintò 284.
Wąż ſextò 285.
Weſelini 286.
Wieze 287.
Wieniáwá 289.
Wieruſzowa 300.
Wizemberk 302.
Włoſzek 304.
Wuchry 306.
Weiber 319.
Zabáwá 312.
Zadorá 315.
Zarembá 319.
Zagłobá 328.
Zátáiony mieśiac 329.
Zgráiá 330.
Związáne kotſice 332.
Zerwi káptur 333.
Zemby 334.
Zienieuiciorum 336.
Zeiberzdorff 340.
Znin 342.
Zeta 343.
Złotogolenczyk 344.
Zmodz 345.
Złota wolność 346.
Zetinian 347.
Zkrzyżłuk 349.
Zbroiny mąż 350.

INDEX TITVLORVM ET DISCVRSVVM.

Antiqua antiquitas 2.
Auguſtum vehiculum 71.
Alma protectio 117.
Auſpicium Draconis 236.
Adorata luna 255.
Amplitudo nominis 277.
Auxilium diuinum 303.
Amor quantus patriæ 337.
Aurea libertas 347.
Bellum voco ob pacē 167.
Poſt belli tedia 178.
Bellatori congruit 219.
Bellum neceſſitatum 270.
Bellum in pacem 285.
Creſcent in æuum 73.
Cōmunitati ſalutaria 92.
Cuiq; ſuum 95.
De charibdi in ſcillam 176.
In Cor Plutonis 182.
Colligabit aduerſa 221.
Cor inſcrutabile 246.
Corona laboris 254.
Cuſtodes veri Caſtrorū 587.
Cuſtodes libertatis 290.
Cōpendium fact: illuſtr: 291.
In Cruce ſalus 307.
Conſilium leoninum 316.

Clariſſ: Viror: ætet laus 336.
Cælum fauebat 195.

DRaconis auſpicium 236.
Dolor nō recrudeſcet 261.

EQues Polonus 70.
Expectata pax 320.

FOrtium fortia 92.
Framea vltionis 100.
Fortibus non deerunt 114.
Fortitudo vera 152.
Fata vici 157.
Fælix luna 240.
Fidelitatis ſacramentum 249.
Fama perennis Viri Opt. 264.
Fortuna reuerenter hab: 286.
Fortuna notabit 301.

GLobus herculeus 83.
Gratia Dei & Regis 147
Gubernatio optima 162.
Grandia cano 167.
Gloria mundi 263.
Gloria domus 315.

HOnor ſummus 4.
Herculeus globus 83.
Honoris ſplendor 163.
Hinc vulnus, ſalus, vmbra. 217.
Honor ex vigilantia 276.
Heſiodi opus 331.
Honorem & odorē dabit 348.

INſperata victoria 113.
Iter rectum 272.
Ioue dignus 284.

LVcet & ferit 106.
Labore & induſtria 165.
Luna fælix 240.
Laudabilis victor 252.
Laboris corona 254.
Luna adorata 255.
Libertatis Nob: cuſtod: 290.
Ludus triumphalis 312.
Leoninum conſilium 316.
Lux patriæ 196.

MAnebit in æuum 6.
Manebit victoria 111. 136.
Memoria beneficiorum 130.
Memoria æterna 218.
Martis vox 231.
Miles ſenator 258.
Miles diues 274.
Memoria poſt obitum 333.
Militaris profectus 344.

NIl ſine Deo 141.
Nullius pauet occurſum 151.
Nobilis perfectio 256.
Nobilis vitæ ſpeculum 310.

OCcurſum pauet nullius 150.
Obſonium regale 265.
Odorem & honorē dabit 348.

PRopugnacula patriæ 5
Patriæ ſplendor 80.
Propugnaculum Regni 130.
Parens virtutum 144.
Proſperitas rerum 169.
Præco coronatus 233.
Prompti in bonum 267.
Princeps optimus 280.
Præmium victoriæ 319.
Pax expectata 320.
Patria vbi benè 332.
Paſtoris optimi munus 343.
Pax cum cælo 349.

REligionis propagatores 84.
Regibus in viam 136.
Rectum iter 272.

SVmmus honor 4.
Salus patriæ 5.
Splendor patriæ 80.
Sagitta in cælum 98.
Inter Sydera Sydus 138.
Sine Theſeo 160.
Splendor honoris 163.
Semper ferit 183.
Serui in equis 184.
Securitas pacis 304.
Salus in Cruce 307.
Speculum vitæ nobilis 310.
Scutum ſtabile 340.
Sanctitatis ſymbolum 342.
Splendor Eccleſiæ 197.

TError non error 94.
Tabula gloriæ 102.
Per tela per hoſtes 116.
Cum tempore creuit 122.
Theſeo ſine 160.
Tuba ſalutis 224.
Tubarum luſtratio 234.
Tunica triumphalis 247.
Triumphalis ludus 312.

VEhiculum auguſtum 70.
Victoria plena 78.
Vita in igne 89.
Victoria manebit 111. 136.
Victoria inſperata 113.
Virtus è tumulo 128.
Virtutis merces 142.
Virtutum parens 144.
Vera fortitudo 152.
Vici fata 157.
Vt creſcas 177.
Vulnus, ſalus, & vmbra 217.
Vox Martis 231.
Victor laudabilis 252.
Virtus laudata 269.
Victoriæ præmium 319.
Ex vitio virtus 328.
Vita circumſpecta 334.
Virorum clariſſ: æter laus 336.

ALPHABETICVS RERVM.

AB aratro iſtum 114.
Acceptum communico 118.
Admiratur qui grandia facit 142.
Aduerſa colligabit 221.
Acceſſus ad Deum Creſc: facit 73.
Aheneus murus 116.
Adiuua Deipara 84.
Alexandri M. pila 219.
Alabardum ex ſecuri 4.
Alienos & domeſt: dentes ſign: 335.
Aer duo habet loca 254.
Anchora femur ſignatum 261.
Amore & pudore 148.
Ambroſiam guſtare 266.
Amor copulatus amori 147.
Amniſtia 271.
Animus eſt, erit præmium 320.
Anibalis error 95.
Anni caput 270.
Arma nil ſine animo 319.
Arcus ſignum belli 349.
Arcus os ſignif: 349.
Arcus non ſemper ferit 183.
Aſia recepta 79.

Aſinus

Aſinus Tyberi ſcintillat 264.
Aſinus occidens leonem 315.
Aſcia qui externi inſig: 1.
Aſcia rogum ne polito 3.
Aſcia in nummis cum capite 4.
Aſcia inter flagrum & mitram 4.
Aſciam ſub dedi vetuit 5.
Aſcia tollet caput 6.
Aſcia arborem creſcere fac: 73.
Aſtrum Cæſaris fulget 105.
Anguilla ſymb: memoriæ 218.
Aquila 107.
Aquila militum alis 137.
Aquila ad ſepulchrum Plato: 169.
Aquila victoris ſignum 169.
Aquila ſine capite 94. 95.
Aper cancro debilitatur 161.
Aurea mala dabit 158.
Auulſo vno non def: alter 157.
Attilæ mors 350.
Autophilax lapis 101.
Athenienſium memento 99.
BAſiliſcus cur viſu occid: 261.
Baſiliſcus ſeipſum occid: 161.
Bellum conſcien: purg: ſuſc: 99.
Bellum pica vocat 167.
Bello nulla ſalus 167.
Bogá rodzicá 253.
Bonus vir quis 257.
Bona homini magna 92.
Boues cum facibus 95.
CAncro debilitatur aper 161.
Cancer rectè non vadit 272.
Cancer format curſum ſolis 272.
Camillo manente Roma non capta 141.
Caput auf: non metuit 320.
Capita cæſorum equis appenſa 79.
Capra ſydus nocet 268.
Canis in leonē & Elephantem 168.
Cautis cattis ſpinola cautior 73.
Ciffræ tres in Cataphalco quid ſign: 8.
Ciuitatum perpetuitas 5.
Colores dijs dicati 311.
Conſtantia inter vtrumq; 103.
Conditio vitæ homin: 3.
Compeſcit iras 147.
Cor facit hiſtrioniam 246.
Cor mutat à metu 246.
Cor non habet fundum 246.
Cor piloſum 247.
Cornua in perniciem 268.
Conſeruator ciuium 252.
Cogitatio qualis debet 269.
Ceruus lapid: in font: mitt: 165.
Corona aurea 8.
In Cruce ſalus 307.
Ad Crucem leo occub: 85.
Cuiq; ſuum 95.
Creſcere in æuum 73.
Creuit cum tempore 112.
Crux loco ſceptri 117.
Cuius pudet pigeat 148.
Curare pacem 320.
Chelidonium ſcutum. 343.
Collotes lapis 341.
Clarè nati incitantur 337.
DRaconis geſtamen 276.
Deſperatis Deus ſubuen: 141.
Deus erue à fram: anim: 100.
Deum non lædas 3.
Dijs quatuor ſacrif: 270.
Diuitiæ terrenæ vanæ 275.
Diuitiæ virtutes 275.
Dicendi modus pen: audi 344.
Defendit & cuſtod: 341.
Dentes quid ſignif: 335.
Dentes elephas ſepelit 335.
Dies declarat virum 103.
Diadema dignis 117.
Dialectum animalium 165.
Domine miſerere 84.
Dormit & vigilat 151.
Draco ad haſtam 236.
Draconem ſomniare 236.
Draconis ſpolium 236.
Durate 118.
Dura fortibus placent 122.
ELephas dentes fodit 335.
Epaminondas mor: letus 286.
Equi ad bellum excitant 168.
Equus militis veh: aug: 70.
Equus portet alat regnum 70.
Equus in nummis & flos 71.
Equus fortunæ ſymb: 72.
Equum conſcendere bell: 72.
Equus ſuperbiæ ſymb: 72.
Equus cum ſtella 73.
Equiti ſcienda 73.
Equitare dictator non 70.
Equitatio authoritatem ſig: 70.
Equos pulli inuadunt 71.
Epiſcopus cum 12. fratr. natus 7.
Erat, eſt, differunt 123.
Error in princip: paruus 103.
Extinguimur ſi diſtinguimur 122.
FRatres in hoſtem 338.
Fatum virtute ſequendum 103.
Factis adde facta 122.
Factis reſponde 178.
Fata vici ſuperſtes 158.
Fracta magis feriunt 115.
Ferit & lucet 106.
Felici numine creuit 177.
Felicitas temporum 181.
Filiorum honor ex maioribus 80.
Fides rara in pop: multo 101.
Fidelitatis ſacramentum 249.
Fortuna melior notabit 301.
Fortunam reuerere 286.
Fortibus non deerunt 115.
Fortitudini quæ accid: 153.
Fortis extollitur 115.
Fortitudo primaria 79.
Fortia & ſalutaria 92.
Fonendum mutuo 122.
Fulget Cæſaris aſtrum 106.
Fugiet dolor & gemitus 131.
Fugienda quæ homini 256.
GAllus ſuper tubam 168.
Gaudium à luctu 161.
Gladium habere non cor 319.
Gratitudo Dei 131.
Gratia Dei & Regis 147.
Grandia cecinit, obtinuit, 168.
Gloria manebit 161.
Gloria triplex 122.
Gloria diffic: labore venit 301.
Globus Pompeianus 85.
Globus Herculeus 85.
Globus fit ex Cipria Turcia 85.
Globus Salauitarum 86.
Gubernatio bona tribus 162.
Grues vadunt plures 219.
HLitera roſis ornata 145.
Hallum fortitudinis 343.
Heliodromus auis ad ſolem 338.
Hemeſicus quis dicitur 259.
Herculi arma quis dedit 269.
Herculis ſagitta 182.
Herculis claua 85.
Hircum obtuliſti 268.
Hirundinum lapis 341.
Homines duo quom: 249.
Hominem quæ decent 249.
Hominum è numero eijc: 288.
Hominum maxima bona 92.
Honori ſplendor 163.
Honor verus quo cecidit 164.
Hoſtes non quot ſed vbi 252.
IRa ſine viribus vana 152.
Ioui cura Principis 115.
Ioue dignus 284.
Iouis fulgura cum conſilio 271.
Ieſus Chriſtus Rex regum 84.
Iuramentum ſuper frameam 100.
Imperator contra odium 100.
Imperator futurus 143.
Imperat. me gen: non bell: 329.
Infidelis quomodo dulcis 344.

Iudicaturo Domino lugebit mundus 256.
Infortunium vndè 71.
Labore ſine, nil eſt 254.
Laborum certa requies 151.
Labore & induſtria 165.
Leonis ſydus 131.
Leo cum tempore fortiſſ: 122.
Leo occurſum non pauet 151.
Leo dormit & vigilat 151.
Leonis ſomnium 315.
Leonem aſinus occidit 313.
Leonis caput cum claua 316.
Leo cum caduceo 320.
Leonidas Dux Spart: 316.
Leges Lipſinianæ 71.
Libertatis teſtificatio 6.
Libertas Ægip: prænunc: 73.
Libertatis ſymb: 290.
Longè alius 103.
Lumen vnum, facies triplex 249.
Lunæ adoratio 255.
Luna infelix 240.
Luna terreſtre cælum 240.
Lunæ ſubſc. Fecund. Pudicitia 241.
Lucet & ferit 106.
Ludij dijs ſingulis aſſig: 312.
Lucis tantus amor 338.
Lucus Dianæ conſec: 7.
Manebit victoria 111.
M. litera crucibus ornata 148.
Martis vox triplex 231.
Malum peſſundat orationem 84
Melius eſt eſſe quam non 6.
Meritis æqualis honos 269
Melanurus in tempeſtate ad littus 304.
Medium Deus & virtus 163.
Militaris ludus 312.
Milites pauci legati multi 252
Militia ſtrenuis habet quinq; 219.
Militum dona 312.
Mitra cum flagro & aſcia 4.
Monilia de auro puro 254.
Monialis ad Eccleſ: remiſſa 225.
Moribus ſuis fulgere ſanctum 261.
Mort: hæredit: ſerpentes 278.
Mors vita 211.
Montes victoriæ 131.
Monſtrat regibus viam 136.
Minantem non ſemper time 345.
Muſcam videat hoſtis 301.
Muſtella necat bufonem 113.
Naſi legatis abſciſi 6.
Nauis, hircus, & caper 268.
Neceſſitas legem frangit 347.
Nectar guſtare 266.
Noctua victoriæ nota 5.
Noctua volat 176.
Noctua cum Pallade gale 176.
Nobilis Dux exer: 6.
Nomen regis æterni 111.
Non pennæ ſed vſus 112.
Non nobis ſed Deo 131.
Non lædetur 249
Non ſis alterius 347.
Non euehar ni vehar 259
Numen apparuit 350.
Numen Regemq; adora 162.
Occaſio calua 330.
Odium in hoſtes 346.
Odio flagrans non ſalutato 100.
Ornatus nobilis mulieris filij 70
Oratio grauatur peccato 84.
Orphei ſtatua mirabilis 164.
Oritur inter Ecclipſes 136
Olomucium ſepulchrũ Bathij 178.
Parſimonia 301.
Pantera hircum non fert 301.
Patria omnis terra eſt 331.
Patria dilecta quia ſua 80.
Patria bonos cum habet gaudet 330.
Patriæ defenſio 80.
Patriæ ſplendor 80.
Pax maturè petenda 72.
Pacis nomen dulce 270.
Patrocinium crimini non 264
Pax & gloria 586.
Pax turpis punita 347.
Paruis occupari vanum 291.
Pharetra & tela 183.
Pharetra eſt cor 349
Perſeuerantia in fortitudine 73.
Preeſſe & prodeſſe 247.
Perit gloria mundi 263.
Prelium accingere 252.
Perfectio per ſcientias 256.
Præconum differentia 233.
Premium non ſine victoria 319.
Piſcis pluris quàm bos 265.
Piſcibus veſci deliciæ 265.
Piſcis niſi recens 265.
Principis optimi condit: 281.
Principi quomodo vota dãda 115.
Primatus cæli à quo 163.
Pica pacis ſymb: 167.
Pignus diuini amoris 147.
Portantem portabo 259.
Pomum aureum 284.
Propria merita ornant 301.
Porriget hora 103.
Porcus glandini intentus 153.
Poëtica arbor 156.
Potens opprimit innoc: 237.
Populum reducere in Egipt: 72.
Poſteris quæ ſeruanda 273.
Puer iſtum ab aratro 114.
Pudore & amore 148.
Puer amicus cum munerib. 4.
Quadrigæ in mari Præcipitale 348.
Quercus Ioui conſecratus 7.
Reipub. fulcra 303.
Rex bonus 344.
Regna cur transferun: 346.
Repellit nec frangitur 341.
Regibus monſtrat viam 131.
Rectorem ſuſcitab. tempus 141.
Religauit nemo 221.
Rutæ ramus enecat bufonem 113.
Regnum alat 70.
Regnans ſeruio 96.
Roſa aculeis carebat 311.
Roma ſub Camillo felix 141.
Robuſtior ſenex quam iuuenis 92.
S litera ſilentij nota 342.
Sacra fides 80.
Sanctitatis ſymbolum 342.
Sanctitas tuenda 342.
Sagittæ, ſunt conſilia 349.
Salamandra in tempeſtate prodit 285.
Satis vicit qui hoſtem fugauit 252.
Sagittæ ex palma 217.
Sagitta in cor Plutonis 182.
Sagittarijs ex Aſia pulſus 183.
Sagitta in cælum miſſa 99.
Salamandra igne viuit 90.
Salamandræ quæ cædunt 89.
Statua coronis quadringentis ornata 316.
Statuæ honos datur 337.
Serpentes in galeis 276.
Serpens vigiliæ ſignum 276.
Serpens imperij indicium 277.
Serpens Vbæus aureus 278.
Serpentes oculos Pluti lãbunt 276.
Serpens, manus, triticum, alas circumdat 281.
Serpentis ſpolium 281.
Securis in alabardum conuerſa 4.
Securi & aſcia 2.
Serui in equis 185.
Sexcenti viri ſexcenta inuad: 316.
Se illuſtrior creſcam 241.
Semper hæc mihi erunt 131.
Sceptrum crux 117.
Splendor honori 163.
Scutum non ſed me 291.
Socij fideles 130.

I N D E X.

Subtilia plura Deus ſubtiliſſimus 303.
Sic literæ lunæ poſitæ 330.
Scutum nudum 331.
Scutum Herculis 331.
Inter Sydera Sydus 138.
Sic ad aſtra 163.
Sol in auge 164.
Solertia vincit res. 165.
Sit fæcundus amor 179.
Sigillum Fabij 185.
Spiritus aliundè 224.

TEmpli ornatus reſtituitur 4.
Theſauri cuſtos aurophilax 110.
Terror error 94.
Terror non error 95.
Tela per & hoſtes 116.
Tela ex pharetra 185.
Terror ex veſte 179.
Triophtalmos lapis 248.
Triumphus non obeaſos ſed conſeruatos 252.
Timui te nunquam 284.
Tunica moleſta 247.
Tunica triumphalis 248.
Tubam gallus ornat 168.
Tu elige grandes faciam ego fortes 152.
Tuba ſalutis 215.
Tuba cum gladio 235.

VEſtis Iuſtiniana 263.
Vehendi Princip: cura 115.
Vehiculatione Italia remiſſa 7.
Vena laudabilis in nobili 80.
Virtus è tumulo 129.
Virtus & concordia inexpugnab: 143.
Virtus ſepulch: condid: 168.
Virtus non ſepelitur puluere 255.
Virtus non præcluſa 258.
Victor redeo 221.
Victor vbi non triumphat 252.
Victoria quæ vera 252.
Victor aquila vocatur 137.
Victor denique 151.
Vi ſuperum 73.
Vita in igne 90.
Viuere vt vult 290.
Vilibus Deus ſuperat 305.
Vir bonus quis 333.
Victoriæ præminent: 320.
Vires vicit ſolertia 165.
Virorum magnorũ intentum 218.
Vulnus, ſalus, & vmbra 217.
Vrbs venalis 258.
Vomeribus terram ſubire 253.
Ex vitio virtus 333.
Vltio à Deo petenda 99.

Z Litera quid ſignif: 343.

G N O M O N
Nobilium in hoc Tomo 3.

AMſor Srzeniáwá 135.

Bálchácki Topor 63.
Bálicki Topor 62.
Bárdſki Saſor 97.
Bágienſki Slepowron 127.
Bartkowſki 220.
Batorÿ 335.
Bádlenſki 299.
Bákoniecki 310.
Białoſliwſki Topor 63.
Błázeiowſki 244.
Błáżenſki Sás
Brzeſki Topor 66.
Bielinſki Szeligá 119.
Bielenski Srzeniáwá 135.
Bier Srzeniáwá 135.
Brzeżinſki Traby 228.
Bielſki 224.
Brzeżicki 262.
Bielákowſki 327.
Bieláwſki 327.
Bylenſki Sámſon 92.
Bydłowſki 260.
Bochnár Stárykoń 76.
Boſtowſki Szeligá 120.
Boryſláwſki Srzeniáwá 135.
Borkowſki Sulimá 174.
Boiánecki Strzęmię 189.
Broniewſki Tarnáwá 222.
Boricki Tarnáwá 222.
Bronſ 298.
Bognarewicz 300.
Beki 301.
Brochowſki 318.
Burzynſki 251.
Bludnicki 259.
Buchowſki Sás.

CAcki Swinká 154.
Czártoryski Stárykoń 77.
Ciáſinski Traby 229.
Charaim Srzeniáwá 135.
Chárzewski Srzeniawá 134.
Chárzewski Szeliga 120.
Chrzaſcz 90.
Chábienicki Saſor 97.
Chálecki 93.
Chrzaſtowski Zadorá 318.
Chrzaſczewski 244.
Chálczniowski 260.
Czarnotulski 121.
Chwálkowski 105.
Chwálibog Strzęmię
Chárbinowski 171.
Cielecki 327.
Cerekwicki 327.
Ciećierski 116.
Ciechowski 279.
Czerminski 299.
Chynká Saſor 96.
Chybicki Syrokomlá 150.
Chrynicki Traby 230.
Chliſtowski Szeligá 121.
Chodowski Sás
Choynácki 243.
Chodkiewicz 140.

DAnáborski Topor 61.
Danilowicz Sás
Dawidowicz 229.
Dabrowski Szeligá 124.
Drabinski 168.
Dabrowski 314.
Dabrowski Ziglobá 329.
Decius Topor 66.
Deſkowski 91.
Denisko 299.
Dzbierkowski 105.
Dźuleczynski 105.
Dźiewocká 150.
Dewknetowski 156.
Dźedusſycki Sás
Drzewoſſewski 327.
Dźiwoſ 156.
Drozdenski 161.
Drodźienski Slepowron
Droſſewski 104.
Dobieſſewski 121.
Dluski 243.
Długoborski 64.
Długoſ 299.
Dubráwski Sás
Dłotowski 279.

FArurey Sulimá 171.
Falczewski Traby 229.

I N D E X.

GNiazdowski 104.
Galęski 105.
Gárbowski Srzeniáwá 134.
Gáwroński 156.
Galczenski 161.
Gárbowski Sulimá 171.
Gáłęzowski 223.
Gárlicki Strzęmię
Grábowski 327.
Gierałtowski Saſor 98.
Grzebski 154.
Grebelkowski 182.
Gierko 220.
Giedroch 260.
Gierałtowski Iáſtrzeb: 262.
Gninski 237.
Gmet 328.
Grocholski Topor 63.
Golanczewski 65.
Grodecki Stárykoń 77.
Gorecki Szeligá 120.
Gorski Szeligá 120.
Grochowárski 126.
Gorski Stemberg 137.
Grocholski Syrokomlá 149.
Gorlewski 159.
Gorecki Sokola
Gotuntowicz 173.
Golkowski 189.
Gorſkowski 223.
Golinski 243.
Grodźicki 260.
Grogowski 279.
Gorecki 302.
Gnoinski 273.
Gorzewski 327.
Guminski 66.
Gutowski 127.
Gurski 128.
Gucy 348.
HAlká 86.
Hárbinowſki 127.
Hołub 104.
Huebrowiecki 168.
Hacbernicki Sás
Hubicki Sás
IAſinski Sás
Iákubowski 161.
Iárominski 93.
Iárogniewski 97.
Iábłonski 105.
Iáſtrzebski Slepowron 127.
Iácimirski 175.
Ianowski 189.
Iárzyná 244.
Iábłonowski 327.
Iámbrzyk 250.
Iaśinski 286.
Iáráczewski 327.
Iáſtrzebski Zarembá 328.
Ieżierski 64.
Iezowski 188.
Iedwabinski 151.
Idźikowski 128.
Ioſiewski 127.
Iordan 225.
Iondźiel 300.
KAlinski 65.
Kamienski 63.
Káſzycki 91.
Karczowski 93.
Káczánowski 105.
Karmienski 105.
Karboth 253.
Kaſki 151
Kakánowſki 156.
Kaznowski 169.
Káczánowski 189.
Kraſinſki 124.
Kraykowski 143. 329.
Krzętowski 64.
Klemiewski 329.
Kleczenski 189.
Kleczkowski 223.
Klepowski 189. 243.
Kielbowski 98.
Kilewski 174.
Kiiewski Swiercz
Kunski 149.
Kripski 260.
Klonski 63.
Konárski 64.
Kokalewski 93.
Koſzycki 93.
Korwin 123.
Kowrácki Slepowron 126.
Kozlatkowski 135.
Konratowski 150.
Koryćinski Topor 50.
Korczewski 141.
Korekwicki 149.
Koſcielecki 315.
Kocmiſki 314.
Kozłowski 288.
Kopyczynski 259.
Konárzewski 257.
Koźitká 350.
Koźieglowski 334.
Kownácki Suchekomnáty 168.
Kowinnicki 229.
Kolek 229.
Kolnicky 229.
Kotowski 244.
Kozárski 279.
Klodnicki Sás
Kropiwnicki Sás
Koyczan 279.
Kunath 63.
Kurp 127.
Kurowski 132. 279.
Klus 134.
Kurzewski 135. 260.
Kuchárski 329.
Klumáiewski 229.
LAcza 10.
Labiſzynski 61.
Ládáyda 135.
Laczkoroński 317. Plura de illis ſub Armis Zadorá ſcripſimus, ſed quia peruenit ſero ad manus noſtras arbor Familiæ huius Illuſtriſſimæ illam inſerere hic placuit. Valterus de Brzeżie Epiſc: Wroclauień. qui fundauit ibidē Canonicos plures, atq; illorum domicilia crexit, obijt 1120. Nicolaus hæres in Lāczkorona & Dobczyce, Præpoſituram Olomuceń: fundauit 1320. Joannes hæres in Lanczkorona, Caſtell: Oſwiecimeń: 1420. Joannes de Brzeźie Senator Cracouienſis, cum filia Caſtell: Cracouień: Dębinſki, tenuit matrimonium. Præclaus de Brzeźie Lanczkoronſki in Lanczkorona & Włodźiſław hæres, Capitaneus Sarlenſis, Triumphator de Tartaris perpetuus 1450. Sbigneus de

Brzeźie

INDEX.

Brzeżie Lanckoronski, Marſchalcus Regni, triumphator de Moſchis, & Dux Exercituū ad præſentiam Vitoldi M. D. Lithu. Legatus ad Cæſaream Maieſtat. in vim præmij Comitatum habuit, ſexcentos milites grauis armaturæ, & primæ verſus Vratislauiam ſumptu proprio deduxit. Obijt 1425.

Nicolaus in Lanckoroná, Marſchalcus Regni, in Moſchouia cum Vitoldo trophæa militari deduxit. Obijt 1422.

Stanislaus de Brzeżie in Lanckoroná Marſchalcus Regni, Legationem ad Regem Bohemiæ cum laude gentis ſuæ expediuit. Obijt 1488.

Ioannes Lutko de Brzeżie Epiſc. Crac. Procancellarius Regni, Legatus ad Summum Pontificem, ad Cæſaream Maieſtat. & Reges Vngariæ & Bohemiæ. Obijt 1451.

Preclaus Lanckoronski Capitaneus Chmelnicen. Tartarorum ſtrages, quos etiam ad Bialogrodum & Oczakouiam perſequendo vaſtauit. Coſacos rebelles compeſcuit, aliisq; hoſtibus frena impoſuit. Obijt 1531.

Stanislaus Lanckoronski Palat. Sendomiriæ, Generalis Podoliæ, Camenecenſis, Scalenſis Capitan. qui pluries Tartaros vaſtantes Ruſſiam debellauit. Obijt 1535.

Sbigneus Lanckoronski Succamerarius Sandomiriæ, conſors ſua Catharina de Zywiec Komorowska Caſtell. Sadecenſis filia. Obijt 1619.

Samuel Caſtell. Sadecen. Capitaneus Malogoſten. conſors ſua Sophia Firleiowna Theſaurarij Regni filia. Obijt 1629.

Chriſtophorus Lanckoronski Caſtell. Radomſcen. cum Anna de Tenczyn Comitiſſa Caſtell. Cracouien. filia tenuit matrimonium. Obijt 1583.

Stanislaus de Brzeżie Lanckoronski Palatinus Podoliæ, continuus in caſtris atq; defenſor Patriæ. Obijt 1617.

Nicolaus de Brzeżie, Succamer. Podoliæ. Obijt 1560.

Nicolaus Capitaneus Dobrzycen. Obijt 1545.

Predborius de Brzeżie Marſchalcus Regni, ſub Ludouico Poloniæ & Vngariæ Rege. Obijt 1550.

Stanislaus Dapifer Cracouienſis.

Ioannes Venator Sendomirien. in bello Liuonico obijt, cum Kurozweska Theſaurarij Regni filia tenuit matrimonium. Obijt 1564.

Nicolaus de Brzeżie, Rothmagiſt. per totam expeditionem Moſchouiticam ſub Sereniſſimo Rege Stephano.

Ioannes Succamerarius Cracouiæ. Obijt 1510.

Stanislaus Caſtell. Haliciæ, Capitaneus Scalenſis, magnus in caſtris vir, & de Valachis triūphator. Obijt 1592.

Hieronimus Capit. Scalenſis. Obijt 1569.

Preclaus, qui cum filia Caſtellani Sendomirien. Tarnowski tenuit matrimonium.

Ioannes de Brzeżie Lanckoronski Vexillifer Podoliæ, qui cum Kálinowska Capitanei Camenecenſis ſorore tenuit matrimonium, qui clariſſimorum maiorum inſtitutum merendi Patriæ amplectus eſt.

Nicolaus Stanislai Caſtell. Halicienſis frater Succamerar. Podoliæ, Aureum vexillum ad Cecoram contra Chamum magnum ſub Zamoyſcio deduxit. contra Michaelem Transyluaniæ triumphator, conſors Zorawinska Sebaſtiani Caſtellani Halicienſis filia. Reliquit Stanislaum Palatinum Podoliæ ex Caſtell. Camenecen. & ante Halicien. Capit. Ploskirouien. vir variarū linguarū & ſcientiarū peritiſſimus, cum Zamiechowska quæ erat Palat. Ruſſ. Goiſki, tenuit matrimonium.

Nicolaus Ioannis Vexilliferi Podol. frater, in Vngaria cum Iſtwan Batorio miles, in Patria in omni expeditione præſens, multis vulneribus affectus fuit, conſors Stániſlawska.

Hieronymus tertius frater horum in exteris nationibus tyrocinia deduxit in bello Cluſinenſi, cum Moſchis & Germanis pugnauit conſors Huminska Caſtell. Camenecen. altera Chodorowska. Ex Vexillifero Podoliæ Succamerarius.

Stanislaus Lanckoronski de Brzeżie Capit. Scalenſis, filius primus Ioannis Vexilliferi Podoliæ, qui dum ſtudia Cracouiæ in Regno, in Germania Louanij, in Gallia Pariſiis, & Niderlandi perfeciſſet. Marti continua obſequia detulit. Quocirca cum Ducibus de Conde, de Bulon, de Neuiers conuerſationem amplexus, promptum & grauem dexteritate, ſeſe diſpoſuit pro Patriæ actibus. Tartaros ad Iagelniciam hereditarium oppidum quam forti muniuit caſtro, ad Kapuſcince, Smankowce, Bednarouum, Vście, non ſine periculo vitæ pugnauit, nec ſumptibus ducentos milites conducendo pepercit, contra Cantymirum cum Illuſtriſſ. Koniecpolski ad Martinow, contra Chanum Dowletkiereium ad Vście, cui bellica arma receperunt. contra Galgam ad Belzum cum Palatinis Cracouien. Lubomirſcio, & Chmieleccio Kijouien.

uich. vbi filius Cantymiri occiſus, & Salamgereius cum Iſcin Murza capti fuerant. Ad Cameneciam contra Abazibaſam 100. milites deduxit, & clari fortiſq; animi ſigna in præſentia Ducis demonſtrauit In Pruſſia contra Guſtauum, & in Luczyniec 100. deduxit. ex nobilibus milites, dum conſpiratione Tartarorum Principes Tartarici occidebantur, & millibus triginta confederationem in Confinibus Regni inſtituerant, Paucis ergò vt multa comprehendam omnem expeditionem promptè arduè & fructuoſe proſequitur veſtigia maiorum propriis meritis colluſtrando. Conſors Alexandræ Sbignei Sieniński Caſtell. Lublinenſis, Marſchalci Sereniſſimi Principis filiã. Reliquit Sbigneum, Ioannem, Nicolaum, Hieronymum, Praslaum, Martinum, Franciſcũ, & filiam Barbaram.

Martinus germanus illius frater, in exteris nationibus incentiua virtutum collegit cum fortitudine, conſors Chriſtinæ Koziatulska.

Ioannes Baptiſta, tertius illorum frater in Ordine Prædicator. Theologus, & Prædicator celeberrimus. Sic amorem Dei & Patriæ toto pectore obſeruàrunt.

Lanckoronſcij Bakowie dicti. Staniſlaus qui 400. milites ad Cluſſynum deduxerat à Moſchis occiſus fuit. Sebaſtianus frater illius in Moſchouia occiſus. Frater horum tertius Ioannes Caſtell. Chalicień. miles eximius, in Pruſſia demum Rothmagiſter, & Tribunus Exercituum. Filius ipſius Adamus Subdapifer Halicień. conſors Laſzczowna. Filius Venceslaus, ita ſerie digna altam benedictionis diuinæ memoriã conſeruant.

Laßowski 120.
Laniecki 126.
Lebno 104.
Lekßycki 274.
Lenczowski Strzemię.
Lonmeniecki 62.
Loiecki 93.
Ligocki 98.
Lyczko 174.
Liſowiecki 189.
Ludziſławski 105.
Lutenski 105.
Lubomirski 133.
Lubowicki 135.
Luwczycki 260.
Lubießowski 300.

Marcinowski 62.
Máſłomiecki 62.
May 77.
Maslowski 93.
Magier 119.
Márkowski 121.
Maſło 150
Maßkowski 164.
Marßynski 189.
Maldrzyk 278.
Makoſicy 309.
Mielinski 104.
Miezwiedź Stárykoń, Bielſcius de illo folio 307.
Mękicki 228.
Męzyk 267. 298.
Mieczkowski 329.
Myslecki 105.
Milewski 127
Milkowski 127.
Miroßewski 128.
Mingał 150.
Milanowski 168.
Milenski 173.
Michałowski 244. 302.
Mnichowski 126.
Mſcißewski 255.
Morski 60.
Moránicki 61.
Modlißewski 64.
Młodzieiowski 125.
Mroczek 134.
Mſtowski 135.
Moydylon 244.
Moczárski 251.

Nawoi 16.
Naworotnik 87.
Naleski 105.
Naſiorowski Slepowron
Nartowski 243.
Narußewicz 266.
Narkiewicz 300.
Nekandá 59.
Niedrowski 64.
Niemiowski 119.
Niemierowski 243.
Niedzwiecki 260.
Nidecki 288.
Nos 63.
Noskowski 327.

Okaczowski 135.
Oranski 182.
Olewnicki 93.
Olßewski 127
Oziembłowski 174.
Otwinowski 230
Oſtyk 229.
Oſinski 288.
Obichowski 298.
Oſſolinski 27.
Oſtrowicki 61.
Obodzinski 63.
Odolikowski 65.
Orłowski 98.
Oporowski 171.
Oſtrowski 262.
Orłowski Sas.

Pakoßewski 229.
Patkowski 244
Paßkowski 319.
Płázá 59.
Palczewski 96.
Piaſecki 314.
Przeſpolecki 63.
Pieles 90.
Pretſicz 104.
Przeczowski 121.

Pniewski

Pniewski 126.
Pienicki 126. *Petryk* 223.
Pernus ab armis *Spirn*
Pieluß owski 244.
Perßtyn 292.
Perßtynski 298.
Pieleßowski 244.
Pilczycki 63.
Piſarski 134.
Piglowski 161.
Przyluski 173.
Przyborowski 174.
Przyłęcki 134.
Polanowski 77.
Pogorzelski 105.
Potocki 120.
Piotrowski 127. 155.
Poniatowski 135.
Porębski 135
Porkus 153.
Popławski 244.
Podſędkowski 244.
Podolecki 276.
Pudlinski 140.
Puciata 150.
Puklatecki, vnus illorum miles eximius, cum cuſtode finium Regni Zamoyski à Tartarorum Galgâ oppreſſus, & cum ſociis in captiuitatem deductus fuit.

R*Ak* 273.
Raßko Sas.
Rakowski 250. 140.
Rachoza 135.
Radlinski 223.
Radźieiowski 141.
Rzeczkowſki Traby, *Sunt alij Rzeczkowſcij de Rzeczkow in Siradienſi Palatin: armorum Prus, Nagody ex quibus alij ad Palatinatum Belzen: tranſierunt. Stanislaus, Ioannes, & Mathias, fratres ex Sigiſmundo nati. Filij Stanislai ex Wilkowska Stanislaus & Petrus, ex altera Holowinska Georgiũ ſuſcepit. Filiæ ipſius ex Holowinska Dorothea Iwanſcij conſors, Zophia Krępſcij, Georgius eximius miles in Moſchouia, & contra Tartaros, reliquit filium ex Bydlowſka militem, Matthiæ filius Valentinus.*
Rzegnowski 105.
Rembowski 126.
Rzeßowski 279.
Riterski 62.
Rikrski 63.
Ryczgorski 173.
Rylo 300.
Rogowski 96.
Romocki 126.
Rochcicki 126.
Rozniatowski *Sas*
Romański 128.
Rozemberski 135.
Roznowski 220.
Roiecki 243.
Roſocki 318.
Rudomina 232.
Ruſtcy 235.
Rudźienski 327.
Rudnicki 189.
Rumieiowski 105.

S*Tárza* 8.
Stárzon 8.
Strazon 9.
Stárzeski 64.
Szczawinski 64.
Szafrániec 74.
Sángußko 78.
Száßáwski 96.
Stankar 107.
Stániſłáwski *Szeligá* 120.
Sławski 121.
Sławomir 123.
Sarnowski 126.
Spadowski 127.
Sarnicki 127.
Stráchánowski 135.
Sadłowski 135.
Szádlo 135.
Stániſłáwski *Strzegonia* 140.
Szálowski 174.
Száßko 178.
Szálewski 189.
Sáwßonowski ab armis.
Slanké 223.
Stáwski 262.
Słáboß 298.
Smárzewski 329.
Sártáwski 341.
Sieciech 10. 11.
Sieciechowski 64.
Siemußewski 77.
Sieniutá 112.
Siekierz 114.
Siemionowicz 115.
Sieſtrzeniec 116.
Szeligá 118.
Szeligowski 120.
Szeplewski 127.
Sleporod 129.
Srzeniáwá 134.
Sztemberg 137.
Swiercz 143.
Swießkowski 149.
Szedzinski 151.
Serny 158.
Sieráwski, *Słoń in campo flauo, ſuper tres montes ſtans, ſuper galeam pennæ tres ſtrutij Valerianus de Sierow ad Czeſtochouiam occiſus ad Cecoram. Gaſpar Hieronimus in Ruſſia reſedit, reliquit Georgium, & filias aliquot. Sed latronum nequitia domi inuaſus fuit, & occiſus. Laticzouiæ ſepultus.*
Szepticki 181.
Strzęmię 185.
Stretkowski 218.
Szembech ab armis.
Swieborowski *Strzęmię.*
Swierczowski 228.
Schenck 234.
Sieklicki 242.
Sweykowski 242.
Siedlecki 283.
Slenski 299.
Szczepánowski 299.
Sniegocki 329.
Strzyß 87.
Swirski 87.
Syromski 126.
Symborski 126.
Swiderski 128
Szypowski 134.

I N D E X.

Skinder 135.
Szyrokomlá 148.
Swinká 153.
Swiſzowski 157.
Szydłowski 158.
Szydłowiecki 181.
Schilling ab armis.
Simicki 223.
Stryeński 223.
Szygowski 242.
Smuſtolnicki Sas.
Soláyski 64.
Srecká 167.
Słowinski 158.
Sokola 161.
Soltan 165.
Słomikowski 169.
Stropski 172.
Sowá 176.
Sowká 176.
Stołobot 178.
Sechá 329.
Struſinski 120.
Szczycki 126.
Suchodolnácki 168.
Sulimá 170.
Sulkowski 174.
Sulikowski Sulimá 175.
Sztumberg 180.
Strupiński 180.
Szczucki 244.
Sulistki Sás.
Tłaſsycki 187.
Tarło 58.
Trapczenski 64.
Targowicki 222.
Tarczowski 223.
Tarnáwſki Sás
Trácb 237. Trzaská 241.
Tenczynski 17.
Trzecki 105.
Tęgoborski 134.
Trzenski 174.
Trzcieski 186.
Trzebinski 329.
Trzćinski 127.
Tyſzká 243.
Tyſzárowski Sás
Troiánowski 119.
Topczewski 127.
Trzonkowski 247.
Topácz 259.
Tumigráłá 104.
Tuczkowski 169
Tudorowicki 223.
Turski 264.
VŁanowski 174
Vłánicki 271.
Vrowiecki 168.
Wáſowski 65.
Wattá 93.
Wąż 127.278
Wáſielewicz 169.
Warzycki 228.
Wadwicz 266.
Wálbách 268.
Władisławski 269.
Wáſkiewicz 275.
Wąż 278.
Wárzymowski 299.
Wáxman 351.
Wężyk 280.
Weſelini 287.
Wieprzewski 288.
Wieniawá 292.
Wieruſz 302
Weſber 311.
Wechádłowski 314.
Wieloglowski 73.
Wierzbicki 126.
Wielkołucki 159.
Wędrogowski 242.
Wyſocki 189.
Widawski 283.
Winarski 228.
Wyleżynski 242.
Wyſsynski 251.
Wilczewski 254.
Wyſtęp 259.
Wizemberg 302.
Włodek 171.
Wrzeſsowski 188.
Wielopolski 189.
Wolk 229.
Woyná 229.
Wronowski 64.
Wolſki Topor 65.
Wronicki 77.
Włościeiewski 105.
Wſotowski 105.
Wroblewski 125.
Wolski Stemberg 137.
Woiski 298.
Włoſzek 305.
Włodek 314.
Wołoſiecki Sás
Woriski Sás
Włodziſłáwski 317.
XIęſki Topor 64.
ZAkliká 54.
Záprzániec 74.
Zaborowski 189.
Zárski 77.
Zakrzenski 93.
Zabáwski 120.
Záiac 156.
Zabokrzycki 174.
Zaborowski 19
Zakrzewski 243.
Zabielski 244.
Zarzecki 274.
Zadorski 299.
Zabáwá 313.
Zadorá 317.
Záiackowski 327.
Zawiſzá Sás
Zarembá 321.
Zagłobski 329.
Zgráiá 331
Zegotá 13.48.74.
Zernicki 120.
Zielenski 154.
Zembocki 189.
Zieniewicz 339
Zeyberzdorff 341
Zimoſzárski 24
Zbylitowski 189
Zoładź 15
Złocki 119.
Złotogolenczyk 344
Zmodzcki 346
Zucblinski 121

AD BENIGNVM LECTOREM.

PRodijt Tertius Tomus Orbis Poloni, ſeu Teſſerum Gentiliciorum Nobilitatis Polonæ, diligentia & labore quantum in me fuerat infatigabili. Optabam vt omnibus & ſingulis ſatisfacerem, nec deſiderium, vigilia, & attentio minuebãt; ſed diſtantia locorum plurimos vſquemodo retinuerat, vt ſolidiùs, perfectiùs, clariùs colligere ſtemmata non potuerim. In hoc tamen obligaturum me fieri teſtor, quod ſi aliquando monitum me fieri voluiſſent, certam per literas informationem authenticam, ad loca prænominata in Tomo Primo ad Lectorem, tranſmittere non faſtidiant. Ea etenim circumſpectione vſus permanebo, vt quingenta exemplaria ad corrigendum, ſi opus fuerit conclaui retineam. Præmonitum autem te Lectorem fieri volo, quòd aliquarum Familiarum Illuſtriſſ. ſtemmata, & Illuſtrem Familiam his operibus non addiderim, cordi tamen eſt ſingulo opere illas me conſcribere, & luci Deo dante porrigere. Si verò in his laboribus meis aliquid ſtudij & operis retinueris, Deo Altiſſimo referendo laudes mihi beneprecare velis. Habebis reciprocum & Amicum. Vale.

4190